НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА


НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

VI
87

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

Debure Bibliographie
An 1309.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. МЕЧНИКОВА

AN. MANL. SEVER. BOETHII

CONSOLATIONIS PHILOSOPHIÆ LIBRI V.

Ps 12

EJUSD. OPUSCULA SACRA.

Cum integris Notis

JOHANNIS BERNARTII,
THEODORI SITZMANI
ET
RENATI VALLINI.

Accedit PETRI BERTII Præfatio.



LUGDUNI BATAVORUM,
Ex Officinâ HACKIANA, Aº. MDCLXXI.

1671.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.І. МЕЧНИКОВА

1946

LECTORI

S. P. D.

HACKII FRATRES.

EN tibi, Amice Lector, novum noſtræ induſtriæ argumentum: publicavimus ante menſes majus opus tribus diſtinctum voluminibus, Ovidium, inquam, ſui ordinis facile principem, opus omnibus doctorum gentibus acceptiſſimum; nunc minori forma auctorem, ignorantiæ tenebris conditum præ exemplarium inopia, Boëtium, in almam lucem publicis commodis reducimus. Hæc enim eſt vita noſtra: Homines hominum cauſſa creati ſumus, ut alii aliis prodeſſe poſſemus. Noſtrum certe tuendæ ſocietatis ſtudium adſtruunt tot præſtantiſſima opera, tot communes utilitates in medium allatæ, teſtaturque novus hic Boëtius magna cura expolitus; auctor certe nobiliſſimus, & ſolida nec circumforanea eruditione refertus, verus humanæ vitæ fictor formatorque. Hunc vobis doctorem donamus, qui excitet animos ad fortunæ contemptum, & doceat æqua mente pati commoda & incommoda.

LECTORI.

Textum à Vallino caſtigatum ſequuti ſumus, & ſolito more integras textui notas ſubjecimus: Sed non ſatis fecit nobis viri unius labor, cæteras quoque editiones adhibere operæ pretium fuit, Sitzmani & Bernartii, quorum commentaria, quæ multum ad auctoris illuſtrationem conferre videbantur, exhibemus integra: inſuper Amici cujuſdam monitu luculentiſſimam Petri Bertii in Boëtium præfationem: ita ut, quicquid operæ à doctis viris in Boëtium, variis voluminibus, diverſo tempore collatum eſt, ſimul uno intuitu parvum volumen contineat; Quem laborem noſtrum æqui Lector, conſule & ea, qua ſoles, dexteritate accipe.

AD

AD GENEROSÆ INDOLIS, PRISCÆQUE NOBILITATIS JUVENEM,

Dn. RUTGERUM BOETZELERIUM

AB ASPEREN,

LIBERI BARONIS ASPERANI FILIUM,

PETRI BERTII

PRÆFATIO.

LIBROS ANICII MANLII TORQUATI SEVERINI BOETHII *de Conſolatione Philoſophiæ, quos in tanta dignatione viri eruditi ſemper habuerunt, ut in illis legendis, enarrandis, recenſendis, evulgandis, laudem non exiguam poſitam exiſtimarent, (ſcripſere enim in eos ex antiquioribus, Albertus Magnus & Thomas Aquinas, Deus bone! qui viri, & quanti poſt illos Rudolphus Agricola Friſius, & Joannes Murmellius Ruremundanus, ac nuper admodum Joannes Bernartius & Theodorus Zitzmanus:) libros igitur Boëthii de Conſolatione Philoſophiæ, nuper à me publicis lectionibus in Academia explicatos, tibi inſcribo, Juvenis Nobiliſſime. Exiguum mole munus, ſed ingens pondere. Etſi enim brevitati ipſe quondam ſtuduerit Boëthius, brevitatemque operis contractiorem adhuc fecerit typographi noſtri ſolertia: tamen ubique adhuc effulget magnum illud & cælo adſine ingenium. Certe inter poſterioris ævi ſcriptores, Græcos pariter ac Latinos, nemo fuit in omni genere ſapientiæ Boëthio noſtro par. Philippum Pulchrum Francorum Regem conſtat tanti hos libros feciſſe, ut quamvis ipſe*

Latine intelligeret, tamen pro beneficio habuerit, quod ipsi Joannes Magdunensis, Poëta (ut tunc ferebant tempora) eruditus, eos Gallice à se redditos inscripsisset: adservaturque ejus Operis exemplar adhuc hodie Lutetiæ in Bibliotheca Augustinianorum. Merito autem authorem istum tanti fecit magnus Rex. Nihil quippe in eo non est eximium. Religionem spectamus? Christianus est, & quidem inter Christianos fidei Orthodoxæ sectator atque adsertor. Patriam? Romanus. Dignitatem? Patritius, Exconsul ordinarius, Exmagister Officiorum. Familiam? Anicius, Manlius, Torquatus, Severinus, Boëthius. Studium & vitæ genus? Logicus acutissimus, Theologus gravissimus, Mathematicus solertissimus, Mechanicus artificiosissimus, Musicus suavissimus: adhæc Orator & Poëta optimus. Dictionis modum? Utroque in genere, fuso pariter & numeris adstricto, egregius, sed in hoc præcipue excellens. Argumentum scriptionis? Id vero est Consolatio in rebus adversis, quod ille argumentum tractavit in carcere Ticinensi, quum jussu Theodorici Ostrogothi, Regis Italiæ, captivus illic detineretur, ubi etiam postea resecto capite vitam finiit; suntque huic Tractationi multa alia capita adnexa, De summo bono, De malo, De Fato, Providentia, Concordia liberi arbitrii cum præscientia divina, aliaque Usum? Solus hic auctor sufficere potest componendis controversiis omnibus quibus hoc tempore multorum ingenia agitantur.

Sed priusquam ipsum inspicias operis contextum, videntur mihi præmittenda quædam quæ huic nostræ tractationi lucem aliquam possunt adfundere. Principio igitur illud occurrit; Plures olim fuisse Boëthios: nam & Stoïcum quendam nominat Laërtius in vita Zenonis; & Epicureum Plutarchus loquentem fecit in Symposiacis, & Cretensem alium citat Galenus Aristotelis studiosum, virum Consularem: noster quoque iste in Commentario in Porphyrium, quendam nominat Boëthium Philosophum, citatum pridem ab Ammonio & Simplicio. Patrem quoque Boëthii nostri Boëthium appellatum fuisse suspicio est, sicut postea liquebit. Sed nostrum istum ab aliis omnibus distinguunt adjecta nomina: vocatur enim Anicius, Manlius, Torquatus, Severinus: addun-

adduntur tituli ex honoribus in Rep. gestis, Exconsul Ordinarius, Exmagister officiorum, Vir Clarissimus, & Illustrissimus.

Sed unde tot unius hominis nomina? Fuit illius sæculi moribus receptum, ut præstantes viri nomen suum ad alios transmitterent. Hæc res tot Antonios inter Cæsares dedit, tot Aurelios, Severos, Flavios, Valerianos, Valentinianos, Constantes, Constantios, & Constantinos: tot longa serie Othones, Henricos. Putaverunt enim grata in vulgus nomina commendationem personis adferre posse. Video etiam adsumta interdum nomina excellentium virorum ab iis, qui extra familiam erant. Illius ergo temporis more factum est, ut noster iste Anicius, Manlius, Torquatus, Severinus, Boëthius vocaretur, abavi, proavi, avi, patris nominibus conjunctis.

Primum ergo nomen referendum est ad ANICIOS, *quorum genus antiquum & nobile non uno loco prædicat B. Hieronymus. Emicuit autem inter eos præ cæteris Boëthii nostri atavus Anicius Sextus Petronius Probus, cujus frequens est & honorata mentio apud Ammianum Marcellinum, Ausonium, Symmachum, inque Codice Theodosiano. Gessit enim Consulatum cum Gratiano Imperatore Anno Christi* CCCLXXI: *idemque quum in Italia Prætorio Præfectus esset, provincias, Insubriam, Æmyliam, atque Liguriam cum insignibus Consularibus Ambrosio (ei qui postea Mediolanensis Ecclesiæ Episcopus factus est) administrandas dedit. Qui Hieronymum & Augustinum legunt, offendunt crebra Aniciorum familiæ elogia. Claudianus non dubitat illam cæteris omnibus Romæ viventibus nobilitate præferre.*

— Quemcunque requiris, *inquit*,
Hac de stirpe virum, certum est de Consule nasci.
Per fasces numerantur avi, semperque renata
Nobilitate virent, & prolem fata sequuntur
Continuum simili servantia lege tenorem
Nec quisquam procerum tentat, licet ære vetusto
Floreat, & claro cingatur Roma Senatu,
Se jactare parem. —

Fuere autem Anicio Sexto Petronio Probo filii duo, Probinus & Probus: filia unica, Turriana Anicia Juliana; quæ nupta Q. Claudio Hermogeniano Olybrio, mater fuit Demetriadis, Christianorum Rhetorum præconiis decantatissimæ virginis, utpote cujus in laudibus prædicandis certatim laborarint Pelagius monachus, Hieronymus presbyter, Augustinus Episcopus, & post illos Prosper quoque Aquitanicus; quemadmodum matrem Julianam viduam celebrarunt idem ille Pelagius, Hieronymus, Augustinus. Hieronymi ad Demetriadem verba de genere Anica hæc sunt: Scilicet nunc mihi Proborum & Olybriorum clara repetenda sunt nomina, & illustris Anicii sanguinis genus, in quo aut nullus aut rarus erit, qui non meruerit Consulatum. Proferendus Olybrius, virginis nostræ pater, quem immatura morte subtractum Roma congemuit. Uxor Anicio illi fuit Faltonia Proba, dicta quoque ipsa Anicia, Consulis uxor, Consulum filia, Consulum mater, mulier erudita, cujus hodieque exstat Cento Virgilianus. Honores illius, quem dixi, Anicii indicant auctores à me citati, sed imprimis crebræ inscriptiones Romæ. Unam tibi hoc tempore in medium proferemus, ex basi statuæ ipsi positæ à filiis Probino & Probo.

SEXTO. PETRONIO. PROBO. v. c.
PROCONSULI. AFRICÆ. PRÆFECTO.
PRÆTORIO. QUATER. ITALIÆ. ILLYRICI. AFRICÆ. GALLIARUM. CONSULI.
ORDINARIO. PATRI. CONSULUM.
ANICIUS. PROBINUS. v. c.
CONSUL. ORDINARIUS. ET. ANICIUS.
PROBUS. v. c.
QUÆSTOR. CANDIDATUS. FILII. MUNUS. SINGULARI. RELIGIONE. DEBITUM. DEDICARUNT.

Cui similis etiam alia inscriptio conspicitur, posita ab Hermogeniano Olybrio, & uxore Anicia Juliana.

Præcipuum autem familiæ Aniciæ decus fuit, quod Christi fidem

fidem amplexa, multis aliis Romæ exemplum dedit deserendi Gentilismi. Prudentius:

Fertur enim ante alios generosus Anicius urbis
Illustrasse caput. Sic se Roma inclyta jactat.
Quin & Olybriaci gentisque & nominis hæres,
Abjectis fastis, palmata insignis ab aula,
Martyris ante fores Bruti submittere fasces
Ambit, & Ausoniam Christo inclinare securim.

Spectatur Romæ adhuc Anicii Petronii & Faltoniæ Probæ sepulchrum, adeo magnificum, ut vix aliud splendidius credatur in ea urbe exstare. Ejus inscriptionem unam carmine factam, quia id meretur, & quia ad Aniciæ gentis gloriam facit, adponam.

Sublimes quisquis tumuli miraberis arces,
Dicas, quantus erat qui Probus hic situs est?
Consulibus proavis soceroque exconsule major,
Quod geminas consul reddidit ipse domos.
Præfectus quartum toto dilectus in orbe,
Sed fama emensus quicquid in orbe hominum est,
Æternos, heu, Roma tibi qui posceret annos,
Cur non vota tui vixit ad usque boni?
Nunc quum sexdenos mensis suspenderet annos
Dilectæ è gremio raptus in æthra Probæ.
Sed periisse Probum meritis pro talibus absit
Credas Roma tuum: Vivit, & astra tenet.
Virtutis, fidei, pietatis, honoris amicus,
Parcus opum nulli, largus at ipse fuit.
Solamen tanti conjunx tamen optima luctus
Hoc Proba sortita est, jungat ut urna pares.
Fælix! heu nimium fælix, dum vita maneret,
Digno juncta viro, digna simul tumulo.

Atque hic quidem Anicius atavus fuit nostri Boëthii. Filii istius Anicii (ut ante diximus) fuere Probus & Probinus. quorum ille, Boëthii nostri abavus, tanta fuit per orbem universum virtutis fama, ut Persæ duo potentissimi & sapientissimi (teste Paulino

lino in vita B. Ambrosii) Romam venerint, ipsius videndi ac salutandi gratia.

Hujus Probi filia nupta fuit Manlio Theodoro, quem codices quidam Mallium vocant; Et quia gens Manlia Torquata fuit, eo factum est, ut Boëthius noster dictus fuerit ANICIUS MANLIUS TORQUATUS. *Fuit autem Manlius iste Boëthii nostri proavus: eumque Fasti Consulem signant cum Eutropio. Ejusdem Manlii memoria exstat apud Augustinum, qui matrem suam Monicam alloquens, His, inquit, temporibus (ut omittam cæteros) vir & ingenio & eloquentia, & ipsis insignis muneribus fortunæ, &, quod ante omnia est, mente præstantissimus, Theodorus, quem bene nosti, id agit, ut & nunc, & apud posteros, nullus hominum de litteris nostrorum temporum jure conqueratur. Ejusdem Manlii Consulatum luculento carmine Panegyrico celebravit Claudianus, cujus in extrema parte, ubi vota sua exponit pro gente Manlia, quasi de Boëthio nostro vaticinatur. Sic enim canit:*

Consul per populos idemque gravissimus auctor
Eloquii, duplici vita subnixus, in ævum
Procedat, pariter libris fastisque legendus.
Accipiat patris exemplum, tribuatque nepoti
Filius, & cœptis ne desit fascibus hæres.
Decurrat trabeata domus, tradatque secures
Mutua posteritas, servatoque ordine fati
Manlia continuo numeretur Consule proles.

Adhæsit autem genti Manliæ TORQUATORUM *nomen, ex eo, quod T. Manlius L. F. A. N. Imperiosus, Sulpitio dictatore tribunum agens militum, Gallum provocantem singulari certamine prostravit, corporeque ejus ab omni alia vexatione intacto, unum torquem abstulit, eoque se induit, ut est apud Livium. Sic igitur, Boëthius noster ab atavo nomen habet Anicii, ab avo Manlii Torquati.*

SEVERINI *nomen unde tractum sit, video dubitari. Sunt qui ex gentis Manliæ severitate illud petitum existiment. Constatque, severam imprimis atque imperiosam hanc familiam fuisse.*

fuisse. L. Manlius Titum filium suum, qui postea Torquatus dictus fuit, rus ab hominum conversatione relegavit: idem Dictator tanta severitate delectum habuit, ut Imperiosi nomen retulerit. Ipse T. Manlius Torquatus, filium suum, quod provocatus à Geminio Metio, duce Tusculanorum, ad dimicandum, se ignaro, descenderat, abripi à lictore, & in modum hostiæ, mactari jussit, satius judicans, patrem filio forti, quam patriam militaris disciplinæ exemplo carere: quo quidem functo Manlius usque adeo invisum se atque exosum juventuti Romanæ effecit, ut ipsi, de Latinis, Campanis, Sidicinis, Auruncis triumphum agenti, nemo adolescens nobilis obviam processerit. Ad hanc severitatem respexit Virgilius, quum scripsit,

——— Sævumque securi
Adspice Torquatum. ———

L. quoque Manlius Torquatus, is qui Consul cum Cn. Octavio fuit, filium suum, accusatum à Macedonum legatis, quod in Prætura sua provinciam pecunia spoliasset, vetuit in conspectum suum prodire, negans eum videri tali ingenio fuisse, quales ejus majores fuissent: quam quidem notam filius tam acerbe tulit, ut eadem nocte se laqueo interemerit. Ab hac igitur Manliæ gentis severitate credunt quidam Boëthium nostrum dictum fuisse SEVERINUM: *quibus tamen ego adstipulari non possum; eo quod nusquam videam cognomen istud genti Manliæ tributum: nam Imperiosos quidem Manlios lego, Severos aut Severinos non lego. Et quia Severinorum familiam nobilem tunc temporis fuisse constat, quæ tamen non fuerit gentis Manliæ, malo ego ad Severinos illos nomen istud referre: Fuerunt autem hoc nomine Consules plures Fastis notati, sub Imperatoribus Leone & Zenone. Ac fieri potest, ut vel Manlii Theodori filia Severino alicui nupta fuerit, avo nostri Boëthii, vel filius Manlius adoptione transierit in familiam Severinorum, ex quo natus sit* BOETHIUS, *nostri Boëthii pater; is qui quum Præfecturam gereret Prætorii, à Valentiniano Imperatore una cum Aëtio Patritio innocens in Palatio interfectus est. Hic ille est, cujus mentionem facit in Chronico suo Cassiodorus.*

Aëtius,

Aëtius, inquit, Patritius in Palatio manu Valentiniani III. *Imperatoris extinctus est. Boëthius vero præfectus Prætorio amicis ejus circumstantibus interemptus. Hæc refert Cassiodorus ad Consulatum Aëtii & Studii, qui incidit in annum Christi* CCCCLV. *quo ipso anno Boëthius noster natus esse creditur. Eodem anno Fl. Anicius Petronius Maximus, qui Valentinianum, justo uxoris ab ipso vitiatæ dolore ardens, occidit, ejusque contra uxorem Eudoxiam stupravit, & imperium sibi vindicare conatus est, à Genserici militibus interemptus occubuit.*

Referenda sunt igitur ad Boëthii majores, à quibus petita sunt ista nomina: Anicii, ad Anicium Petronium Probum atavum. Manlii Torquati, ad Manlium Theodorum proavum. Severini, ad avum Severinum. Boëthii ad patrem Boëthium. Duravit vero etiam post Boëthii & Theodorici obitum Aniciorum gens: Justinus enim & Justinianus Imperatores Anicii dicti sunt: Fratrem quoque Justiniani nomine Germanum, ait Jornandes, ducta Malhasuenta, Wittigis Gothi vidua, Aniciorum gentem cum Amale stirpe conjunxisse.

Prænomen Boëthii nulli libri præferunt. Mihi dubium non est, prænomen ipsi fuisse Flavii: ita enim vocari video in Actis Ecclesiasticis, quæ sic habent: Fl. Boëthio V. C. *Consule, die* III. *Iduum Martiarum, in Basilica Constantiana, residente venerabili viro, Papa Felice, &c. Quæ verba ad primum Boëthii Consulatum referenda sunt.*

Floruit autem Boëthius noster Theodorici Amali regis Ostrogothi temporibus. Hic ille est Theodoricus Theodemiri filius, qui delatum sibi à Zenone Imperatore Italiæ regnum, quod tunc quidem Odoacer Herulus occupaverat, cum ingentibus Ostrogothorum copiis invasit, ipsoque interfecto, regni Gothorum in Italia sedem Ravennæ fixit, atque inde toti Italiæ & Siciliæ jus dixit, rescripta sua quaquaversum mittens, quorum magnam partem M. Aurelius Cassiodorus libris suis Variarum inseruit.

Fuit autem tempestas illa gravis admodum Romanæ urbi: nam inter tot magnos & præstantes viros quos adhuc habebat Respublica optimus quisque dignitatem Imperii & majestatem summam

summam alio translatam tacite indignabatur. Imperatoris enim sedem aulamque habebat Constantinopolis, quæ tunc nova Roma dicebatur. Italiam vero omnem occupatam primum à Vandalis, postea ab Herulis, tenebant tunc Gothi, qui regni sui sedem non Romæ, sed Ravennæ posuerant. Una in tanto dignitatis naufragio supererat tabula, Consulatus: sed & is quoque altera parte erat imminutus, quum à Constantini inde temporibus alter Consulum Constantinopoli, alter Romæ designaretur.

Natus est Boëthius anno Christi (ut ante dixi) CCCCLV. *hoc est, quinquaginta annis post captam ab Athalarico Gotho Romam. Ex quo apparet, non multo ipsum posteriorem fuisse Hieronymo & Augustino, quorum ætas incidit in extremos annos Anicii Petronii Probi. Coævus fuit Cassiodori, Cæsarii Arelatensis, Fulgentii, Virgilii, Prisciani, Victoris Africani, Sidonii Apollinaris, Sancti quoque Benedicti, à quo fertur in monte Cassino una cum Tertullo Placidi monachi patre, Senatore Romano, mensæ monasticæ adhibitus.*

Puerum Deus miris ingenii dotibus imbuerat: sed & aliis omnibus instruxerat rebus quæ ad vitam bene beateque degendam exoptari solent: Opes enim dederat, valetudinem, formam, amicos.

Sed, orbatum patre, amicorum fides atque industria ad Eruditionis & Sapientiæ templa perduxit. Missus est enim infans statim Athenas; ubi jam restaurata litterarum & Philosophiæ studia magno præstantissimorum ingeniorum confluxu atque ardore agitabantur. Ibi ille totos annos XVIII, *cum aliorum Philosophorum, tum Aristotelis imprimis atque Euclidis & Ptolemæi lectioni vacavit. Ac videtur quidem Eleaticæ primum, postea Academicæ, tandem vero Peripateticæ sectæ addictus fuisse. Huc illud refero quod initio hujus libri legitur: ubi Philosophia, Poëticas Musas apud Boëthium in carcere conspiciens, fingitur ægre ferre illarum præsentiam, & dicere, Hunc vos, Eleaticis atque Academicis studiis innutritum, ausæ fuistis adire? Quod de annis* XVIII *Athenis exactis dixi, confirmatur ipsius Boëthii testimonio, ex libro de disciplina Scholarium: Exercuit*

cuit autem in prima illa ætate ſtudium Poëticæ ; itaque ipſe de ſe,

Carmina qui quondam ſtudio florente peregi,
Flebilis, heu, mœſtos cogor inire modos.

Sic ergo Boëthius pueritiam & juvenilem ætatem conſumpſit. Atque huc pertinent illa Fortunæ ad ipſum verba : Quum te matris ex utero natura produxit, nudum rebus omnibus inopemque ſuſcepi, meis opibus fovi, &, quod te nunc impatientem noſtri facit, favore prono indulgentius educavi, & omnium quæ mei ſunt juris adfluentia & ſplendore circumdedi.

Reverſum Athenis in urbem, ſtatim egregia animi virtus, moreſque ad humanitatem facti commendavere præcipuis in Rep. Viris, qui juvenem ad ſumma natum ambire, & affinitates ſuas ipſi ultro etiam offerre non inhoneſtum ſibi putavere. Duxit autem uxorem primam Elpidem Siculam, virginem nobilem, ex eaque duos filios Patritium & Hypatium ſuſcepit. Fuit autem Elpis iſta non probitatis tantum, ſed etiam litterarum laude celebris, imprimiſque Poëticæ amans. Ejus creduntur eſſe Hymni duo, qui in Eccleſia canuntur, Aurea lux, &, Felix per omnes.

Elpidis iſtius quis pater fuerit, neſcitur : primæ illum dignitatis virum fuiſſe, conſtat ex iis quæ libro ſecundo Philoſophia Boëthium alloquens dicit, Taceo, inquit, quod deſolatum parente, ſummorum te virorum cura ſuſcepit, delectuſque in affinitatem Principum civitatis (quod pretioſiſſimum propinquitatis genus eſt) prius carus quam proximus fuiſti. Quis non te fæliciſſimum cum tanto ſplendore ſocerorum, cum conjugis pudore, tum maſculæ quoque prolis opportunitate, prædicavit.

Ita ille juvenis admodum admotus eſt præcipuis in Rep. honoribus, ac per eos tandem ad ſummum faſtigium, hoc eſt, Conſulatum, pervenit. Huc ſpectant illa Philoſophiæ verba, Prætereo (libet enim præterire communia) ſumptas in adoleſcentia negatas ſenibus dignitates. Incidit autem primus ille Boëthii Conſulatus in annum Chriſti CCCCLXXXVII. *quo anno, ut auctor eſt Caſſiodorus in Chronico, Odoacer Herulus Phœba Rugorum rege*

rege victo captoque potitus eſt. Ex quo apparet, Boëthium ante occupatum à Theodorico regnum Italiæ Conſulem fuiſſe. Biennio enim poſt conſulatum Boëthii ingreſſus eſt Italiam Theodoricus, & poſtea imperante Anaſtaſio, Conſuleque Albino Ravennam venit & Odacrem interemit.

Filii Boëthii Patritius & Hypatius annis XIII. *poſt patrem Conſules facti ſunt. Fuit autem is annus à Chriſto nato quingenteſimus, Regis Theodorici octavus. Scribit autem Caſſiodorus in Chronico, eo anno Theodoricum Romam cunctorum votis expetitum adveniſſe, & Senatum ſuum mira affabilitate tractaſſe, Romanæ urbi donaſſe annonas, atque admirandis mœnibus, deputata per annos ſingulos maxima pecuniæ quantitate, ſubveniſſe. Hic ille eſt annus quo Boëthius noſter filiis ſuis curules inſidentibus, Theodoricum regem diſerta admodum oratione in Curia laudavit : cui ille reſpondens, Senatum mira comitate appellavit, ac ſe dignitati & commodis ejus nunquam defuturum oſtendit. Progreſſus tunc è Curia in Circum Theodoricus, ad locum qui Palma aurea dicebatur, concionem habuit ad populum cum Senatoribus in gradibus conſidentem. Hic vero Boëthius, medius inter filios ſuos conſiſtens, congiarium populo dedit. Profectus autem è Circo Theodoricus, triumphale epulum Senatoribus dedit, ac plebi Romanæ frumentum donavit. Quanta vero fuerit illius actus celebritas, ex eo cognoſci poteſt, quod B. Fulgentius, qui tunc temporis nova Thraſimundi ſævitia exanimatus deſerta Africa Romam venerat, pompam illam conſpiciens, acclamationes audiens, ordinemque rerum admirabilem ſecum expendens exclamavit : Quam ſpecioſa debet eſſe Ieruſalem illa cæleſtis, ſi ſic fulget Roma terreſtris ? & ſi in hoc ſeculo datur tanti honoris dignitas diligentibus vanitatem, qualis honor & gloria tribuetur ſanctis contemplantibus veritatem ? Sed ſplendorem iſtius actus eleganter deſcripſit ipſe Boëthius hujus operis libro ſecundo, ubi Philoſophiam ſic loquentem introducit : Siquis rerum mortalium fructus ullum beatitudinis pondus habet, poteritne illius memoria lucis quantalibet ingruentium malorum mole deleri, quum duos pariter liberos tuos domo provehi ſub*

fre-

frequentia Patrum, sub plebis alacritate vidisti? quum eisdem in Curia curules insidentibus, tu Regiæ laudis orator, ingenii gloriam facundiæque meruisti? quum in circo duorum medius Consulum circumfusæ multitudinis exspectationem Consularis triumphali largitione satiasti? Secundus Boëthii nostri Consulatus incidit in annum Christi DX. *Theodorici Regis* XVIII. *Hoc anno Boëthius, Consul, Prædicamenta Aristotelis commentariis illustrare aggressus est. Testatur id ipse initio sui Commentarii. Etsi, inquit, nos curæ officii Consularis impediunt, quo minus in his studiis omne otium, plenamque operam consumamus; pertinere tamen videtur ad aliquam Reip. curam; elucubratæ rei doctrina cives instruere, ne male de civibus meis merear, si, quum prisca hominum virtus urbium cæterarum in hanc unam Rempublicam Imperium transtulerit, ego, id saltem quod reliquum est, Græcæ sapientiæ artibus mores nostræ civitatis instruxero. Quare ne hoc quidem ipsum Consulis vacat officio; quum Romani moris semper fuerit, quod ubicumque gentium pulcherrimum esset atque laudabile, id magis ac magis imitatione honestare. Judicabat enim gravissimus vir, non posse à se tempus quod à Rep. vacuum habebat, melius collocari, quam si illud maximorum virorum, Catonis, M. Tullii, Senecæ, aliorumque exemplo, sapientiæ studiis, atque Aristotelis imprimis, Philosophorum maximi, lectioni, versioni atque explicationi tribueret. Nam & ipse à prima ætate illis studiis fuerat delectatus, & intelligebat, nihil esse, quo æque humana mens gaudeat, atque veri cognitio: & sperabat Romanam juventutem sua opera ad priscam illam virtutem posse excitari. Habebat autem Bibliothecam optimorum utriusque linguæ librorum copia instructissimam, cujus parietes ebore ac vitro compti nitebant, neque in carcere postea quicquam tulit molestius, quam quod ea carere debuerit: quocirca ipse cum Philosophia sua de hac re ita in catenis conqueritur: Hæccine, inquit, est Bibliotheca illa, quam certissimam tibi sedem nostris in laribus ipsa delegeras? in qua mecum sæpe residens de divinarum humanarumque rerum scientia disserebas?*

Hisce

Hisce igitur præsidiis instructus Boëthius omnem Philosophiam Latinis litteris illustrare instituerat. Sic enim scribit: Ego omne Aristotelis opus quodcumque in manus venerit, in Romanum stylum vertens, eorum omnium commenta Latina oratione perscribam: ut siquid ex Logicæ artis subtilitate, vel ex Moralis gravitate peritiæ, & ex Naturalis acumine veritatis, ab Aristotele perspicuum est, id omne ordinatum transferam, atque id quodam lumine Commentariorum illustrem.

Hac ille contentione multa in universa Philosophia vel è Græcis vertit, vel ipse Latine scripsit.

In LOGICIS ista,

Ad Isagogen Porphyrii libros II.
Secundæ editionis librum I.
In Categorias Aristotelis libr. II.
In Librum Περὶ ἑρμην. *lib.* I.
Editionis secundæ libros VI.
De Divisione librum I.
De Definitionibus librum I.
Ad Categoricos Syllogismos introductionis librum I.
In Topica Ciceronis libros VI.
De Differentiis Topicis libros IV.
De Syllogismo Categorico libr. II.
De Syllogismo Hypothetico libr. II.

In RHETORICIS,

De locis Rhetoricis libr. I.

In ARITHMETICIS,

Transtulit Nicomachum Arithmeticum Cassiodor. de Arith. Hanc apud Græcos Nicomachus diligenter exposuit: quem primum Madaurensis Apuleius, deinde magnificus vir Boëthius, Latino sermone translatum, Romanis contulit lectitandum.
De Arithmetica lib. II.

In MUSICA,

Transtulit Pythagoram Musicum.
Scripsit de Musica libros V.

In GEOMETRIA,

Transtulit Euclidem. Cassiodorus loquens de Geometria. Cujus disciplinæ, inquit, apud Græcos Euclides, Apollonius, Archimedes, nec non & alii scriptores probabiles exstiterunt: ex quibus Euclidem translatum in Romanam linguam idem vir magnificus Boëthius dedit, qui si diligenti cura relegatur, hoc quod de divisionibus prædictis apertum est, manifesta intelligentia & clara veritate cognoscetur.

Scripsit in Geometriam Euclidis libros tres.

De Quadratura circuli.

In GEOGRAPHIA & ASTRONOMIA,

Transtulit Ptolemæum Alexandrinum.

In METAPHYSICIS,

De unitate & Uno lib. I.

In MECHANICIS,

Transtulit Archimedem Mechanicum. Edidit præterea Platonem à se versum. Epistolarum ad diversos librum I. *Concordiam quoque Philosophiæ Aristotelicæ cum Platonicis scribere adgressus est.*

De hebdomadibus lib. I.

Crediderim etiam Romæ vel ipsum extra ordinem quosdam nobiles juvenes docuisse, vel docentibus aliis præfuisse, & varia omnis sapientiæ exercitia domi suæ instituisse. Fuit enim tunc temporis ipsa etiam Roma litterarum, & Philosophiæ, & humaniorum disciplinarum artiumque celebritate clara: quemadmodum ex Rescripto Theodorici Regis ad Symmachum Boëthii socerum apparet: in quo ille Romam eloquentiæ vocat fœcundam matrem, virtutumque omnium latissimum templum; vetatque, ne Valeriani liberi è Syracusana civitate studiorum causa Romam deducti, ipso inconsulto aut inscio ad patrem redeant.

Nota quoque exteris fuit Boëthii nostri eruditionis fama. Nam quum Theodoricus Francorum regi Chlodovæo, & Burgundionum regi Gundibaldo adfinitate junctus esset, quod illius quidem sororem Audafledam uxorem ipse duxisset, alteri vero ipse filiam elocasset, forte evenit, ut Gundibaldus, qui Ravennæ socerum

*cerum inviserat, Romam quoque excurreret, urbis fama, & Boëthii nominis celebritate excitus. cui quum Boëthius inter alia mechanici operis organa ostendisset horologia duo, quorum alterum in Sphæra mobili cursum Solis significabat, alterum aquis stillantibus indicabat horarum spatia, cujusmodi Græci clepsydras vocant, obstupefactus eorum conspectu homo Barbarus, simulatque in suum regnum reversus est, missis legatis petiit à Theodorico ejusmodi ad se horologia transmitti. Theodoricus Boëthium ut talia adfini suo concinnaret, rogavit; concinnata vero misit. Exstant ejus apud Cassiodorum Epistolæ duæ, harum rerum testes, quas operæ pretium est cognoscere, tum ad confirmandam fidem eorum quæ dixi, tum quia eximiam continent Boëthii prædicationem. Audi ergo quid priore Epistola Theodoricus scribat: Burgundionum Dominus à nobis magno opere postulavit, ut horologium quod aquis sub modulo fluentibus temperatur, & quod Solis immensi comprehensa illuminatione distinguitur, cum magistris rerum ei transmittere debemus. **** Merito siquidem respicere cupiunt, quod legatorum suorum relationibus obstupescunt. Hoc te, multa eruditione saginatum, ita nosse didicimus, ut artes, quas exercent vulgariter nescientes, in ipso disciplinarum fonte potaveris. Sic enim Athenienſium Scholas longe positas introisti, sic palliatorum choris miscuisti togam, ut Græcorum dogmata doctrinam feceris esse Romanam. Didicisti enim, qua profunditate cum suis Speculativa cogitetur; qua ratione Activa cum sua divisione discatur: deducens ad Romuleos Senatores quicquid Cecropidæ mundo fecerant singulare. Translationibus enim tuis Pythagoras Musicus, Ptolemæus Astronomus leguntur Itali: Nicomachus Arithmeticus, Geometricus Euclides, audiuntur Ausoniis: Plato Theologus, Aristoteles Logicus, Quirinali voce disceptant: Mechanicum etiam Archimedem Latialem Siculis reddidisti. Et quascumque disciplinas vel artes fœcunda Græcia per singulos viros edidit, te uno auctore, patrio sermone Roma suscepit: quos tanta verborum luculentia reddidisti claros, tanta linguæ proprietate conspicuos, ut potuissent & illi opus tuum præferre, si utrumque didicissent.*

*Tu artem prædictam, ex disciplinis nobilibus natam, per quadrifarias Matheſis januas introiſti. Tu illam in Naturæ penetralibus conſidentem, auctorum libris invitantibus, cordis lumine cognoviſti. ***. Hæc quia ſtudioſius te legiſſe comperimus, prædicta nobis horologia quantocius tranſmittere maturabis; ut te notum in illa parte mundi facias, ubi aliter pervenire non poteras. Agnoſcant per te exteræ gentes, tales non habere nobiles, quales leguntur auctores. Quoties non ſunt creditura quod viderint? Quoties hanc veritatem luſoria ſomnia putabunt? Et quando fuerint à ſtupore converſi, non audebunt ſe æquales nobis dicere, apud quos ſciunt ſapientes talia cogitaſſe.*

In Epiſtola Theodorici ad Gundibaldum Burgundionum regem leguntur iſta. Quapropter ſalutantes gratia conſueta, per harum portitores, præſentiæ veſtræ, horologia, cum ſuis diſpoſitoribus, credidimus deſtinanda; Unum, in quo humana ſolertia videtur colligi, quod totius cæli noſcitur ſpatia pervagari; aliud, ubi Solis meatus ſine Sole cognoſcitur, & aquis guttantibus horarum ſpatia terminantur. Habetote in veſtra patria, quod aliquando vidiſtis in civitate Romana. Dignum eſt, ut noſtris bonis veſtra gratia perfruatur, quæ nobis etiam adfinitate conjungitur.

Sed &, citharœdum miſſurus Theodoricus ad Chlodovæum Francorum regem, Boëthium noſtrum conſuluit, deditque ipſi curam deligendi alicujus idonei. Apparet id ex epiſtola ipſius Theodorici ad Boëthium, in qua hæc leguntur: Quum Rex Francorum, convivii noſtri fama pellectus, à nobis citharœdum magnis precibus expetiſſet, ſola ratione complendum eſſe promiſimus, quod te eruditionis Muſicæ peritum eſſe noveramus. Adjacet enim vobis, doctum eligere, qui diſciplinam ipſam in arduo collocatam potuiſtis attingere.

Idem quoque ad Chlodovæum (quem Caſſiodorus Luduin vocat) victoria Alemannica elatum ſcribens, eum, ut moderatione & clementia victos ſibi devinciat, hortatur, ac tandem addidit, Citharœdum etiam arte ſua doctum pariter deſtinavimus expetitum, qui ore manibuſque conſona voce cantando, gloriam veſtræ poteſtatis oblectet: quem ideo fore credimus gratum, quia ad

ad vos eum judicaſtis magno opere dirigendum. Hæc igitur ſtudia fuere Boëthii.

Quæ dum tractat, eripitur ipſi morte Elpis, fida curarum, & gaudiorum, & ſtudiorum ſocia. Ejus Epitaphium (incertum, ſcriptumne à Boëthio, an alio ab aliquo) tale legitur:

Elpis dicta fui, Siculæ regionis alumna,
Quam procul à patria conjugis egit amor.
Quo ſine mœſta dies, nox anxia, flebilis hora,

* * *

Porticibus ſacris jam nunc peregrina quieſco
Judicis æterni teſtificata thronum.

Defuncta Elpide, Boëthius ſecundam uxorem duxit, Symmachi Senatoris & Conſularis viri filiam Ruſticianam, ex quâ duos filios paterni avitique ingenii ſpeciem præferentes ſuſcepit. Atque hos quidem Conſulares vocat, non quod Conſules fuiſſent, ſed quod viro Conſulari eſſent progeniti.

Sequutus eſt poſtea Boëthii tertius ultimuſque Conſulatus, quem ille cum Symmacho ſocero ſuo geſſit, anno Chriſti DXXII, *ætatis ſuæ* LXVII. *Ad eum vero petendum, ut & alios quoque honores, non ambitio Boëthium, aut lucri ſpes, ſed bonorum commune ſtudium impulit. Ac videtur Symmachum quidem Conſulem dediſſe Senatus Romæ novæ, Boëthium vero Senatus Romæ veteris. Huic Symmacho Boëthius libellum inſcripſit à ſe compoſitum de S. Trinitate adverſus Neſtorii & Eutychetis errores. Fuit enim S. Theologiæ imprimis ſtudioſus Boëthius; ac tunc quidem eo impenſius, quod videret Orthodoxam de S. Trinitate ſententiam vehementer ab Oſtrogothis, Arianis, ipſorumque rege Theodorico oppugnari. Scripſit ergo de Unitate Trinitatis, Utrum Pater, Filius, & Sp. Sanctus de divinitate ſubſtantialiter prædicentur. Præterea, de Fide, ad Joannem Diaconum: &, de duabus in Chriſto naturis: Sed Boëthius editis iſtis operibus odium ſibi Theodorici Regis conflavit, & in ſuſpicionem apud ipſum venit capti de mutando Reip. ſtatu, & vindicanda in libertatem Italia, conſilii. Nec defuere, qui hac*

occasione in ipsum aperte insurgerent, Consulisque authoritatem aperte oppugnarent: quibus omnibus Boëthius, fretus recti animi conscientia, fortiter sese opposuit, neque est veritus, pro tuenda Rep. & privatorum civium jure, inimicitias potentiorum suscipere.

Primum ergo Conigastum exactorem repressit, miserorum civium fortunas nefarie invadentem. neque id semel tantum fecit, suo Consulatu, sed sæpius. Postea Triguillam, Regiæ domui præfectum, ab incepta, jamque perpetrata injuria, revocavit. Bona & innocuos cives, quos infinitis calumniis effrenis Gothorum avaritia divexabat, objecta periculis nominis sui auctoritate protexit. Provincialium quoque fortunas privatis præfectorum rapinis & publicis vectigalibus pessumdari, apud Regem Theodoricum questus est. Quumque acerba fame fervente, gravis atque inexplicabilis indicta coëmtio profligatura Campaniam provinciam videretur, ipse communis commodi causa certamen adversus præfectum Prætorii suscepit, & Rege ipso cognoscente pro Campanis acriter contendit, & ne coëmptio illa exigeretur, orationis suæ vi effecit. Paulinum, Consularem virum, cujus opes Palatinæ hirudines jam spe atque animo exsuxerant, faucibus accusatorum famelicis eripuit. Albinum quoque, & ipsum virum Consularem, Cypriani delatoris accusatione pressum, defendit Veronæ, derivato etiam in se Cypriani odio: quumque Rex ipse majestatis crimen, in Albinum delatum, ad universum Senatum transferre conaretur, faceretque pro uno reos plures, Boëthius noster ingenti cum securitatis suæ periculo Senatum omnem gravissima oratione defendit. Sed audiamus gesta à se in suo Consulatu referentem Boëthium. Susceptæ sunt mihi cum improbis graves inexorabilesque discordiæ: &, quod conscientiæ libertas habet, pro tuendo jure spreta potentiorum semper offensio. Quoties ego Conigastum in imbecillis cujusque fortunas impetum facientem obvius excepi? Quoties Triguillam regiæ præpositum domus ab incepta perpetrataque jam prorsus injuria dejeci? Quoties miseros, quos infinitis calumniis impunita Barbarorum semper avaritia vexabat, objecta periculis auctoritate protexi?

Num-

Nunquam me ab jure ad injuriam quisquam detraxit. Provincialium fortunas tum privatis rapinis, tum publicis vectigalibus pessumdari, non aliter quam qui patiebantur, indolui. Quum acerbæ famis tempore gravis atque inexplicabilis indicta coëmtio profligatura inopia Campaniam Provinciam videretur, certamen adversum præfectum Prætorii communis commodi ratione suscepi, Rege cognoscente contendi, ne coëmtio exigeretur, evici. Paullinum, Consularem virum, cujus opes Palatini canes jam spe atque ambitione devorassent, ab ipsis hiantium faucibus traxi. Ne Albinum Consularem virum præjudicatæ accusationis pœna corrigeret, odiis me Cypriani delatoris opposui. Satisne magnas in me videor exacerbasse discordias?

Hisce à Boëthio tempore sui Consulatus gestis, quum Regis & aulicorum odia in ipsum flagrarent, sequente anno, qui in Fastis Maximum Consulem habet, accusatus est à Basilio, Opilione, & Gaudentio, hominibus flagitiose improbis, & (quia ipsi impium quoque Arii dogma ad exemplum sui regis sequebantur) Orthodoxo nomini infensissimis. Ex his Basilius olim regio ministerio depulsus, in delationem Boëthii æris alieni necessitate, & spe Regii favoris, descendit: Opilio vero & Gaudentius, qui ob multa flagitia exilio destinati, ædium sacrarum, ad quas confugerant, se præsidio tuebantur, (etsi Rex dixisset, nisi intra præstitutum diem Ravenna excederent, futurum, ut extracti è templis, frontibus suis inusti urbe pellerentur) simulatque Boëthii accusationem professi sunt, (quod quidem eopse die quo Rex id ipsis comminatus fuerat, accidit) repente admissi, auditi, in gratiam Regis recepti, ac pristinæ dignitati restituti sunt. Summa vero accusationis, vel delationis potius, hæc fuit: Quod Boëthius salvum Senatum, ejusque auctoritatem, esse voluisset. Quod delatori obstitisset, ne documenta adferret, quibus Senatum reum læsæ majestatis probaret. Quot restitutionem Imperii Romani molitus fuisset; ad cujus capitis confirmationem ipsi litteras quasdam tanquam à Boëthio scriptas proferebant, quum essent à se confictæ. Dicebant etiam, Boëthium ob ambitum dignitatis conscientiam suam sacrilegio polluisse. Theodoricus autem Ostrogothorum Rex,

qui hactenus, etsi ab Ecclesiæ sententia dissideret in articulo de Sancta Trinitate, æquum se atque humanum Orthodoxis præbuerat, ab hoc inde tempore cœpit ingenium à clementia ad crudelitatem, & ab humanitate consueta ad barbariem tyrannidemque transferre, sive blandientis fortunæ aura elatus, sive odio eorum quos intelligebat à sua sententia in Religione alienos, sive quod ab illis prætextu Religionis propagandæ & oppugnandæ hæreseos mutationem Reip. metuebat. Tantum enim falsis accusationibus & fictis criminibus tribuit fidei, ut Boëthium, quo vix alius, sicut antea intelleximus, ipsi fuerat dilectior, etiam insontem condemnarit, & publicatis ejus bonis omnibus, Ticinum (quod posteriores Papiam vocaverunt) relegarit, quingentis, ut ipse conqueritur, ab urbe passuum millibus. Ipse ait, se bonis omnibus pulsum, dignitatibus exutum, existimatione fœdatum, ob beneficium supplicium retulisse, & ob studium propensius in Senatum morti proscriptionique damnatum fuisse.

In hoc carceris pedore, remotus à bibliotheca, pressus catenis, non fuit otiosus, neque dolori succubuit, sed medicinam petiit ex studiis sapientiæ, quæ sola animi ægritudinem lenire potest, & in summis malis sola est viri boni hæreditas. Primum ergo scripsit, ad exemplum Socratis, Apologiæ, vel defensionis suæ librum, contra falsas malevolorum accusationes: id enim ipse indicat his verbis. Cujus rei seriem atque veritatem, ne latere posteros queat, stylo etiam memoriæque mandavi. Scripsit quoque in eodem carcere ad Symmachum librum de S. Trinitate, quo sententiam B. Augustini breviter expressit. Scripsit leniendo dolori suo libros istos quinque de Consolatione Philosophiæ. Neque vero opus ille totum, prout instituerat, absolvit: habeo enim certissima argumenta, quibus possum evincere, propositum Boëthio fuisse, ex doctrina quoque Christiana ea superioribus addere, quibus ad considerationem æternæ vitæ animus humanus attolli posset. Nam primum, non est verisimile partem istam à Christiano homine, mortem ob oculos habente, fuisse præteritam; eumque qui de S. Trinitate in carcere scripsit, consolationem in adversis non petiisse ex disciplina Christi, & doctrina rerum credendarum

rum ac sperandarum libris sacris explicata. Deinde ipse, Philosophica ista proponens, pollicetur quædam altiora. Hæc, inquit, nondum morbi tui remedia, sed adhuc contumacis adversus curationem doloris fomenta quædam sunt. Nam quæ in profundum sese penetrent, quum tempestivum fuerit, exponam. Videsne N. Iu. Sapientiam ipsi promittere majora quædam, & efficaciora? Adhæc, libro quarto Boëthius, Philosophiam compellans, eam vocat veri præviam luminis: non igitur in parte illa statuit subsistere, sed progredi ulterius ad majus lumen. Jam, quod paullo post dicitur, Decursis omnibus quæ præmittere necessarium puto, viam tibi, quæ te domum revehat, ostendam. Pennas etiam tuæ menti, quibus se in altum tollere posit, affigam, ut perturbatione depulsa, sospes in patriam, meo ductu, mea semita, meis etiam vehiculis, revertaris. Nemo non videt, rerum tractandarum propositionem hisce verbis contineri. Promittit autem, se primum præmissurum quædam, postea se quædam subjecturum. Quæ præmissurum se ait, habemus: alteram partem desideramus, in qua erat ostensurus viam quæ hominem domum, id est, in cælum, ducat; quæque pennas ipsius menti affixura erat, quibus se in altum posset tollere, atque ita sospes in patriam, hoc est, cælum, reverti. Ex his apparet, libros istos nondum esse perfectos. Sed quid cesso valido & inconcussæ autoritatis argumento idem probare? Initio libri quinti sic loquitur Boëthius de Philosophia. Dixerat, orationisque cursum ad alia quædam tractandæ & expedienda vertebat: Quænam? illa scilicet, quæ ex Christianæ religionis mysteriis peti possunt; quum Boëthius sermonem injicit de Casu, De Libero arbitrio, & Concordia Præscientiæ divinæ cum libertate arbitrii, quæ tractatio usque ad finem libri sese extendit. Sequitur igitur, nondum id quod docere instituerat, plene esse absolutum, sed desiderari partem illam quæ viam ad cælum monstrat, quæ ex sola Christi doctrina peti debet. Indicat hoc ipsum clarius postea Philosophia, quum ait: Festino debitum promissionis absolvere, viamque tibi qua in patriam eveharis, aperire. Hæc autem etsi perutilia cognitu, tamen à propositi nostri tramite paullisper aversa sunt; verendumque est, ne deviis

fati-

fatigatus, ad emetiendum rectum iter sufficere non possis. De via vocat disputationem de Casu, de libertate arbitrii humani, & Concordia divinæ præscientiæ cum libertate arbitrii. Emensio autem recti itineris, & via quæ in patriam ducit, quam nos desideramus, erat futura pars illa propria Christianitatis, in qua Philosophia ipsum per infamiam, accusationes, carceres, mortem, omniaque adversa duxisset ad vitam æternam, & beato Christi Servatoris, ac Prophetarum atque Apostolorum choro conjunxisset.

Neque vero quia Christi, & Apostolorum non meminit in his libris Boëthius, propterea minus efficax consolatio ejus videri debet, quandoquidem ea ipsa quæ dicuntur, vera, & scripturis divinis sunt congrua. Magis autem æstimanda est divina veritas ex ratione, quam ex verbis hoc aut illo modo prolatis. Ratio enim semper uniformis est, verba pro scribentis aut loquentis arbitrio mutari possunt. Joannes Sarisberiensis, vir, etiam quum de nugis scribit, gravissimus; Licet, inquit, liber ille verbum non exprimat incarnatum, tamen apud eos qui ratione nituntur, non mediocris auctoritatis est, quum ad reprimendum quemlibet exulceratæ mentis dolorem, congrua cuique medicamenta conficiat.

Cætera quæ ad Boëthii nostri in carcere Ticinensi agentis statum conditionemque pertinent, possunt intelligi ex sermone Philosophiæ ad Boëthium. Viget, inquit, incolumis, illud pretiosissimum generis humani decus, Symmachus socer, &, quod vitæ pretio non segnis emeres, vir totus ex sapientia virtutibusque factus, suarum securus, tuis ingemiscit injuriis. Vivit uxor, ingenio modesta, pudicitiæ pudore præcellens, &, ut omnes ejus dotes breviter includam, patri similis. Vivit, inquam, tibique tantum, vitæ hujus exosa, spiritum servat, &, (quo uno felicitatem minui tuam vel ipsa concesserim) tui desiderio lacrymis ac dolore tabescit. Quid dicam liberos Consulares, quorum jam, ut in id ætatis pueris, vel paterni, vel aviti specimen elucet ingenii. Atque hæc quidem ita sese habent. Nunc ea videamus, quæ ad ipsius obitum faciunt.

Præ-

Præerat in Oriente rebus humanis Justinus Imperator, ipse etiam ex gente Anicia. vocatus enim fuit FL. ANICIUS JUSTINUS, *atque ita nomen ejus numi referunt. Hunc necesse est cognatum fuisse nostro Boëthio. Proposuit autem Justinus Edictum, ut Arianorum Ecclesiæ ubique Catholicis cederent. Per id ægre tulit Theodoricus Italiæ Rex, quod & ipse Arianus esset, & toti sectæ faveret. Is idcirco Joannem Episcopum Romanum Constantinopolim misit, qui ipsius verbis Imperatorem Justinum moneret, ut ereptas Arianis in Græcia & Asia Ecclesias restitueret, neque ullum ipsis negotium facesseret: sin minus, se eadem omnia Catholicis in Italia illaturum, quæ Arianis intelligeret in Asia omnique Græcia facta esse. Profectus ad Justinum Joannes Papa, non paruit Regis mandatis, sed, ex consilio & jussu Justini, quacumque iter fecit, Ecclesias omnes sententiæ Orthodoxæ consecravit. Itaque reversum Theodoricus Ravennam à se evocavit, una cum Symmacho Boëthii socero: atque illic primum Joannem, tanquam reum majestatis, carceri inclusum, fame, siti, aliisque incommodis interemit: postea etiam Symmachum, ut conscium rerum adversus Arianos gestarum; ac tandem quoque Boëthium, quem ille Ticini, resecta in carcere cervice, occidi jussit, anno Christi* DXXVI, *qui Theodorici regis fuit* XXXIV. *Justini Imperatoris nonus, Boëthii vitæ* LXXII. *Joannis Papæ ultimus, & Felicis primus. Ostenditur hodieque Ticini Turris lateritia, in qua Boëthius detentus in vinculis fuit. Corpus ejus cives in templo B. Petri condidere, sub cælo aureo, sacello B. Augustini, qua parte in aditum templi adscensus incipit, estque ejus monumento insculptum hoc Epitaphium:*

Mæoniæ & Latiæ linguæ clarissimus, & qui
Consul eram, hic perii, missus in exilium.
Sed quem mors rapuit, probitas evexit ad auras.
Et nunc fama viget maxima, viget opus.

Nec superfuit diu Joanni, Symmacho, Boëthio, Theodoricus, ipso enim illo anno mortuus est.

Post obitum ejus Amalisuenta, Theodorici filia Athalarici mater,

mater, vidua Eutharici, omnes Boëthii ſtatuas proſtratas Romæ erexit, & hæredibus patrimonium incolume reddidit. Theodohatus quoque Rex, quem Amaliſuenta ſoror ad regnum promoverat, Maximum quendam, ex gente Anicia ad Primiceriatus provehens dignitatem, adſcivit in regiæ ſtirpis conjugium, ut eſt apud Caßiodorum lib. X. *Ep.* XI.

Denique ducentis ſeptuaginta poſt annis, hoc eſt, anno Chriſti CMXCVI, *Otho* III, *Auguſtus, oſſa Boëthii, ſepulchro, in quo eum in diem uſque abdita jacuerant, educta, elevari, & in tumba marmorea exaltari fecit. In cujus rei memoriam Gerbertus, is qui Rhemenſi Archiepiſcopatu abdicato Epiſcopus Ravennas ac tandem Pontifex Max. adſumpto nomine Sylveſtri* II. *factus eſt, hoc carmen eo tempore condidit.*

Roma potens, dum jura ſuo declarat in orbe,
Tu pater & patriæ lumen Severine Boëthi
Conſulis officio rerum diſponis habenas,
Infundis lumen ſtudiis, & cedere neſcis
Græcorum ingeniis: ſed mens divina coërcet
Imperium mundi. Gladio bacchante Gothorum
Libertas Romana perit. Tu Conſul & exſul
Inſignes titulos præclara morte relinquis.
Nunc decus Imperii, ſummas qui prægravat artes,
Tertius Otho ſua dignum te judicat aula,
Æternumque tui ſtatuit monumenta laboris,
Et bene promeritum meritis exornat honeſtis.

Expoſui breviter, Nob. I. ea quæ de vita Fl. Anicii Manlii Torquati Severini Boëthii dicere habui. Supereſt ut de hoc opere pauca ſubjiciam. Sunt quidem omnes Boëthii libri graves & eruditi. ſed in his, de Conſolatione Philoſophiæ, neſcio quomodo noſter auctor ſeipſum vicerit. Ac puto, homines, quo ſunt morti viciniores, eo plus experiri in ſe divinitatis; eoque communem vitæ ordinem egreſſos, majora dicere, facere, videre, cogitare, quam in omni vita acta fecerint. quæ res ingens momentum habet ad probandam immortalitatem animorum. Boëthius igitur in carcere animum ſuum à rebus aliis omnibus abductum revocavit ad

ad conſiderationem Beatitudinis; ſcripſitque Conſolationem iſtam verbis ſententiiſque ita numeroſam, ut nihil poßit concipi elegantius. Accipe Julii Cæſaris Scaligeri judicium, ex ipſius Hypercritico. Boëthii Severini ingenium, eruditio, ars, ſapientia, facile provocat omnes auctores, ſive illi Græci ſint, ſive Latini. Sæculi barbarie ejus oratio ſoluta deterior invenitur; at quæ libuit ludere in Poëſi, divina ſane ſunt: Nihil illis cultius, nihil gravius; neque denſitas ſententiarum, Venerem, neque acumen abſtulit ardorem. Equidem cenſeo, paucos cum illo comparari poſſe. Valla docet illum latine loqui; at Vallam Boëthius bene ſapere.

Forma libri eſt Dialogiſtica, non μονοπρόσωπος: & in Dialogo ipſo non interloquuntur nudæ perſonæ, ſed intercedit ſæpe ipſe Boëthius, narrans multa, & filo orationis ſuæ conſuens atque contexens ea, quæ à ſe, quæque à Philoſophia diſſeruntur. Dictio eſt varia, modo ſoluta, modo pedibus adſtricta; ipſe proſam vocat & metrum.

Libri ſunt quinque: Primus habet querelam & lamentationem Boëthii, ex collatione ſtatus prioris cum præſente.

II. Secundo libro applicat Philoſophia leviora quædam fomenta, docetque, injuſte Boëthium de fortuna queri.

III. Tertius liber certiora continet adverſus animi ægritudinem remedia, & rejecta falſæ felicitatis ſpecie, veram beatitudinem oſtendit.

IV. Quartus docet, Omnes malos infelices & imbecilles eſſe, Bonos vero ſemper beatos & potentes, Deo cuncta regente. Hic agitur de Providentia & Fato; doceturque, nullam eſſe fortunam malam.

V. Quintus eſt de Caſu, de libertate arbitrii, & Concordia libertatis cum præſcientia divina.

Quibus ſi ſextus acceßiſſet de vita æterna, in quo oſtendiſſet, ad vitam illam contendentibus ferenda eſſe multa adverſa, exemplo Chriſti, Prophetarum, Apoſtolorum, haberemus plenam & conſummatam adverſus omnia hujus vitæ mala conſolationem.

Habes,

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І.МЕЧНИКОВА

PRÆFATIO.

Habes, Nobiliſsime juvenis, ea quæ ad aureolum hunc Boëthii libellum præmittenda duxi: Hæc autem ſub tuo nomine publice conſpici volui, ut exſtaret aliquod mei in te adfectus, amicitiæque ab utroque avo, patreque inſuper, & patruo, viris omni ſeculorum memoria digniſsimis, ad te uſque cum vero cultu derivatæ, teſtimonium. Si jam hæc uſui non ſunt, proderunt forte olim. Non debet autem te offendere, quod partes docendi Boëthius tribuat Philoſophiæ; neque enim vel alienum eſt à Philoſophiæ munere, tractare res divinas; vel proprium ejus, tractare tantum res profanas. Omnis veri conſideratio pertinet ad Philoſophum. Philoſophatur Phyſicus de rebus naturalibus; Ethicus de moribus; Mathematicus de quantitatibus; Metaphyſicus de ſupernaturalibus; Theologus de rebus divinis. Nulla veri conſideratio à Philoſopho aliena, nulla non ejus propria eſt. Philoſophatur Paulus, philoſophantur Prophetæ; Ipſe etiam Dominus noſter in divinis ſuis & ſalutaribus concionibus philoſophatur. Quæ quum ita ſint, cogita, Philoſophiam noſtram, dum adverſus animi ægritudinem remedia proponit, proprio ſuo fungi munere; & Boëthium noſtrum æſtima, vel propter ſe, vel propter me, vel propter remedia adverſus ancipites humanæ vitæ caſus. Vale.

ALIQUOT

ALIQUOT SCRIPTORUM
EJUSDEM ÆTATIS
AC
RECENTIORUM,
DE
BOETIO TESTIMONIA.

I.

ENNODII *Epiſcopi Ticinenſis Epiſt.* XIII. *lib.* VII.
BOETIO.

TU in me, emendatiſsime hominum, dignaris prædicare virtutes, quem in annis puerilibus ſine ætatis præjudicio, induſtria fecit antiquum: qui per diligentiam imples omne quod cogitur; cui inter vitæ exordia ludus eſt lectionis aſſiduitas, & deliciæ ſudor alienus. in cujus manibus duplicato igne rutilat, qua veteres face fulſerunt. nam quod vix majoribus circa extremitatem vitæ contigit, hoc tibi abundat in limine.

EJUSDEM *Epiſt.* I. *lib.* VIII. *eid. COS. facto.*

OPTIMÆ ſpei plenus, cui fautum cupio, ad curam officii epiſtolaris adſpiro. Decet enim veſtris faſcibus hac præfatione delibari; & inter purpuras poſſeſſoris luce creſcentes, qualicumque non abſtinere colloquio. Numquid ſolius doctrinæ beneficiis amor agnoſcitur, nec fas eſſe credendum eſt, prodire in medium deſideria ruſticantis? Simplicius innoteſcunt vota nullo peritiæ velata præſtigio. Ergo nos hoc ſumus ore, quod pectore. non amara præcordiorum delenificis poſſumus mutare ſermonibus. pudens laudator eſt, cui in concinnatione blandimenti dicenda mens ſuggerit. Deo ergo omnipotenti gratias, qui in vobis, dum vetera familiæ veſtræ bona cuſtodit, nova

 multi-

multiplicat; & quod plus est apice dignitatis, dignos facit esse culminibus. Redditur quidem vestræ gloria ista origini, sed quod est clarius, merito impetrante personæ. Fuerit in morem veteribus, curulium celsitudinem campi sudore mercari, & contemptu lucis honorum luce fulgere; sed aliud genus virtutis quæritur, postquam præmium facta est Roma victorum. Noster candidatus post manifestam decertationem, debitum triumphum, dum numquam viderit bella, sortitur. Judicio exigit laureas, & congredi non necessarium duxit armatis. Inter Ciceronis gladios & Demosthenis enituit, & utriusque propositi acumina, quasi natus in ipsa artium pace, collegit. Nemo dissonantiam Atticæ perfectionis metuat & Romanæ; nec præcipua gentium bona in societatem dubitet convenire. Unus es qui utrumque complecteris, & quicquid viritim distributum poterat satis esse, avidus maximarum rerum possessor includis. Eloquentiam veterum, dum imitaris, exsuperas. dicendi formam doctissimis tribuis dum requiris. Est apud me epistolæ vestræ, quæ hujus rei fidem faciat, veneranda compositio. Utinam quæ à vobis diriguntur, tam essent crebra, quam suavia! Dicatis forsitan, Par fuit propinquum laudare, in commune augmentum laborantem. quia non est proprium, quod quasi singulariter videtur palmata conferre. Venit ad me equidem portio de curuli; sed si mihi conceditis, plus erigor de genio & studiis sublimati. Interdum accesserunt ista de casibus, soli contigerunt illa virtuti. prope inops ad scipionem adducitur suffragii Consularis, qui tantum de parentibus gloriatur. Tibi utrumque in peculio est, Latiaris scientia, & vena purpurarum.

CAS-

II.

CASSIODORI *Epist.* XLV. *lib.* I.

BOETIO V. INL. PATRICIO THEODERICUS REX.

SPERNENDA non sunt quæ à vicinis regibus præsumptionis gratia postulantur; dum plerumque res parvæ plus prævalent præstare, quam magnæ possunt obtinere divitiæ. Frequenter enim quod arma explere nequeunt, oblectamina suavitatis imponunt. Sit ergo pro repub. & cùm ludere videmur. nam ideo voluptuosa quærimus, ut per ipsa, seria compleamus. Burgundionum itaque dominus à nobis magnopere postulavit, ut horologium, quod aquis sub modulo fluentibus temperatur, & quod solis immensi comprehensa illuminatione distinguitur, cum magistris rerum, ei transmittere deberemus. quatenus impetratis delectationibus perfruendo, quod nobis est quotidianum, illis videatur esse miraculum. merito siquidem respicere cupiunt, quod legatorum suorum relationibus obstupescunt. Hoc te, multâ eruditione saginatum, ita nosse didicimus, ut artes, quas exercent vulgariter nescientes, in ipso disciplinarum fonte potaveris. Sic enim Athenienſium scholas longe positus introisti; sic palliatorum choris miscuisti togam, ut Græcorum dogmata doctrinam feceris esse Romanam. Didicisti enim, quâ profunditate cum suis partibus speculativa cogitetur: quâ ratione Activa cum sua divisione discatur; deducens ad Romuleos senatores, quicquid Cecropidæ mundo fecerant singulare. Translationibus enim tuis Pythagoras musicus, Ptolemæus astronomus leguntur Italis. Nicomachus arithmeticus, geometricus Euclides audiuntur Ausoniis. Plato theologus, Aristoteles logicus Quirinali voce disceptant. Mechanicum etiam Archimedem Latialem Siculis reddidisti: & quascumque disciplinas vel artes fœcunda Græcia per singulos viros edidit, te uno au-

 ctore,

ctore, patrio sermone Roma susceptit. quos tantâ verborum luculentiâ reddidisti claros, tantâ linguæ proprietate conspicuos, ut potuissent & illi opus tuum præferre, si utrumque didicissent. Tu illam in naturæ penetralibus considentem, auctorum libris invitantibus cordis lumine cognovisti; cui ardua nosse usus miracula, monstrare propositum est, molitur ostendere quod obstupescant homines eveniisse: miroque modo naturis conversis facti detrahit fidem, cum ostentet ex oculis visionem. *Et paulo post*, Quale est hoc homini etiam facere, quod vel intellexisse potest esse mirabile? Quare cum vos ornet talium rerum prædicanda notitia, horologia nobis, publicis expensis, sine vestro dispendio, destinate. Primum sit, ubi stilus diei index, per umbram exiguam horas consuevit ostendere. Radius itaque immobilis & parvus, peragens quod tam miranda magnitudo solis discurrit, & fugam solis æquiparat, quod motum semper ignorat. Inviderent talibus, si astra sentirent, & meatum suum fortasse deflecterent, ne tali ludibrio subjacerent. Ubi est illud horarum de lumine venientium singulare miraculum, si has & umbra demonstrat? Ubi prædicabilis indefecta rotatio, si hoc & metalla peragunt, quæ situ perpetuo continentur? O artis inæstimabilis virtus quæ dum se dicit ludere, natura prævalet secreta vulgare! Secundum sit, ubi præter solis radios hora dignoscitur, noctes in partes dividens: quod ut nihil deberet astris, rationem cœli ad aquarum potius fluenta convertit; quorum motibus ostendit, quod cœlum volvitur; & audaci præsumptione conceptâ, ars elementis confert, quod originis conditio denegavit universæ disciplinæ, cunctus prudentium labor naturæ potentiam, ut tantum possint nosse, perquirit. Mechanisma solum est, quod illam ex contrariis appetit imitari, &, si fas est dicere, in quibusdam etiam nititur velle superare. Hoc enim feciisse dignoscitur Dædalum volare. hoc ferreum Cupidinem in Dianæ templo sine aliqua alligatione pen-

pendere. hoc hodie facit muta cantare, insensata vivere, immobilia moveri. Mechanicus, si fas est dicere, pene socius est naturæ; occulta reserans, manifesta convertens, miraculis ludens, ita pulchre simulans, ut quod compositum non ambigitur, veritas æstimetur. Hæc quia studiosius te legisse comperimus, prædicta nobis horologia quantocius transmittere maturabis, ut te notum in illa parte mundi facias, ubi aliter pervenire non poteras. Agnoscant per te exteræ gentes, tales nos habuisse nobiles, quales loquuntur auctores. Quoties non sunt crediturі qui viderint: quoties hanc veritatem lusoria somnia putabunt. Et quando fuerint à stupore conversi, non audebunt se æquales nobis dicere, apud quos sciunt sapientes taliâ cogitasse.

EJUSDEM *Epistola* XL. *lib.* II.

BOETIO PATRICIO THEODORICUS REX.

CUM Rex Francorum, convivii nostri famâ pellectus, à nobis cytharœdum magnis precibus expetiisset, solâ ratione complendum esse promisimus, quod te eruditionis musicæ peritum esse noveramus. Adjacet enim vobis doctum eligere, qui disciplinam ipsam in arduo collocatam, potuistis attingere. Quid enim illa præstantius, quæ cœli machinam sonorâ dulcedine modulatur, & naturæ convenientiam ubique dispersam virtutis suæ gratiâ comprehendit? *Et paulo post:* Sed quoniam nobis facta est voluptuosa digressio (quia semper gratum est de doctrinâ colloqui cum peritis) cytharœdum, quem à nobis diximus postulatum, sapientia vestra eligat præsenti tempore meliorem; facturus aliquid Orphei, cum dulci sono gentilium fera corda domuerit. Et quantæ nobis gratiæ fuerint actæ, tantæ vobis ex nostra æquabili compensatione referentur, qui & imperio nostro paretis, &, quod vos clarificare possit, efficitis.

III.

PROCOPII *Hist. Gothicæ lib.* I.

Σύμμαχος καὶ Βοέτιος, ὁ τούτου γαμβρός, δυπάλειδα μὲν τὸ ἀνέκαθεν ἦσαν. πρώτω δὲ βουλῆς τῆς Ῥωμαίων καὶ ὑπάτω ἐχρημάτισαν. ἄμφω τε φιλοσοφίαν ἀσκήσαντε, καὶ δικαιοσύνης ἐπιμεληθέντε μάλιστα ἁπάντων. πολλοῖς τε αὐτῶν καὶ ξένων χρήμασι τὴν ἀπορίαν ἰασαμένω. καὶ δόξης ἐπὶ μέγα χωρήσαντε, ἄνδρας ἐς φθόνον τοὺς πικροτάτους ἐπηγάγετο. οἷς δὴ συνωφαντῶσι Θεοδέριχος ἀναπεισθείς, ἅτε νεωτέροις πράγμασιν ἐπιχειροῦσι τὸν ἄνδρα τοῦτον ἔκτεινε, καὶ τὰ χρήματα ἐς τὸ δημόσιον ἀνάρραπτα ἐποιήσατο. Δεκάτῃ δὲ οἱ, ὀλίγαις ἡμέραις ὕστερον, ἰχθὺς μεγάλος κεφαλὴν οἱ θεράποντες παρέθεσαν. αὐτῇ Θεοδερίχῳ ἔδοξε κεφαλὴ Συμμάχου νεοσφαγὴς εἶναι, καὶ τοῖς μὲν ὀδοῦσιν ἐς χεῖλος τὸ κάτω ἐμπεπηγέναι, τοῖς δὲ ὀφθαλμοῖς βλοσυρόν τι καὶ μανικὸν ὁρᾶσθαι, ἀπειλεῖν τε οἱ ἐπιβουλεύειν ἐοικέναι. ἐκπλαγεὶς δὲ ὁ τύραννος τῷ ὑπερβάλλοντι μεγέθει, καὶ ῥιγώσας ἐκπαγλως. ἐς κοίτην τὴν αὐτοῦ ἀπεχώρησε θέρμην. τριβώνια τε πολλὰ οἱ ἐπιθεῖναι κελεύσας, ἠσύχαζε. μετὰ δὲ, ἅπαντα ἐς Ἐλπίδιον τὸν ἰατρὸν τὰ ξυμπεσόντα ἐξενεγκών, τὴν ἐς Σύμμαχόν τε καὶ Βοέτιον ἁμαρτίαν ἔκλαιεν. ἀποκλαύσας δὲ καὶ ἀθυμήσας τῇ συμφορᾷ, ὀλίγῳ ὕστερον ἐτελεύτησεν. ἀδίκημα τοῦτο πρῶτον καὶ τελευταῖον ἐς τοὺς ὑπηκόους τοὺς αὐτοῦ δράσας. ὅτι δὴ ὁ διορυνησόμενος, ὡσπερ εἰώθει τὴν ἀεὶ τοῖν ἀνδροῖν γνώσιν ἤρτησε.

Symmachus, & ejus gener, Boëtius, Patricii, alto majorum sanguine, principes vero senatus Romani, & Consules fuere, Philosophiæ & æquitati supra cæteros mortales studuerant, multisque egenis tum Romanorum, tum externorum opibus suis subvenere. Hi ad ingentem gloriam evecti, deterrimos quosque in sui invidiam concitarunt. quibus delatoribus Theodoricus rex persuasus, viros clarissimos perinde ac res novas molientes occidit, eorumque bona omnia publicavit. Sed paucis post diebus cœnanti illi cum ingentis piscis caput ministri adposuissent, illud Theodorico visum est caput esse Symmachi nuper occisi, dentibus quidem in inferius labrum impactis, oculis vero torve & furibunde intuentibus minari sibi plurimum videbatur. Unde prodigii novitate perterritus, membrisque præter modum tremebundus & horrens, in lectum citato gradu se recepit. identidemque sibi togarum vim magnam ingeri jubendo paulum quievit. Elpidio deinde Medico omnibus, quemadmodum accidissent, explicatis, in Symmachum Boëtiumque patratum à se scelus deflebat. quo denique deplorato, ex accepta calamitate dolore ingenti adfectus, haud longe post moritur. cum primum hoc, & ultimum injuriæ exemplum in sibi subjectos idcirco exercuisset, quia non, uti consueverat, diligenter pervestigatâ causâ, in tantos viros animadverterat.

EJUSDEM

EJUSDEM *lib.* III. *ejusd. Histor.*

Καὶ ἐχὶ ἧκιστα Ῥασκιανῇ, τῇ Βοετίου μὲν γαμετῇ γυναικί, παιδὶ δὲ Συμμάχου, καὶ τὸν ἐσθῆτα ἀεὶ τοῖς δουλικοῖς ἐναλλαττομένῃ, δόλων τε καὶ ἀγροίκων ἀμπεχομένῃ ἰματίων, ὡς τὸ πολεμίων ἄρχειν ἢ ἄλλο τι τῶν ἀναγκαίων αἰτιωμένῃ βιοῦν. ἔς τε τοὺς οἰκίας ἐλαύνοντες, καὶ τὰς θύρας ἐς ἀεὶ κόπτοντες, τροφὴν διδόναι σφίσιν ἐδέοντο, ἐφέροντό τε αὐτοῖς αἰσχυνόμενοι καὶ ἔργῳ. καὶ Γότθοι μὲν Ῥασκιανῷ κλέος οὐ φαύλῃ ἐποιοῦντο. ἐπικαλοῦντες, ὅτι δὴ χρήματα ἐναλλομένῃ τοῖς τῶν Ῥωμαίων τραπέζῃ ἄρχουσι, τὰς Θεοδερίχου εἰκόνας ἠφάνισε, τὰς φόρους ἀμειψομένη Συμμάχου τε καὶ Βοετίου καὶ ξυνοικήσαντος. Τωτίλας δὲ οὐδὲν ἄχαρι παθεῖν αὐτὴν ξυνεχώρησεν, ἀλλ' αὐτήν τε καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας ὕβρεως ἐκτὸς διεφύλαξε.

Unde vel Rusticianæ Boëtii quondam uxori, & Symmachi filiæ, id reliquum fuit ad vitam, & ad miseriarum cumulum ut servili & rustico habitu induta, quæ egentibus facultates suas erogaverat, panem, cæteraque ad victum necessaria ab hostibus mendicaret. domos enim circumeundo, foresque oppulsando, cibum dari sibi suppliciter precabantur, nil prorsus his ignominiæ ea re adferente. Et certe Gothi in Rusticianæ mortem conspiraverant, illi objicientes, quod exercitus Romani ducibus pecunias largiens, Theodorici statuas disturbasset, eædem Symmachi patris Boëtiique mariti ulta. Totilas tamen nulla hanc affici injuria permisit, sed eam aliasque omnes ab contumelia immunes conservavit.

PAULUS DIACONUS *lib.* VII. *ad Eutropii historiam addito.*

DUM hi, *Ioannes Papa*, *Theodorus*, *Importunus*, & *Agapitus consulares viri*, *aliusque Agapitus patritius*, *ad Iustinum Legati*, in itinere demorantur, Theodericus rabie suæ iniquitatis stimulatus, Symmachum exconsulem ac patritium, & Boëtium seniorem & exconsulem Catholicos viros gladio trucidavit.

IV.

MARII *Episc. Chronico.*

Iustino II. & Opilione COS. IND. II. *hoc est anno* DXXIV,

Eo anno interfectus est Boëtius patricius in territorio Mediolanense.

Probo juniore & Philoxeno IND. III. *id est anno* DXXV.

His COSS. occisus est Symmachus Patricius Ravennæ.

V.

ANASTASII *Bibliothecar. in Ioanne I.*

EODEM tempore cum hi suprascripti, id est Papa Joannes cum Senatoribus, Theodoro exconsule, Importuno exconsule, Agapito exconsule, (Agapito patritio defuncto Thessalonicæ) positi essent Constantinopoli, Theodoricus rex hæreticus tenuit duos senatores præclaros, & exconsules Symmachum & Boëtium, & occidit, interficiens gladio.

VI.

ADONIS *Viennensis in Chronico.*

QUI cum rediens, *Ioannes Papa*, Ravennam veniisset, Theodoricus eum cum comitibus cæteris carceris afflictione peremit, invidia ductus, quia Catholicæ pietatis defensor Justinus eum honorifice suscepisset. Quo tempore Symmachum atque Boëtium consulares viros pro Catholica pietate idem Theodoricus occidit.

VII.

AIMOINI *de gestis Franc. lib.* II. *cap.* I.

ALIOS quoque qui cum eo, *Ioanne Papa*, fuerant partim igne cremavit, partim variis pœnis interfecit. inter quos Symmachum patritium & Boëtium ejus generum post carceris custodiam, gladio puniri jussit. Qui, videlicet Boëtius, quam disertus fuerit in literis sæcularibus, quàmque fuerit Catholicus, ex ejus comprobatur codicibus. Testatur hoc Arithmetica, nec non Dialectica, ipsa etiam omnium animis gratissima Musica ab eo translata, & Latinorum jamdudum eam desiderantium auribus delectabiliter infusa. Porrò ejusdem de sanctæ Trinitatis consubstantialitate liber, liquido ostendit quam eximius suo, si licuisset, tempore sanctæ Ecclesiæ colonus exstitisset.

VIII. JOAN-

VIII.

JOANNIS *Saresberiensis Episc. Carnot. Policratici lib.* VII. *cap.* XV.

SI mihi non credis, liber de Consolatione Philosophiæ revolvatur attentius, & planum erit hæc in contrarium cedere. Et licet liber ille Verbum non exprimat incarnatum, tamen apud eos, qui ratione nituntur, non mediocris auctoritatis est; cum, ad reprimendum quemlibet exulceratæ mentis dolorem, congrua cuique medicamenta conficiat. Nec Judæus quidem nec Græcus sub prætextu religionis medicinæ declinet usum, cum sapientibus in fide, & in perfidia desipientibus sic vividæ rationis confectio proficiat artificiosa, ut nulla religio quod miscet abominari audeat, nisi quis rationis expers est. Sine difficultate profundus est in sententiis, in verbis sine levitate conspicuus, orator vehemens, efficax demonstrator. Ad id quod sequendum est, nunc prolabitur suadens, nunc quasi stimulo necessitatis impellens.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

THEODORI PULMANI CRANEBURGII
DE
METRIS BOETHIANIS
LIBELLUS,

GENERA metrorum, quibus in libris de Consolatione Philosophiæ usus est Boëthius, sunt sex & viginti,

Metrum primum, Dicolon distrophon: constat enim heroico, & pentametro: quo bis utitur.

LIB. I. MET. I.

Carmina qui quondam studio florente peregi,
Flebilis, heu, mœstos cogor inire modos.
V, 1 *Rupis Achæmeniæ scopulis, ubi versa sequentum*
Pectoribus figit spicula pugna fugax.

\- ∪∪ - ∪∪ - ∪∪ - ∪∪ - ∪∪ --
\- ∪∪ -- -- ∪∪ - ∪∪ -

II Monocolon. Versus est dactylicus Alcmanius tetrameter hypercatalectus: qui constat cæsura semiquinaria heroica, dactylo, & spondeo, sive trochæo: quo semel utitur.

I, 2 *Heu, quam præcipiti mersa profundo.*

\- - - ∪∪ - - ∪∪ --

III Dicolon distrophon. Primus quisque versus est dactylicus. Secundus Alcmanius dactylicus tetrameter acatalectus, qui quatuor dactylis componitur: interdum tamen, præterquam in quarta regione, spondeum admittit. Utitur hoc metro semel.

I, 3 *Tunc me discussæ liquerunt nocte tenebræ,*
Luminibusque prior rediit vigor.

-- -- -- -- - ∪∪ --
\- ∪∪ - ∪∪ - ∪∪ - ∪∪

IV Monocolon. Versus est dactylicus Phalæcius pentameter hendecasyllabus, constans spondeo, dactylo, & tribus trochæis: quo bis utitur.

I, 4 *Quisquis composito serenus ævo.*

\- - - ∪∪ - ∪ - ∪ --

III, 10 *Huc omnes pariter venite capti.*

-- - ∪∪ - ∪ - ∪ --

Heic vero in prima regione non numquam pro spondeo trochæum invenies.

V Monocolon. Versus est anapæsticus Pindaricus dimeter acatalectus, constans anapæsto: recipit tamen spondeum & dactylum: non numquam proceleusmaticum, sed rarius. Utitur hoc carminis genere quinquies.

I, 5 O

I, 5 *O stelliferi conditor orbis!*
III, 2 *Quantas rerum flectat habenas.*
IV, 6 *Si vis celsi jura tonantis.*
V, 2 *Puro clarum lumine Phœbum.*
V, 3 *Quænam discors fœdera rerum.*

-- -- - ∪∪ - ∪

Hoc Adonio finivit.

VI Monocolon. Versus est Glyconius choriambicus trimeter acatalectus. Constat spondeo, choriambo & Pyrrhichio: quo quinquies utitur.

I, 6 *Cum Phœbi radiis grave.*
II, 8 *Quod mundus stabili fide.*
III, 12 *Felix qui potuit boni.*
IV, 3 *Vela Neritii ducis.*

Verum in hoc carmine primus quisque pes fere trochæus est, excepto ultimo versu: in quo nonnulli tamen *ulcere* legunt.

V, 4 *Quondam porticus attulit.*

\- - ∪∪ - ∪∪

VII Monocolon. Versus est dactylicus Adonius dimeter catalecticus, constans dactylo, & spondeo, sive trochæo. Semel hoc utitur.

I, 7 *Nubibus atris.*

\- ∪∪ --

VIII Monocolon. Versus est jambicus Hipponacteus trimeter acatalectus, qui scazon appellatur, quod in sexta regione spondeum, vel trochæum habeat. Recipit imparibus locis jambum, tribrachyn, spondeum, dactylum, & anapæstum: paribus jambum, & tribrachyn: apud comicos frequenter & anapæstum. Bis hoc utitur.

II, 1 *Hæc cum superba verterit vices dextra.*

-- ∪ - -- ∪ - ∪ - --

III, 11 *Quisquis profunda mente vestigat verum.*

-- ∪ - -- ∪ - -- --

IX. Dicolon distrophon. Primus quisque versus est Asclepiadeus choriambicus tetrameter acatalectus, constans spondeo, duobus choriambis, & Pyrrhichio. Secundus est dactylus Pherecratius trimeter acatalectus, constans spondeo, vel anapæsto, dactylo, & spondeo. Hoc metro semel utitur.

II, 2 *Si quantas rapidis flatibus incitus*
Pontus versat arenas.

-- - ∪∪ - - ∪∪ - ∪∪
-- - ∪∪ --

X Dicolon distrophon. Primus quisque versus est dactylicus Sapphicus pentameter acatalectus, constans trochæo, spondeo, dactylo & duobus trochæis. Secundus est Glyconius: cujus supra VI. carminis genere meminimus. Hoc metro semel utitur.

II, 3 *Cum*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. МЕЧНИКОВА

II, 3 *Cum polo Phœbus roſeis quadrigis*
Lucem ſpargere cœperit.
– ∪ – – ∪∪ – ∪ –
– – ∪∪ – ∪∪

XI Dicolon diſtrophon. Primus quiſque verſus eſt jambicus Anacreontius dimeter catalecticus, conſtans tribus pedibus & ſyllaba. Primo enim loco habet jambum vel ſpondeum, ſecundo jambum, tertio jambum vel ſpondeum. Secundus, Pherecratius: de quo IX. carminis genere diximus. Hoc metro ſemel utitur.

II, 4 *Quiſquis volet perennem*
Cautus ponere ſedem.
– – ∪ – ∪ – ∪
– – ∪∪ –

XII Monocolon. Verſus eſt anapæſticus Partheniacus dimeter catalecticus. In prima & ſecunda regione anapæſtum, vel ſpondeum recipit, tertia ſolum anapæſtum, poſtea ſupereſt ſyllaba. Hoc carminis genere bis utitur.

II, 5 *Felix nimium prior ætas.*
III, 5 *Qui ſe volet eſſe potentem.*
– – ∪∪ – ∪∪ – –

XIII Monocolon. Verſus eſt dactylicus Sapphicus pentameter acatalectus: de quo paullo ante X. carminis genere memoravimus. Hoc carmine bis utitur.

II, 6 *Novimus quantas dederit ruinas.*
IV, 7 *Bella bis quinis operatus annis.*
Hoc Adonio terminavit.
– ∪ – – ∪∪ – ∪ –
– ∪∪ – ∪

XIV Dicolon diſtrophon. Primus quiſque verſus eſt jambicus Archilochius ſenarius acatalectus, imparibus locis recipiens interdum anapæſtum, in fine Pyrrhichium, vel ſpondeum. Secundus eſt jambicus Archilochius dimeter acatalectus. Hoc metro ſemel utitur.

II, 7 *Quicumque ſolam mente præcipiti petit*
Summumque credit gloriam.
– ∪ – – ∪ – ∪∪ – ∪∪
– – ∪ – – ∪∪

XV Monocolon. Verſus eſt dactylicus Ityphallicus tetrameter acatalectus, conſtans tribus dactylis, & Pyrrhichio: quo ſemel utitur.

III, 1 *Qui ſerere ingenuum volet agrum.*
– ∪∪ – ∪∪ – ∪∪ ∪∪

XVI Dicolon diſtrophon. Primus quiſque verſus eſt jambicus ſenarius acatalectus: de quo XIII. carminis genere diximus. Secundus eſt elegejacus pentameter. Hoc metro ſemel utitur.

III, 3 *Quam-*

III, 3 *Quamvis fluente dives auri gurgite*
Non expleturas cogit avarus opes.
– – ∪ – ∪ – ∪ – – ∪∪
– – – – – ∪∪ – ∪∪ –

XVII Dicolon diſtrophon. Primus quiſque verſus eſt dactylicus Phalæcius pentameter hendecaſyllabus. Heic jambum pro ſpondeo in prima ſede poſitum reperies. Secundus Archilochius, vel, ut aliis placet, Alcmanius tetrameter acatalectus, conſtans duobus dactylis & totidem trochæis: quo metro ſemel utitur.

III, 4 *Quamvis ſe Tyrio ſuperbus oſtro*
Comeret, & niveis lapillis.
– – ∪∪ – ∪ – ∪ – –
– ∪∪ – ∪∪ – ∪ – –

XVIII Dicolon diſtrophon. Primus quiſque verſus eſt dactylicus Alcmanius trimeter hypercatalectus, conſtans tribus pedibus heroici verſus, & ſyllaba: ita tamen, ut non ſit ex meris ſpondeis. Secundus eſt Pherecratius, de quo ſupra IX. carminis genere memoravimus. Hoc metro ſemel utitur.

III, 6 *Omne hominum genus in terris,*
Simili ſurgit ab ortu.
– ∪∪ – ∪∪ – – ∪
∪∪ – ∪∪ – –

XIX Monocolon. Verſus eſt jambicus Anacreontius dimeter catalecticus: qui conſtat ex anapæſto, duobus jambis, & ſyllaba. Hoc ſemel utitur.

III, 7 *Habet omnis hoc voluptas.*
∪∪ – ∪ – ∪ – –

XX Dicolon diſtrophon. Primus quiſque verſus eſt Aſclepiadeus: de quo IX. carminis genere diximus. Secundus eſt jambicus Archilochius dimeter catalecticus: cujus XIV. metri genere meminimus. Hoc carmine ſemel utitur.

III, 8 *Eheu, quam miſeros tramite devio*
Abducit ignorantia!
– – ∪∪ – ∪∪ – ∪ –
– – ∪ – – – ∪∪

XXI Monocolon. Verſus eſt heroicus hexameter: quo ſemel utitur.

III, 9 O *qui perpetua mundum ratione gubernas.*
– – ∪∪ – – ∪∪ – ∪∪ – –

XXII Dicolon diſtrophon. Primus quiſque verſus eſt dactylicus Alcmanius tetrameter acatalectus: cujus III. metri genere mentionem fecimus. Secundus eſt jambicus Archilochius dimeter acatalectus: de quo ſupra XIV. carminis genere diximus. Hoc metro ſemel utitur.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

IV, 1 *Sunt etenim pennæ volucres mihi,*
Quæ celsa conscendant poli.
- ∪∪ -- - ∪∪ - ∪∪
-- ∪ - -- ∪ -

XXIII Dicolon distrophon. Primus quisque versus est trochaicus Alcmanius dimeter acatalectus. Recipit locis imparibus trochæum, tribrachyn, non nunquam dactylum: paribus vero cum supradictos, tum etiam spondeum & anapæstum. Secundus Pherecratius: cujus ante IX. carminis genere meminimus. Hoc metro semel utitur.

IV, 2 *Quos vides sedere celso*
Solii culmine Reges.
- ∪ - ∪ - ∪ --
∪∪ - - ∪∪ --

XXIV. Dicolon distrophon. Primus quisque versus est dactylicus Phalæcius pentameter hendecasyllabus: de quo supra XVII. metri genere diximus. Secundus est elegeiacus. Hoc metro semel utitur.

IV, 4 *Quid tantos juvat excitare motus,*
Et propria fatum sollicitare manu?
-- - ∪∪ - ∪ - ∪ - ∪
- ∪∪ -- - - ∪∪ - ∪∪ -


XXV. Dicolon distrophon. Primus versus mistus videtur ex Sapphico & Alcmanio, constans trochæo, spondeo, vel dactylo, cum syllaba, dactylo & spondeo, vel trochæo. Secundus est Alcaicus tetrameter jambicus, constans ex penthemimere jambica, dactylo, & spondeo. Quid si hunc dixerimus compositum ex Alcaico dimidiato & dimidiato Alcmanio? Hoc carminis genere semel utitur.

IV, 5 *Si quis Arcturi sidera nescit*
Propinqua summo cardine labi.
-- -- - - ∪∪ - ∪
∪ - ∪ - - - ∪∪ --

XXVI Monocolon. Versus est dactylicus Archilochius, constans tetrametro bucolico, & tribus trochæis: quo semel utitur.

V, 5 *Quam variis terras animalia permeant figuris!*
- ∪∪ -- - ∪∪ - ∪∪ - ∪ - ∪ - ∪

ANICII



ANICII MANLII SEVERINI BOETII CONSOLATIONIS PHILOSOPHIÆ LIBER I. INCIPIT.

ARGUMENTUM LIBRI.

Apparet Philosophia Boëtio, ac Musas fugat. quæ, ab illo agnita, sapientum virorum simili discrimine oppressorum, eum exemplo consolatur. exponit ille merita sua in senatum senatoresque, ac in ipsam Italiam. tum accusationis seriem atque exsilii sui causas aperit, vitæ factorumque suorum innocentiam probans. mox de injuria sibi illata & læsa nominis dignitatisque existimatione queritur. postremo quæ sint mentis ejus perturbationes earumque origo, inquirit Philosophia; quod nimirum est subjectum totius reliqui operis.

METRUM I.

Carmina qui quondam studio florente peregi,
Flebilis, heu, mœstos cogor inire modos.
Ecce mihi laceræ dictant scribenda Camenæ,

Et

ANICII.] Anicii, florentis jam olim reip. Ro. temporibus, clari atque illustres habiti sunt; L. enim Anicius Gallus Lucii filius, Marci nepos de Illyriis & eorum rege Gentio triumphavit proprætor an. urb. D. LXXXV. & L. Anicius Gallus Lucii fil. Lucii nepos cons. fuit, collega Cor. Cethego an. urb. DXCIII. Anicius Cerealis sub Nerone cons. designatus. Ex ea familia primus ille Christianus senator Anicius Julianus. ex ea v. c. Probus sub Valentiniano præfectus prætorio; ejusque filii Anicius Hermogenian. Olybrius, Probinus & Probus. ex ea Anicius Faustus, Anicius Maximus Boëtii ætate, omnes diversis temporibus consules, cæterique plures, quos recensere singulos, operæ longioris esset. Nomen autem hoc, Boëtii præsertim sæculo, celebratum est, ob Anicium illum Julianum, qui, quemadmodum Flavius Constantinus primus imperatorum, ita primus senatorum Romanorum Christianus fuit. Unde postea omnes ferè imperatores Flavii, sicut & senatores Anicii, affectata primaria illa familia, cognominabantur; ut Romanorum Græcorumque fasti annotant & vetera monumenta loquuntur. Aniciorum, Proborum scilicet & Olybriorum splendorem, Secundinus ad D. Augustinum scribens notat, cum ait, *Ego namque fateor, non tali diligentia, nec tanta industria Anicianæ domus micare marmora, quanta tua scripta prælucent eloquentia.* quod & S. Gaudentius sermone de Machabæis confirmat. *Anicios*, inquit apud Cassiodorum [epist. XI. lib. X.] rex Theodahadus, *penè principibus pares ætas prisca progenuit. familiam*, inquit paulo post [epist. sequenti] *toto orbe prædicatam.* Vallinus.

ANICII *Manlii Torquati.*] Phœbus Ecclesiasticæ historiæ Illustrissimus

Baronius lucem dabit. Ann. VI. de Boëtio scribens: *Nobilitate generis nulli secundus, prognatus nimirum ex antiqua Manlii Torquati familia, & eo qui Christianitate resplenduit Anicio gaudens atavo; adolescens Athenas, in quibus fuerant litteræ Philosophicæ restitutæ, petiit, ubi varia Philosophiæ pervestigans dogmata, Aristotelicis tandem sese totum addixit, toto illo decem & octo annorum curriculo, quibus est moratus Athenis. testatur id quidem ipse in libro quem edidit de disciplina scholarum, prope finem. c.* IV. Bernart.

MANLII SEVERINI.] Utramque familiam videtur sanguine aut affinitate attigisse. Illa, à primis etiam reip. temporibus clara & patricia, consules & dictatores tulit. Hæc, Boëtii præsertim ætate, duos consules, patrem anno Christi CDLXI, filium anno CDLXXXII. Romanis dedit. *Vallin.*

BOETII.] Serius nomen istud apud Romanos notum, atque nisi me conjectura fallit, ex Oriente Latio donatum est. Postquam enim apud Bizantium imperii sedem constituere imperatores, Græcæ familiæ miscuere se Romanis; unde prout quæque illustres fama viros tulit, ita nepotibus aut in eam ascitis nomen dedit. Porrò cum Boëtii (hæc enim fuit veterum olim lapidum vetustiorumque dehinc omnium codicum scriptura) seu Boëthii plures fuerint; ut aliorum, qui penè omnes Græci fuerunt, memoriam omittamus, nostros tantum, hoc est, Romanos, hoc veluti stemmate recensebimus, ut referatur fuisse,

I. BOETIUS v. c. sub Valentiniano Præfectus Prætorio, in ejusdem palatio unà cum Aëtio amico, anno Christi CDLIV. trucidatus, ut meminere Victor Tuneti, Marcellinus Comes, & Cassiodorus in Chronicis. Paull. Diaconus lib. XV. qui *senatorem nobilissimum* vocat.

II. ANIC. MANL. FLAV. BOETIUS, nostri pater, anno CDLXXXVII. Consul. Cujus Synodus Romæ eod. an. coacta mentionem facit. EumqueOnuphr. Panvinius in Fastis, nostri patrem fuisse existimat, licet illi non Flavii, sed Severini, prænomen adscribat. Nos quoque in hoc inclinamus, quòd nimirum ab Ennodio epist. I. lib. VIII. Boëtio nostro fuisse dicatur *vena purpurarum. Prope inops*, inquit, *ad scipionem adducitur suffragii Consularis, qui tantum de parentibus gloriatur. Tibi utrumque in peculio est, Latiaris scientia, & vena purpurarum.* Vena purpurarum, quia nempe pater, ut & multi alii majores, Consul fuerat. quia & mater fortasse illi ex Severinis Consularibus fuit. Sæpe enim ex avo materno sibi prænomen ascisebant. Porro *venam* dixit Ennodius, hoc est, parentum sanguinem, eo sensu quo Focas Grammaticus, Virgilii patrem designavit his verbis,

—— Quis non miracula rerum
Hæc stupeat? Dives partus de paupere vena
Emicuit.

III. ANIC. MANL. SEVERIN. BOETIUS Patricius primum, deinde Consul anno DX. postremo Magister Officiorum. summus utriusque Philosophiæ, ac Theologiæ, Mathematicarumque disciplinarum antistes. Quem multis elogiis, iisque clarissimis, idem ipse rex Theodericus ornavit, qui occidit. cujus mortem miraculis illustrem, is ipse, qui imperavit, flevit, ut Cassiodorus lib. I. variar. & Procopius lib. I. hist. Gothicæ auctores certissimi testantur. Quem celebrat Ennodius propinquus multis epistolis. Cujus & meminere auctor hist. Miscellæ lib. XV. Paull. Diaconus lib. XVII. Anastasius bibliothecar. in Joanne I. atque alii multi. Cujus filius fuit,

IV. ANIC. MANL. SEVERIN. BOETIUS, qui puer cum Symmacho fratre item puero natu majore, Consul fuit ordinarius anno DXXII. Quem ingenio excelluisse testatum lib. II. Consol. modestissimus pater reliquit.

EXCONS. ORD.] Non amplius quam semel, anno videlicet DX. Neque enim Boëtii consulatus ille anni CDLXXXVII. nostri fuit, ut multi existimavere, sed patris. Ejus neque ipse meminit, data non semel occasione, nec propinquus Ennodius, gratulatus illi de unico ejus Consulatu anni DX. longiore epistola, primi illius memoriam alioqui non omissurus.

EXMAG.

EXMAG. OFF.] Monuerat jam olim Jo. Bernartius cod. MS. optimum Berchemianum, quo usus fuerat, titulum hunc prætulisse, cui nos quoque consentire alterum Thuanum, & S. Victoris item alterum, optimæ notæ libros permonemus. Fuit igitur Magister Officiorum Boëtius, & quidem suo maximo malo. Cum enim, inter cætera hujus magistratus munia, incumberet illi aulicos seu Palatinos penè omnes Officiales seu Ministros, Fabricarumque armorum per provincias Præfectos judicare, & querelis provincialium acceptis, de iis ad principem, cujus in aula versabatur, referre; dum æquitati studet vir sapientissimus, Gothorum aulicorum potentia tunc & avaricia, in miseros Italos sævientium, sceleratorumque omnium inimicitias incurrit. Utque se eum magistratum gessisse invitum lib. III. Consol. ipse refert, cum alioquin recusanti grave periculum immineret; ita, ut eo minimè ad fastum aut injuriam functum se ostendat, quæ causa non recusandi ejus fuerit, sic lib. I. subjungit, Philosophiam compellans: *Atqui tu hanc sententiam Platonis ore sanxisti, Beatas fore respublicas, si eas vel studiosi sapientiæ regerent, vel earum rectores studere sapientiæ contigisset. Tu ejusdem viri ore hanc sapientibus capessendæ reip. necessariam causam esse monuisti, ne improbis flagitiosisque civibus, urbium relicta gubernacula, pestem bonis ac perniciem inferrent. Hanc igitur auctoritatem secutus, quod à te inter secreta otia didiceram, transferre in actum publicæ administrationis optavi. Tu mihi, &, qui te sapientium mentibus inseruit, Deus, conscii, nullum me ad magistratum, nisi commune bonorum omnium studium, detulisse. inde cum improbis graves inexorabilesque discordiæ, &, quod conscientiæ libertas habet, pro tuendo jure spreta semper potentiorum offensio. Quæ omnia haud dubiè eo magistratu abs se facta fuisse innuit;* Adjutoremque, sic enim vocabatur, qui eo absente judicabat & jus dicenti aderat, sibi fuisse in eo Decoratum, nequissimum hominem lib. III. conqueritur. De quo eo loci. Non igitur absurdum fortasse fuerit, si quis supra pro *nullum me ad Magistratum*, reponat, *nullum me ad Magisteriatum.* ut & lib. III. *gerere Magisteriatum.* Ea enim dignitas passim Magisteria, Magisteriatus, Magisterium; & qui gerit, Magister appellatur.

PATRICII.] Ut disertè affirmat Ennodius Paræneſi didascalica, *Est Boëtius Patricius, in quo vix discendi annos respicis, & intelligis peritiam sufficere jam docendi.* Et ipse lib. II. innuere videtur dum ait; *Prætereo, libet enim prætexire communia, sumptas in adolescentia negatas senibus dignitates.* Quod omnes veteres libri confirmant. *Vallin.*

SEVERINI BOETII.] Manuss. ἐπισκέφθη, ut exertè demit illud τὸ *Torquati*, ita disertim addit *Exconsulis ordinarii & Patricii.* quin Berchemianus optimus codex præfert, *Exconsul. ordinar. Exmag. Offic. atque Patricii.* Notum discrimen inter ordinarios & suffectos Consules. Constat ex fastis, non semel sed sæpiùs ordinarium Consulem Boëtium fuisse. Nota etiam Magisterii & Patriciatus dignitas. inter titulos verò inferiori ævo hæc relata, qui vel Cassiodori decem paginas evolverit, non ignorat. Consule Epist. XII. libro I. Var. Epist. II. libro II. Epist. XLVII. lib. IV. Denique ut plenè & planè capias, lege formulas Consulatus, Patriciatus & Magisterii, apud eundem Cassiodorum lib. VI. *Bernart.*

CONSOLATIONIS PHILOSOPHIÆ.] Sic repositum ex vett. codd. manuscriptis, iisque optimæ notæ. neque aliam scripturam habent plerique Senecæ Consolationum libri in vett. membranis. Sensit quippe Boëtius, ut & alii scriptores, sæculorum superiorum barbariem, dum quisque infelix interpres aut temerarius scholiastes, audet & titulum, & orationis seriem turbare, plerumque & sententiarum ipsarum vim acumenque adulterare ac frangere; quod in nostro ita manifestum est, ut penè alius sit Boëtius, qui cum Commentariis D. Thomæ falsò ascriptis legitur, quam qui in vetustis codicibus. *Vallin.*

1 *Carmina peregi.*] Diu equidem valdeque dubitavi, an satis Latine dici posset *Peragere carmen*, quem tamen meum seru-

Et veris elegi [1] fletibus ora rigant.
[2] Has saltem nullus potuit pervincere terror,
[3] Ne nostrum comites prosequerentur iter;
Gloria felicis olim viridisque juventæ!
[4] Solantur mœsti nunc mea fata senis.

Ve-

scrupulum probati postea exemere auctores. Valerius Flaccus lib. 4. Argonaut. de Orpheo:

Thracius at summa sociis è puppe sacerdos
Fata Deûm, & miseræ solans incommoda vitæ
Securum numeris agit, & medicabile carmen.

Ausonius de Ludo VII. sapientum:

Unam trecentis versibus sententiam
Tandem peregit, meque respectans abit.

Peragere volumina, dixit Plinius Secundus, lib. 3. Epist. 5. *Hac intentione tot ista volumina peregit, Electorumque commentarios centum sexaginta mihi reliquit.* Et: *Peragere libros*, lib. 9. Epist. 1. *Libros incolumi eo peregisti.* Isti loquendi formulæ non absimilis illa Horat. Carm. 3. Od. ult.

Exegi monumentum ære perennius.

Et Ovid. in fine Metam.

Iamque opus exegi. ———

Sitzm.

1 *Fletibus ora rigant.*] Senecæ testimonio frequentissime utar in hisce Notis, annitarque demonstrare nullum fere legi carmen Boëthii, ex quo non appareat, eum studiosum fuisse imitatorem illius Tragici, qui ita in Octav. ℣. 322. & seqq.

——— *scindit vestes*
Augusta suas, laceratque comas,
Rigat & mœstis fletibus ora. Idem.

2 *Has saltem.*] Imitatus esse Ovidium videtur, ex IV. Tristium elegia 1. non semel,

Me quoque Musa levat Ponti loca jussa petentem,
Sola comes nostræ perstitit illa fugæ:
Sola nec insidias inter, nec militis ensem,
Nec mare, nec ventos, barbariamque timet.

aliisque versibus ibid. Patetque ex hoc loco exulem nostrum, Theoderici aut metu aut terrore, ab omnibus amicis desertum. quid enim, post eversam Romam, à Gotho non cruentum exspectaretur? *Vallin.*

3 *Ne nostrum comites prosequerentur iter.*] Tanta est vis, tanta efficacia liberalium artium, ut conjunctæ cum animis nullo tempore deficiant, sed permaneant stabiliter ad summum exitum vitæ. Ovid. 3. Trist. eleg. 7.

——— *nil non mortale tenemus*
Pectoris exceptis ingeniique bonis.
En ego cum patria caream, vobisque domoque,
Raptaque sint adimi quæ potuere mihi:
Ingenio tamen ipse meo comitorque fruorque,
Cæsar in hoc potuit juris habere nihil.

Et illud erat quod Stilpo apud Diogenem Laërtium lib. 1. Demetrio Antigoni filio, scriptis sibi tradere ea quæ amiserat volenti nihil suum se perdidisse respondit: quippe doctrinam & eruditionem sibi ademisse neminem, reliquaque sibi esse & eloquentiam & disciplinam. Neque hic omittenda aurea Aristippi verba, qui comitibus naufragio ejectis, Rhodoque in patriam reverti volentibus, ita domi mandavit dicere: *Ejusmodi possessiones & viatica liberis oportere paravi, quæ etiam naufragio una possent enatare.* Rectissime. Nam ea sunt vera præsidia vitæ, quibus neque fortunæ tempestas iniqua, neque publicarum rerum mutatio neque belli vastatio potest nocere. vide Vitruvium in Procem. lib. 6. de Architectura. *Sitzm.*

4 *Solatur mœsti nunc mea fata senis.*] Mss. & Edit. Florentina: *Solantur.* quæ lectio & verior & melior, præsertim si antecedentia excutiantur. *Idem.*

1 Ve-

[1] Venit enim [2] properata malis inopina senectus,
Et dolor ætatem jussit inesse suam.
[3] Intempestivi funduntur vertice cani,
Et tremit effeto corpore laxa cutis.
[4] Mors hominum felix, [5] quæ se nec dulcibus annis
Inserit, [6] & mœstis sæpè vocata venit.
[7] Eheu, quàm [8] surdâ miseros avertitur aure,
Et flenteis oculos claudere sæva negat!

Dùm

1 *Venit enim p. m.*] Bion apud Diogenem Laërt. lib. IV. de vitis Philosophorum: τὸ γήρας ἔλεγεν ὅρμον εἶναι τῶν κακῶν· εἰς αὐτὸ γὰρ πάντα καταφύγειν. Non de nihilo itaque eam timere jubemur veteri Iambo:

Φοβοῦ τὸ γῆρας· ἐν γὰρ ἔρχεται μόνον.
Time senectutem. haud enim sola advenit.

Maximinianus, seu, ut alii volunt, Cornel. Gallus:

His veniens onerata malis inopina senectus,
Cedere ponderibus se docet ipsa suis.

Idem.

2 *Properata malis inopina senectus.*] Hinc colligitur, Boëtium, nondum senem, fuisse anno DXXV. occisum; puer enim desolatur parente, qui anno CDLXXXVII. Consul fuit. Circa annum DVIII. Patricius sed juvenis adhuc, ab Ennodio propinquo celebratur. Natum igitur credibile est circa annum CDXCV. Deinde solis sese ærumnis senem factum queritur, dum anno DXXIII. aut XXIV. tædia exilii, alii volunt carceris sui, describit his versibus:

Venit enim properata malis inopina senectus,
Et dolor ætatem jussit inesse suam.
Intempestivi funduntur vertice cani.

Ante senectam igitur soloque dolore senex, & circa annum vitæ quinquagesimum sublatus est. Quam ejus ætatem refert quoque ejus marmorea vetus statua, quæ Romæ est in ædib. interque τὰ σύμμικτα Justiniani V. C. ejusque imago, quam inde optima manu expressam in hac editione exhiberi curavimus. *Vallin.*

3 *Intempestivi cani.*] Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 5.

Ante meum tempus cogor & esse senex.

Sitzm.

4 *Mors hominum felix.*] Hecuba apud Senec. in Troad. ℣. 1170. & seqq.

——— *sola mors votum meum.*
Infantibus violenta, virginibus venis;
Ubicunque properas sæva: me solam times,
Vitaque gladios inter, ac tela & faces;
Quæsita tota nocte cupientem fugis.

In Agamemnone ℣. 996.

EL. *Mortem aliquid ultra est?* ÆG. *Vita si cupias mori.* Quintilian. Declamat. IV. *O mors laudanda fortibus, expetenda miseris, non recusanda felicibus, quantum te quæsivimus in bello.* Sitzm.

5 *Quæ se nec dulcibus annis inserit.*] Aliter Pub. Syrus:

Dum vita grata est, mortis conditio optima est. Idem.

6 *Et mœstis sæpe vocata venit.*] Pub. Syrus:

Bona homini mors est { *vitæ* / *animi* } *quæ extinguit mala.*

8 *Surda avertitur aure.*] Statius 2. sylvar.

Odistique chelyn, surdaque averteris aure. Idem.

7 *Eheu quam.*] Senec. in Hercule Oet. ℣. 122.

Felices sequeris Mors, miseros fugis. Idem.

Dùm levibus malefida bonis fortuna faveret,
Pænè caput tristis [1] *merserat hora meum.*
Nunc, quia fallacem mutavit nubila vultum,
[2] *Protrahit ingratas* [3] *impia vita moras.*
[4] *Quid me felicem toties jactastis amici?*
Qui cecidit, [5] *stabili non erat ille gradu.*

PROSA I.

Hæc dum tacitus mecum ipse reputarem, querimoniamque lacrymabilem [6] styli officio designarem, adstitisse mihi supra verticem [7] visa est mulier, reverendi admodum vultus, [1] oculis ardentibus, & [2] ultra communem hominum valentiam perspicacibus, [3] colore vivido, atque [4] inexhausti vigoris, quamvis ita ævi plena foret, ut nullo modo nostræ crederetur ætatis. Statura discretionis ambiguæ. nam nunc quidem ad communem sese hominum mensuram cohibebat; nunc verò [5] pulsare cælum summi verticis cacumine videbatur: quæ cùm caput altiùs extulisset, ipsum etiam cælum penetrabat, respicientiumque hominum frustrabatur intuitum. Vestes erant tenuissimis filis, subtili artificio, indissolubilique materiâ perfectæ; quas, uti post eadem prodente cognovi, suis manibus ipsa texue-

1 *Merserat hora.*] Locutio Boëtio familiaris lib. II. initio,

Suique magnum monstrat ostentum si quis
Visatur una stratus ac felix hora.

Et epitaphio Elpes, quod ejus esse putatur,

Quo sine mœsta dies, nox anxia, flebilis hora. Vallin.

2 *Protrahit moras.*] Senec. in Thyest. ℣. 45. & seqq.

Desertor animæ, fortis in partem tui,
Omitte pœnas languidas longæ moræ,
Mortemque totam recipe. quid segnis trabo? Sitzm.

3 *Impia vita.*] *Impia vivacitas* apud Quintilian. in Procem. lib. 6. Institut. Orator. *Tunc igitur optimum fuit* (inquit) *in faustum opus, & quicquid hoc est in me infelicium litterarum, super immaturum funus consumpturis viscera mea flammis injicere, neque hanc impiam vivacitatem novis insuper curis fatigare.* Idem.

4 *Quid me felicem.*] Senec. in Agam. ℣. 741.

Quid me vocatis sospitem solam è meis
Umbræ meorum? Idem.

5 *Stabili non erat ille gradu.*] Prudentius in præfat. lib. 2. contra Symmachum:

Mortalem Deus increpat
Qui sit non stabili fide. Idem.

6 *Styli officio designarem.*] Veteres, *signarem.* planè id germanum est. *Bern.*

7 *Visa est mulier.*] Non absimilis est Prodicianæ virtutis pictura apud Xenophontem ἀπομνημονευμάτων lib. II. Sed eadem apud Philonem expressius lib. Μίσθωμα πόνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι. Recteque hic Philosophia consolatrix inducitur; *quæ ubi pectore recepta est hominum, inhonesto atque inutili affectu dispulso, totos in solido virtutis munimento confirmat, potentiores metu ac dolore faciens,* inquit Val. Max. l. III. c. III. Philosophi enim est mentis morbos curare atque expellere: ἔρρειν γὰρ ἔξει χρὴ ἄλλο ἢ ἐωλόν τε καὶ τὰς ἄλλας εἰς τὴν φύσιν ἀνθρώπῳ προσήκουσαν βίον ἀποκαθαίρειν. κοινός τε πάντων ἔσται πατὴρ καὶ παιδαγωγὸς, διορθωτής τε καὶ συμβουλος καὶ κηδεμονικὸν πᾶσιν ἑαυτὸν παρέχων, καὶ σωτηρὸς ὢν πανθὸς ἀγαθοῦ. τοῖς μὲ δύημερῆσι σωφρονιστὴς, τοῖς δ' λυπουμένοις σωβαλαπωρῶν καὶ παραμυθούμενος αὐτός. Nec enim aliud munus ejus erit, inquit Simplicius in Epict. Enchirid. c. XXXI. *quam & sese & alios ita repurgare, ut vitam naturæ humanæ convenientem agant, omniumque communis pater erit & pædagogus, & corrector, & consiliarius, seque curatorem præbebit omnium, & adjutor erit omnis boni. Congratulabitur iis quibus res secundæ sunt, vicem dolebit calamitosorum, eosque consolabitur.* Nec alium olim ob usum proceribus, ut Pericli Anaxagoras, Alexandro Antisthenes, Lysis Pythagoræus Epaminondæ, Scipioni Panætius, Athenodorus & Apollonides Stoici

Stoici ac Demetrius Peripateticus Catoni, Athenodorus alter Augusto, Licinio Silano Heliodorus, Bareæ Sorano Egnatius Celer, Pæto Thraseæ Demetrius Cynicus, Epaphrodito Epictetus, Canio Julio suus, Juliano Cæs. Sallustius ac Maximus, magnisque aliis viris Philosophi in familia erant. qui eos in ipso vitæ cursu præceptis sapientiæ instituerent; & instante morte, labantem aut certè nutantem animum contra vim fortunæ & fati necessitatem firmarent. *Vallin.*

1 *Oculis ardentibus.*] Virg. 4. Georg. de Proteo:

Ardentes oculos intorsit lumine glauco.

Oculis ardentibus &c. *atque inexhausti vigoris.*] In Panegyr. Maxim. & Constant. dicto: *Te vero in quo adhuc istæ sunt integræ solidæque vires, hic totius corporis vigor, hic imperatorius ardor oculorum, immaturum otium speraſſe miramur.* Q. Curtius lib. 10. de Alexandro extincto: *Ut tandem curare corpus exanimum amicis vacavit, nulla tabe, ne minimo quidem livore corruptum videre, qui intraverant. Vigor quoque, qui constat ex spiritu, non destituerat vultum.* Sitzm.

2 *Ultra communem hominum valentiam.*] Plin. Epist. lib. VIII. Ep. ult. *Longeque valentior amor ad obtinendum quod velis.* Noster lib. III. Prosa IX. *Sed hoc modo ne sufficientia quidem contingit ei quem valentia deserit.* Et I. IV. Prosa II. *defuisse valentiam dubitare non potes:* idem valet quod *potentia* ῥώμη. Romanæ urbis etymon sanè hinc derivant veteres. Solinus c. 11. *Sunt qui videri velint Romæ vocabulum ab Evandro primùm natum, cùm oppidum ibi offendisset, quod extructum antea Valentiam dixerat juventus Latina: servataque significatione impositi priùs nominis, ῥώμῃ Græcè Valentiam nuncupatam.* Adi Festum in Roma. *Bern.*

3 *Colore vivido, atque inexhausti vigoris, quamvis ita ævi plena foret.*] Sic distingue ex MSS. *colore vivido, atque inexhausti vigoris. Quamvis ita ævi p. f.* Sitzmannus.

4 *Inexhausti vigoris.*] Ausonius ad Paulinum:

——— *nostra senectus*
Servat inexhaustum, tibi gratificata, vigorem. Idem.

5 *Pulsare cælum summi verticis cacumine videbatur.*] Horat. I. Carm. Od. I.

Quod si me Lyricis vatibus inseris
Sublimi feriam sidera vertice.

Martialis lib. 8. Epig. 36.

Hæc Auguste tamen, quæ vertice sidera pulsat,
Par domus est cælo, sed minor est Domino. Idem.

texuerat. quarum ſpeciem, veluti fumoſas imagines ſolet, caligo quædam neglectæ vetuſtatis obduxerat. [1] Harum in extremo margine π, in ſupremo vero Θ legebatur intextum. Atque inter utraſque litteras, in ſcalarum modum, [2] gradus quidam inſigniti videbantur, quibus ab inferiore ad ſuperius elementum eſſet adſcenſus. Eandem tamen veſtem violentorum quorundam ſciderant manus, & particulas, quas quiſque potuit, abſtulerant. Et dextera quidem ejus libellos, ſceptrum verò ſiniſtra geſtabat. Quæ ubi [3] poëticas Muſas

1 *Harum in extremo margine π, in ſupremo vero Θ legebatur intextum.*] Practicam intelligit Philoſophiam & Theoricam. De utraque vide B. Auguſtin. l. 8. de Civit. Dei, cap. 4. Illam *Activam*, hanc *Speculativam* vocat Caſſiodorus, 1. Variar. Epiſt. 45. Aliter vero alii (ut Cicero & Apulejus) Philoſophiam partiuntur. Ex quibus Cicero lib. 1. Acad. Quæſt. ſic ait: *Fuit jam à Platone accepta philoſophandi ratio triplex. Una de vita & moribus: altera de natura & rebus occultis: tertia de diſſerendo, & quid verum & quid falſum, quid rectum in oratione pravumve, quid conſentiens, quid repugnans, judicando.* Et idem lib. 5. Tuſcul. Quæſt. ubi triplicem hunc animi fœtum ait exiſtere: quorum *unus* ſit *in cognitione rerum poſitus & in explicatione naturæ: alter in deſcriptione expetendarum fugiendarumve rerum: tertius in judicando, quid cuique rei ſit conſequens, quid repugnans; in quo ineſt omnis tum ſubtilitas diſſerendi, tum veritas judicandi.* Idem.

Π. Θ.] Deſignari his elementis Philoſophiam πρακτικὴν καὶ θεωρητικὴν, *activam & contemplativam* certum eſt. Hæc enim eſt apud Platonicos totius tum vitæ, tum philoſophiæ diviſio, quam utramque qui complectitur, is demum Sapiens eſt. Hæc ἐν τῇ γνώσει τ ἀληθείας, *in veritatis cognitione*, verſatur, quod τὰ νοητὰ καὶ τὸ θεῖον, *intelligibilia ipſamque divinitatem* intelligat. Illa verò ἐν τῇ πράξει τὰ ὑπαγορευόμενα ἐν τοῖς λόγοις, *in iis rebus agendis, quas recta ratio præſcribit*, hoc eſt in exercitatione virtutum. Unde Hierocles in carm. Pyth. ſcribit, Ὅπη μὲ πρακτικὴ φιλοσοφία ἀφ' ὧν τ' ἔστ' ἀρετῶν φύσεως ἄνθρωπον ἀγαθὸν ἀπεργάζεται. ἡ δὲ θεωρητικὴ εἰς ὁμοιότητα θεοῦ καθίστησι τὸν τῆς ἀληθείας ἐλλάμψει, *philoſophiam, quæ verſatur in agendo, virtutum vi hominem probum efficere. quæ autem in contemplando, illuſtratione mentis atque veritatis Deo ſimilem reddere.* Hinc eidem, fit homo primum ἄγαθὸς, deinde θεός. Quam Platonis ſententiam exponit tum idem Hierocles proœmio aurei commentarii, tum Alcinous εἰσαγωγῆς cap. 11. Nihil enim hoc toto opere aliud ferè Boëtius quam Πλατωνίζει: quamquam ea quoque diviſio Ariſtotelis ſit ac Theophraſti, ut exponit Plutarchus proœmio lib. 1. de placit. philoſophor. Et noſter Boëtius præfatione in Porphyrii εἰσαγωγὴν doctiſſima. *Vallinus.*

2 *Gradus quidam.*] Eos recenſet idem Hierocles commentario illo aureo in Pythagor. aurea carmina; ea præſertim quorum initium eſt:

Μὴ δ' ὕπνον μαλακῆσιν ἐπ' ὄμμασι πεσσοδέξαῳ.

Quibus vero gradibus Chriſtiani ad ſapientiam, hoc eſt ad Deum contemplandum, perveniant, docet D. Auguſtinus lib. 11. de doctrina Chriſt. cap. VII, & lib. IV. de Trinit. cap. 1. *Idem.*

3 *Poëticas Muſas.*] Quas Philoſophia

Muſas vidit, noſtro aſſiſtenteis toro, fletibuſque meis verba dictanteis, commota paulliſper, ac torvis inflammata luminibus, Quis, inquit, has ſcenicas meretriculas ad hunc ægrum permiſit accedere? quę dolores ejus non modò nullis remediis foverent, verùm dulcibus inſuper alerent venenis? [2] Hæ ſunt enim quæ infructuoſis affectuum ſpinis, uberem fructibus rationis ſegetem necant, hominumque menteis aſſuefaciunt mor-

phia è conſpectu ſuo fugat, quia, ut inquit Plato lib. x. de rep. παλαιὰ μέν τις ἀμφοῖν φιλοσοφίᾳ τε καὶ ποιητικῇ, *vetus eſt Philoſophiæ & Poëtices diſſenſio.* Quod nimirum Poëtæ in movendis ad voluptatem affectibus toti ferè ſint, quos rectæ rationi ſubjicere philoſophiæ præcipuum officium eſt. Neque alia de cauſa Poëſim è ſua civitate pellit ibidem Plato, ait enim, εἰ ὁ τῶν ἡδυσμένων μοῦσαν ἐν μέλεσιν ἢ ἔπεσιν ἡδονὴ στιν καὶ λύπη ἐν τῇ πόλει βασιλεύσει, ἀντὶ νόμου τε καὶ τοῦ κοινῇ δόξαντος ἀεὶ εἶναι βελτίστου λόγου, *Si autem voluptuoſam Muſam in canticis & carminibus acceptaveris, voluptas in civitate ac dolor, legis & ejus, quod ſemper optimum viſum eſt, rationis videlicet loco, dominabuntur.* Hinc eas noſter *Scenicas meretriculas* vocat, hoc eſt, molli, ſcenico & ad voluptatem comparato habitu cultuque comptas, ut qui Philoſophiam non deceat. Philonis quoque Virtus ad Voluptatem, Τῷ περαιτέρω καὶ μᾶλλον καὶ μυθολόγῳ εἴδει ἡδονῇ τραγικώτερον ἐνεσκευασμένῃ, καὶ λιπαρῶς ἐπομνυούσῃ τοῖς θεατρικοῖς, *Hanc aſpicio præſtigiatricem, impudicam & nugatricem ſplendidè ac ſcenicè ornatam blanditiis te aggredi.* Unde in Gorgia ait, Poëſim, Rhetoricam, Sophiſticen eſſe κολακείας *adulationes*, ὅτι δὲ ἡδεῖ στοχάζεται οὐδὲ βελτίστου, *quod* earum unaquæque *nulla optimi habita ratione ad voluptatem tanquam ſcopum tendat.* Quamquam Poëſim quoque in eodem de rep. libro in rep. admittit ac laudat, eam videlicet quæ ὕμνους θεοῖς καὶ ἐγκώμια, *hymnos in deos, & fortium illuſtriumque virorum laudationes* continet. Quod ille ab Heſiodi θεογονίᾳ acceperat, ubi officium Poëtæ materiemque ſic illi præſcribit,

— αὐτὰρ ἀοιδὸς
Μουσάων θεράπων κλεῖα προτέρων ἀνθρώπων
Ὑμνήσῃ, μακάρων τε θεῶν οἱ Ὄλυμπον ἔχουσιν.
— *nempe Poëta*
Res priſcorum hominum claras, divoſque beatos,
Summo ſtellantis regnant qui in culmine Olympi
Cantarit, famulus Muſarum.

Quam dialogo Ἴωνι multis ſummiſque laudibus effert idem Plato. *Vall.*

1 *Commota paulliſper.*] Ex decoro, neque enim decuit Philoſophiam diu iraſci. benè Ariſtoteles: τὸ σφόδρα μετελοπαθῆ μὴ εἶναι, ἀπαθῆ δὲ μὴ εἶναι. *Sapientem mediocres affectus habere, nullos non habere.* Bern.

2 *Hæ ſunt enim quæ infructuoſis.*] Pontius Paulinus ad Auſonium, de Poëtis aliiſque Ethnicorum ſcriptoribus:

Qui corda falſis atque vanis imbuunt:
Tantumque linguas inſtruunt,
Nihil adferentes, ut ſalutem conferant:
Quod veritatem detegat.
Quid enim tenere vel bonum aut verum
queant,
Qui non tenent ſummum caput,
Veri bonique fomitem, & fontem Deum?
Quem nemo niſi in Chriſto videt.

Sitzm.

morbo, non liberant. [1] At si quem profanum, uti vulgò solitum vobis, blanditiæ vestræ detraherent, minùs molestè ferendum putarem. nihil quippe in eo nostræ operæ læderentur. [2] hunc verò Eleaticis, atque Academicis studiis innutritum? [3] Sed abite potiùs Seirenes usque in exitium dulces, meisque eum Musis curandum, sanandumque relinquite. His ille chorus increpitus, dejecit humi mæstior vultum, confessusque rubore verecundiam, limen tristis excessit. At ego, cujus acies lacrymis mersa caligarat, [4] ne dignoscere possem, quænam hæc esset mulier tam imperiosæ auctoritatis, obstupui, visuque in terram defixo, quidnam dein-

1 *At si quem profanum, uti vulgo solitum, nobis blanditiæ vestræ detraherent.*] MSS. *At si quem profanum, uti vulgo solitum vobis, blanditiæ vestræ detraherent.* Idem.

2 *Hunc verò Eleaticis atque Academicis studiis attigistis enutritum?*] Restitui ex scriptis insigni Aposiopesi: *Hanc verò Eleaticis atque Academicis studiis enutritum? Sed abite potiùs.* Theodor. l. 11. de Princ. *Gens verò Philosophorum, qui apud nos Eleatici nominantur, à Xenophane atque altiùs initium ducens.* vide, si pretium operæ tibi, Clem. 1. Stromat. Euseb. x. de præparatione Euangelica. *Bern.*

Eleaticis studiis.] Dialecticis. Zeno ex Elea Lucaniæ urbe, quæ post Silarim juxta sinum Possidoniatem sita est, fuit oriundus. Hic ipse fuit inventor primus Dialecticæ. Diog. Laërt. in Proœm. Alexander ab Alex. lib. 1. cap. 30. *Sitzm.*

Academicis.] Platonicis, quibus Boëthius fuit addictissimus. *Academicis studiis attigistis enutritum.*] MSS. & Edit. Flor. non habent voculam *attigistis* & pro *enutritum* ponitur *innutritum*, quæ lectio præstabilior. Apulejus lib. IV. Metam. *Omnibus delitiis innutrita.* de virgine captiva loquitur. *Idem.*

Eleaticis atque Academicis.] *Eleaticis*, hoc est, iis quæ pertinent ad Dialecticam, cujus inventor fuit Zeno Eleates, quam multi coluere, & præcipuè [cujus libros transtulit commentatusque est Boëtius] Aristoteles, qui in ea excelluit. Cicero lib. 1. de oratore, refert *multo plura* de arte dicendi *Aristotelem, quàm omnes dicendi magistros dixisse, multoque meliora.* Is enim, ut Symmachi lectissimis verbis utar, *naturam benè loquendi, in artem redegit.* Cum igitur non solùm universam Dialecticam Aristotelis, quùm interpretationibus, tum commentariis illustrarit, sed ad eam enucleandam multa ipse pepererit, jure per Eleatica studia, Dialecticam seu λογικὴν, differendi rationem intelligas. *Academicis*, iis scilicet, quæ ex Platonis Platonicorumque libris hauserat, quibus addictissimus fuit. Cui enim dubium est Platonicos, Academicos vocari? *Vallin.*

3 *Sed abite Seirenes usque in exitium dulces.*] Pindarus Olymp. Od. 1. scribit *Poëticen omnia facere, quæ μείλιχα sint hominibus.* Sitzm.

4 *Ne dignoscere possem, quænam* &c.] MSS. *Nec dignoscere.* Ita in vetustiss. membranis Vegetii lib. 3. cap. 5. legitur: *Sunt & alia multa* (al. *muta*) *signa, quæ Dux belli in equis, aut indumentis, & in ipsis armis, ut dinoscatur hostis, præcepit custodiri.* Idem.

deinceps esset actura, exspectare tacitus cœpi. [1] Tum illa propius accedens, in extrema lectuli mei parte consedit, meumque intuens vultum luctu gravem, atque in humum mærore dejectum, [2] his versibus de nostræ mentis perturbatione conquesta est.

METRUM II.

[3] *Heu, quàm præcipiti mersa profundo*
Mens hebet, &, propriâ luce relictâ,
[4] *Tendit in externas ire tenebras,*
Terrenis quoties flatibus aucta
Crescit in immensum noxia cura!
Hic quondam cælo liber aperto
[5] *Suetus in ætherios ire meatus,*
[6] *Cernebat rosei* [7] *lumina solis,*
Visebat gelidæ [8] *sidera lunæ,*
[9] *Et quæcunque vagos stella recursus*

Exer-

1 *Tum illa propius accedens.*] MSS. Erfurt. omittit voculam, *illa.* Sitzm.

2 *His versibus de nostræ mentis perturbatione conquesta est.*] MS. Erfurt. *His verbis d. n.* &c. *Idem.*

3 *Heu quam præcipiti mersa profundo.*] Lactantius de resurrect. Dom. die:

Qui genus humanum cernens mersum esse profundo. Idem.

4 *Tendit in externas ire tenebras.*] Prudent. Περὶ στεφάνων Hym. 1.

Absit ut cælestis ignis se tenebris misceat. vid. quæ not. ad Metr. 9. lib. 3. Ψ. 25. *Idem.*

5 *Suetus in ætherios ire meatus.*] Apul. in principio lib. De Mundo: *Homines philosophiam Ducem nacti, ejusque inventis imbuti, animo peregrinari ausi sunt per cæli plagas, his itineribus, quæ exploratione acuminis sui pervia sapientiæ, solis cogitationibus viderant.* Idem.

6 *Cernebat rosei lumina solis.*] Senec. in Oct. Ψ. 378.

Cælum intueri, Solis & currus sacros,
Mundique motus, Solis alternas vices,
Orbemque Phœbes, astra quem cingunt vaga,
Lateque fulgens ætheris magni decus.

Diog. Laërt. libro 2. de Anaxagora: ἐρωτηθείς ποτε εἰς τί γεγένννῆ), Εἰς θεωρίαν (ἔφη) ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ οὐρανοῦ. Vid. quæ not. ad Carm. ult. lib. 5. *Idem.*

7 *Lumina solis.*] Val. Flacc. lib. 5. Solem vocat *Æternum lumen:*

— non aliter quam si radiantis adiret
Ora Dei, veraque æterni luminis arces;
Tale jubar per tecta micat —

De diversis vero nominibus Solis ejusque magnitudine vid. Macrob. in somn. Scip. lib. 1. cap. 20. *Idem.*

8 *Sidera Lunæ.*] Manil. lib. 2.

— nunc sidera Lunæ
Mota tenens —

Q. Curt. lib. IV. de Reb. Gest. Alexandri Magni: *Prima fere vigilia Lunæ deficiens primum nitorem sideris sui condidit. Deinde sanguinis colore suffuso, lumen omne fœdavit.* Quid inter stellam & sidus intersit, docet Macrob. l. 1. in somn. Scip. c. 14. Lactant. lib. 2. Div. Instit. cap. 5. *Illi Solem & Lunam: vos etiam sidera Deos putatis.* Idem.

9 *Et quæcunque vagos stella rec.*] Seneca in Herc. Fur. v. 125.

— nox

Exercet, varios flexa per orbeis,
Comprensam in numeris victor habebat.
[1] *Quin etiam causſas, unde ſonora*
[2] *Flamina ſollicitent æquora Ponti,*
Quis volvat ſtabilem ſpiritus orbem,
Vel cur Heſperias ſidus in undas
Caſurum rutilo ſurgat ab ortu:
Quid veris placidas temperet horas,
[3] *Ut terram roſeis floribus ornet:*
[4] *Quid dedit ut pleno fertilis anno*
[5] *Autumnus gravidis influat uvis,*

Rimari

— *nox victa vagos*
Contrahit ignes —
Quintilian. Declam. v. *Alia toto ſparſa cælo vagos curſus certis emetiuntur erroribus.* Vide Apulei. de Mundo & de Deo Socratis, ubi Planetas ab imperitis *Vagas ſtellas* appellari aſſerit. At Macrob. in ſomn. Scip. lib. 1. cap. 18. non ſolum manifeſtiſſimam rationem, ſed viſum quoque ipſum monſtrare, quod Planetæ errent, firmis probat rationibus. Ut porro hoc tralaticie addam, videtur mihi Boëthius illorum accedere opinioni, qui Sole & Luna excluſis, quinque duntaxat ſtellas in errantium cenſum venire voluerunt. Diog. Laërtius in Platone: Περὶ χρόνου φύσεως, ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τοὺς πλανωμένους γίνεσθαι. ὅπως ὁ Ἀφόβηλος τὸν ἀριθμὸν ἡμῶν, καὶ μεζόσχημα τὰ ζῶα ἀριθμεῖ, τὸν δὲ ἥλιον φῶς ἀναψαι τὴν γῆν. εἶναι δὲ ὑπὲρ μὲν τὴν γῆς κύκλον σελήνην, ὑπὸ δὲ τὸν ἐχόμενον ἥλιον, ὑπὸ δὲ τοῖς ἐπίπωτους πλανήτας. quæ hauſiſſe liquet Diogenem ex Platonis Timæo. Macrob. lib. 2. in ſom. Scip. cap. 10. *Ut omnis latitudo qua Sol cum quinque vagis & Luna ultro citroque diſcurrunt habeat ſubjecti humoris alimoniam.* Alia vid. in Collectan. Jani Duſæ filii ad Propert. Eleg. 1. lib. IV. *Sitzm.*

1 *Quin etiam cauſſas.*] Manil. lib. 1.
Cur imbres ruerent, ventos quæ cauſſa moveret
Pervidit. — Idem.

2 *Flamina ſoll. æq. P.*] Arnobius lib. 1. Adv. Gentes, *Flaturas* nominat. *Quid enim ſi hoc pacto navigationis cupidiſſimus conqueratur ventos jam diu non eſſe, & cæli conquieviſſe flaturas?* Et lib. 6. *Aëris fluores. Intelligimus omnes ventos aëris eſſe fluores, pulſos & mundanis rationibus concitatos.* Valer. Flacc. lib. 3.
Flamina conticuere; jacet ſine flatibus æquor. Idem.

3 *Ut terras roſeis floribus ornet.*] MSS. *Ut terram roſ. f. o.* Idem.

4 *Quis dedit ut pleno f. a.*] MS. Erfurt. *Quid dedit ut p. f. a.* — Idem.

5 *Autumnus gravidis influat uvis.*] Stat. 1. Sylvar.
Et multo gravidus mero December.
Claudian. de Laudib. Stilic. l. 2. ℣. 466.
— *autumni maturet gramina Virgo,*
Lenior & gravidis allatret Sirius uvis.
Autumnum pro ipſo fructu autumnali poſuit Ovid. 9. Met. Fab. 1.
Inceſſit, totumque tulit prædivite corno
Autumnum —
Item Seneca Thyeſt. ℣. 167.
— *totus in arduum*
Autumnus rapitur, ſylvaque mobilis.
Muſtulentæ Autumni delitiæ Apul. l. 9 Dicitur & *Autumnitas*, quo nomine uſi veteres. Vide Notas eruditiſs. Joh. à Wouwern ad Minutium Felicem, & Miſcellanea Franciſci Jureti, ad lib. 3. Symmachi, Epiſt. 23. *Idem.*

1 *Latentis Naturæ varias reddere cauſſas.*] Eadem fere ſcribit de Archimede Silius Ital. lib. 14. Et Lucret. lib. 1. de Epicuro:
Virtutem irritat animi, confringere ut arta
Naturæ primus portarum claustra cupiret. Idem.

2 *Declivemque gerens pondere vultum.*] Prudent. in Hamartig.
Nam quia Naturam tenuem declivia vitæ
Pondera non reprimunt —
Vid. quæ not. ad ℣. 5. Met. lib. 4. *Idem.*

3 *Quæ niſi prius abjeciſſes.*] MSS. *Quæ niſi prior abjeciſſes.* Idem.

4 *Invicta te firmitate tuerentur.*] P. Syrus:
Non eripit fortuna, niſi quod & dedit.
Idem.

5 *Lethargum patitur.*] Horat. Serm. 2. Sat. 3.
— *lethargo grandi eſt oppreſſus* —
De hoc morbo præter Lucret. lib. 3. Q. Serenus, cap. 56.
Denique nonnunquam ſomno ſic membra gravantur,
Ut conjungatur lecto ſopor altus acerbo.
Et Cornel. Celſus, lib. 3. cap. 20. *Alter quoque morbus eſt aliter phrenetico contrarius. In illo difficilis ſomnus, prompta ad omnem audaciam mens eſt: at in hac marcor, & inexpugnabilis pæne dormiendi neceſſitas, λήθαργος* Græce nominatur. *atque id quoque genus acutum eſt, & niſi ſuccurritur, celeriter jugulat.* Idem.

Rimari ſolitus, atque [1] *latentis*
Naturæ varias reddere cauſſas.
Nunc jacet effeto lumine mentis,
Et preſſus gravibus colla catenis,
[2] *Declivemque gerens pondere vultum,*
Cogitur, heu, ſtolidam cernere terram.

PROSA II.

Sed medicinæ, inquit, tempus eſt, non querelæ. Tum verò totis in me intenta luminibus; Tune ille es, ait, qui noſtro quondam lacte nutritus, noſtris educatus alimentis, in virilis animi robur evaſeras? Atqui talia contuleramus arma: [3] quæ niſi prius abjeciſſes, [4] invicta te firmitate tuerentur. Agnoſciſne me? Quid taces? pudore, an ſtupore ſiluiſti? mallem pudore; ſed te, ut video, ſtupor oppreſſit. Cumque me non modò tacitum, ſed elinguem prorſus, mutumque vidiſſet, admovit pectori meo leniter manum. &, Nihil, inquit, periculi eſt; [5] lethargum patitur, communem illuſarum mentium morbum. Sui paulliſper oblitus eſt; recordabitur facilè, ſiquidem nos ante cognoverit. quod ut poſſit, paulliſper lumina ejus, mortalium rerum nube

be caligantia, tergamus. Hæc dixit, [1] oculoſque meos fletibus undanteis, contracta in rugam veſte, ſiccavit.

METRUM III.

Tunc me [2] *diſcuſſâ liquerunt nocte tenebræ,*
Luminibuſque prior rediit vigor:
[3] *Ut cùm præcipiti glomerantur ſidera* [4] *Coro,*
Nimboſiſque polus ſtetit imbribus,
Sol latet, ac nondum cœlo venientibus aſtris,
Deſuper in terram nox funditur.
Hanc ſi Threïcio [5] *Boreas emiſſus ab antro*
Verberet, [6] *& clauſum reſeret diem,*
Emicat, & ſubito vibratus lumine Phœbus,
Miranteis [7] *oculos radiis ferit.*

PROSA

1 *Oculoſque meos ſiccavit.*] Propert. lib. 3. Eleg. 5.

Humidaque impreſſa ſiccabat lumina lana. Sitzm.

2 *Diſcuſſa nocte.*] Senec. in Herc. Oet. ℣ſ. 1707.

—— *nube diſcuſſa diem*
Pande ——

Claudian. De Laudib. Stilic. l. 2. ℣ſ. 11.

—— *vultuque ſereno*
Diſcuſſis tenebris in lucem ſæcula fudit.

Min. Felix in Octavio: *Et cum diſcuſſa caligine de tenebrarum profundo in lucem Sapientiæ & Veritatis emergerem, non reſpuit comitem, ſed quod eſt glorioſius præcucurrit.* Apulejus Metam. lib. 2. *Nocte diſcuſſa ſol novus diem fecit.* Idem.

3 *Ut cum præcipiti.*] Senec. in Hippolyto, ℣ſ. 734.

Fugit inſanæ ſimilis procellæ
Ocyor nubes glomerante Coro.

Virgil. 1. Georg.

Sæpe etiam immenſum cœlo venit agmen aquarum,
Et fœdam glomerant tempeſtatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes ——

Silius Ital. lib. 3.

Interdum adverſo glomeratus turbine Corus
In media ora nives fuſcis agit horridus alis. Idem.

4 *Corus.*] Eſt idem qui *Caurus*. Nam & *ploſtrum* & *plauſtrum*: *cloſtrum* & *clauſtrum* dixere veteres. Apulejus de Mundo: *Caurus Græce* ὀρνίτης *vocatur, is eſt adverſus Aquiloni.* Idem.

5 *Boreas.*] Apulejus de Mundo: *Qui ab æſtiva & ſolſtitialis Orientis meta venit* βορέας *Græce, Latinè Aquilo nominatur. Hinc* αἰθριηγορέτω, *quod ſit alias ſerenus, Homerus ait: Boream vero* ἀπὸ τῆ βοῆς, *quod non ſine clamore ſoleat intonare.* Agellius lib. 2. cap. 22. *Boream putant dictum* ἀπὸ τῆ βοῆς, *quoniam ſit violenti flatus & ſonori.* De honore iſti vento ab Athenienſibus, Thuriis, Megalopolitis exhibito habes apud Ælian. lib. 12. Var. Hiſt. cap. 61. *Idem.*

6 *Et clauſum reſeret diem, Emicat.*] Martianus Capella lib. 1. de Phœbo: *Atque idem pallio rutilante, ac reſerato ſtellantis poli limine, Sol repente clarus emicuit.* Idem.

7 *Oculos radiis ferit.*] Ennius 1. Ann.

Exin candida ſe radiis dedit iſta foras lux.

Silius lib. 3. in fine:

—— *majorque repente*
Lux oculos ferit —— Idem.

1 *Hauſi*

PROSA III.

Haud aliter triſtitiæ nebulis diſſolutis, [1] hauſi cælum, & ad cognoſcendam medicantis faciem mentem recepi. Itaque, ubi in eam deduxi oculos intuitumque defixi, reſpicio nutricem meam, [2] in cujus ab adoleſcentia Laribus obverſatus fueram, Philoſophiam. Et quid, inquam, tu in has exſilii noſtri ſolitudines, ô omnium magiſtra virtutum, [3] ſupero cardine delapſa veniſti? [4] an ut tu quoque mecum rea falſis criminationibus agiteris? An, inquit illa, te, alumne, deſererem, [5] nec ſarcinam quam mei nominis invidiâ ſuſtuliſti, communicato tecum labore partirer? Atqui Philoſophiæ fas non erat, incomitatum relinquere iter innocentis meam ſcilicet criminationem vererer, &, [6] quaſi novum aliquid acciderit, perhorreſcerem? Nunc enim primùm cenſes apud improbos mores laceſſitam periculis eſſe ſapientiam? Nonne apud veteres quoque, [7] ante noſtri Platonis ætatem, magnum ſæpe cer-

1 *Hauſi cælum.*] Q. Curt. libro 5. de Reb. geſtis Alex. *Alium domi eſſe cœli hauſtum, alium lucis aſpectum.* Sitzm.

2 *In cujus ab adoleſcentia laribus verſatus.*] Probè ſcripti: *laribus obverſatus.* Bern.

In cujus ab adoleſcentia laribus verſatus fueram.] MSS. *laribus obverſatus fueram.* Sitzm.

3 *Supero cardine delapſa.*] Vetus: *ſuperno cardine*, quod non diſplicet. *Bern.*

Supero cardine delapſa.] Themiſtius orat. 1. Σωκρότης ὁ ἐκείνου ὁ Σωφρονίσκε θείᾳ μοίρᾳ μάνῃ καταπεσὼν ἐς ἀνθρώπους, *Socrates* denique *Sophroniſci* ille filius *divina duntaxat ſorte* Philoſophiam *in hominum genus delapſam fuiſſe teſtatus eſt*; In Sophiſta Platonis ubi & Prodicus ſapiens θεῖος dicitur. Quod ſit nimirum (ut ait rex Indorum Phraotes apud Philoſtr. in vita Apollonii l. 11. cap. XII.) θειότατον τὸ κατ' ἀνθρώπους, *omnium, quæ ſunt apud homines, diviniſſimum.* Seneca epiſt. XC. *Quis dubitare, mi Lucili, poteſt, quin deorum immortalium munus ſit, quod vivimus: Philoſophiæ, quod benè vivimus? Itaque tanto plus nos debere huic quam diis, quanto majus beneficium eſt bona vita, quam vita?* Quid enim cœleſtius, aut ad deos propius accedit, quam homo omnia cum recta ratione faciens. *Vall.*

4 *An ut tu quoque mecum rea falſis criminationibus agiteris.*] MSS. Rittershuſii: *agitaris.* forte, (quod etiam in Gloſſ.) *agitareris.* Sitzm.

5 *Nec ſarcinam.*] MSS. Rittersh. *ne ſarcinam.* Idem.

6 *Quaſi novi aliquid acciderit, perhorreſcerem.*] MSS. Rittersh. plenius: *quaſi novi aliquid acciderit, ſic perhorreſcerem.* Idem.

7 *Ante noſtri Platonis ætatem.*] Solone, Anaxagora & Pythagora in exilium actis: Zenone verò Eleate aliiſque optimis viris morte damnatis. *Vall.*

1 *Certa-*

[1] certamen cum ſtultitiæ temeritate certavimus? eodemque ſuperſtite, præceptor ejus Socrates injuſtæ victoriam mortis me adſtante promeruit? [2] Cujus hereditatem cum deinceps Epicureum vulgus, ac Stoicum, ceterique pro ſua quiſque parte raptum ire molirentur, meque reclamantem, renitentemque, [3] velut in partem prædæ, traherent, veſtem, quam meis texueram manibus, diſciderunt, abreptiſque ab ea panniculis, totam me ſibi ceſſiſſe credentes, abiere. In quibus, quoniam quædam [4] noſtri habitus veſtigia videbantur, meos eſſe familiareis imprudentia rata, non nullos eorum profanæ multitudinis errore pervertit. [5] Quod ſi nec

1 *Certamen certavimus.*] Ita Homerus Iliad. γ. πόλεμον πολεμίζειν. *Pugnare pugnam* apud Plautum in Pſeudolo Act. 1. ſcen. 5.

Priuſquam iſtam pugnam pugnabo, ego etiam prius
Dabo aliam pugnam claram & commemorabilem.

Gaudet autem noſter Boëtius hac verborum figuratione, nam & infra lib. 2. Proſ. 1. dixit, *Ludere ludum*, & lib. eod. Proſ. 5. *Ornare ornamentis.* Græcis maxime familiare hoc loquendi genus eſſe docet C. Rittersh. ad Oppianum. *Sitzm.*

2 *Cujus hereditatem.*] Huic loco non abſimilis habetur apud Philoſtr. vitæ Apollonii lib. 11. cap. XII. ubi Phraotes Indorum rex ait, Τὰς δὲ πολλὰς ὥσπερ σκυλεύσαντες αὐτὰ ἑτέρων, ἀδελφὰς καλοῦσι τε αὐτὰ καὶ ἀναρμόστως, καὶ σοφίαν ἀλλοτρίαν ἐσθῆτα ἐπισύρονται. Et mox, Τὸ δὲ αἴτιον, νόμοι ὑμῖν οἷμαι εἰσὶν, εἰ μὴ τὸ νόμισμα ἀδιαφθείρει τις, ἀπέθνησκεν αὐτόν. καὶ παιδίον, εἴ τις παρεγράφοιτο, ἢ οὐκ οἶδ' ὅ, τι ἐπὶ τούτῳ. τὰς δὲ τῶν φιλοσοφίαν ὑποβαλλομένας, ἢ διαφθείρουσας, ἐδεῖς οἶμαι νόμῳ παρ' ὑμῖν ἴσχει, ἐδὲ δίκη τις ἐπ' αὐτὰς πίπτει), *Plurimos autem apud vos eſſe audio, qui tanquam alienam rem* Philoſophiam *deprædantes, eaque tanquam veſte ineptè tamen ſe induentes, elati incedunt veſtem trahentes alienam. Hujus autem mali cauſam eſſe arbitror leges veſtras. Si quis enim numiſma adulterinum cuderit, capite plectitur: ſi quis etiam pupillum circumvenerit, aut aliud quidpiam fecerit ejuſmodi. Philoſophiæ verò ſimulatores aut corruptores, nulla ut audio apud vos lex coërcet, nec ullus huic rei magiſtratus præficitur.* Vall.

Cujus hereditatem.] Vide hac de re præter Diogenem Laërt. B. Auguſtinum lib. 8. De Civ. Dei cap. 7. & ibi Lud. Vivem. *Sitzm.*

3 *Velut in partem prædæ traherent.*] MS. Rittershuſ. *detraherent.* Idem.

4 *Noſtri habitus.*] Seneca epiſt. XV. *Adeo Philoſophia ſacrum quiddam eſt & venerabile, ut etiam ſi quid illi ſimile eſt, mendacio placeat.* Vall.

5 *Quod ſi nec Anaxagoræ fugam, nec Socratis venenum, nec Zenonis tormenta, quoniam ſunt peregrina &c.*] Minime erunt peregrina, ſi legatur Diog. Laërtius de vitis Philoſophorum. Nobis ſingulorum vitam fortunamque multis dictis jam recenſere, —— *perdelirum eſſe videtur.* Sitzm.

Quòd ſi nec Anaxagoræ fugam.] Cùm quinque talentis multatus, exilioque ab Athenienſibus damnatus, Lampſacum profectus eſt, ubi & diem ſuum obiit. Adi Laërtium in Anaxagora. *Bern.*

Anaxagoræ fugam.] Nempe exilium, quod

nec Anaxagoræ fugam, nec Socratis venenum, [1] nec Zenonis tormenta, quoniam ſunt peregrina, noviſti; at

quod eſt φυγὴ, in quod Athenienſium decreto actus eſt. Sive fugam, quod ut alii volunt, ipſe ſua ſponte in exilium iverit. Vid. Diogen. Laërt. *Vall.*

1 *Nec Zenonis tormenta.*] Zenonem Eleatem intelligit, Dialecticæ inventorem. de cujus tormentis non eadem ſcriptores tradidere. Laërtius, cùm Learchum tyrannum ſeu ut alii volunt Diomedontem profligare voluiſſet, conſtantiſſimè tormentis omnibus reſtitiſſe, tandem ne dolore victus ſocios proderet, linguam dentibus præciſiſſe & in tyranni faciem expuiſſe ſcribit. eadem Cicero, Tuſc. quæſt. l. II. eadem Theodoritus de Græcarum affect. cur. l. VIII. Eraſthenem citans. Valerius verò, lib. III. c. III. Zeno Eleates, *Agrigentum*, inquit, *miſerabili ſervitute obrutum petiit, tanta fiducia ingenii ac morum ſuorum fretus, ut ſperaret & tyranno & Phalari veſanæ mentis feritatem à ſe deripi poſſe. Poſtquam deinde apud illum plus conſuetudinem dominationis, quàm conſilii ſalubritatem valere animadvertit; nobiliſſimos ejus civitatis adoleſcentes, cupiditate liberandæ patriæ inflammavit. cujus rei cùm indicium ad tyrannum manaſſet, convocato in forum populo, torquere eum vario cruciatus genere cœpit, ſubinde quærens quoſnam conſilii participes haberet. At ille nec eorum quempiam nominavit, & proximum quemque ac fidiſſimum tyranno ſuſpectum reddidit, increpitanſque Agrigentinis ignaviam ac timiditatem, efficit, ut ſubito mentis impulſu concitati, Phalarim lapidibus proſternerent. Senis ergo unius oculeo impoſiti non ſupplex vox, nec miſerabilis ejulatus, ſed fortis cohortatio, totius urbis animum fortunamque mutavit.* A quibus omnibus diverſum it Tertullianus Apologetico: *Zeno Eleates conſultus*, inquit, *à Dionyſio, quidnam Philoſophia præſtaret, quum reſpondiſſet contemptum mortis: flagellis tyranni objectus, ſententiam ſuam ad mortem uſque ſignabat.* Æſtuo profectò, nec cuneum reperio huic nodo. *Bern.*

Zenonis.] In cruciatus auctore & genere penitus variant auctores. Diogenes Laërtius [ex quo idem Suidas ſcripſit] in Nearchi tyranni os linguam præciſam conſpuiſſe; deinde ex Hermippo, illum in cavum lapidem injectum contuſumque fuiſſe inquit. Ab eo Val. Maximus diſſentit, qui lib. III. c. III. Phalaridis Agrigentinor. tyranni juſſu cruciatum refert, ut & Cicero, Anaxarchum Nicocreonti Cypriorum tyranno ad ultimum amputationem linguæ minitanti reſpondiſſe; *Non erit*, inquit, *effœminate adoleſcens, hæc quoque pars corporis mei tuæ ditionis: protinuſque dentibus abſciſſam & commanducatam linguam in os ejus ira patens exſpuit.* Tertullianus quoque ſub finem apologetici diverſum abit, *Zeno Eleates*, inquit, *conſultus à Dionyſio, quidnam philoſophia præſtaret, cum reſpondiſſet contemptum mortis, impaſſibilibus flagellis tyranni objectus, ſententiam ſuam uſque ad mortem ſignabat.* Credas omnes in id conſpiraſſe, ut diverſa ſcriberent. Sed is tamen nodus ſolvetur ſi diſtinctis illis patientiæ exemplis, pro comperto & certo maneat, ut certè ex Plutarcho lib. περὶ ἀδολεσχίας, Clemente Alexandrino IV. Στρωμάτεων, Theodoreto Ἑλληνικῶν παθημάτων ſerm. VIII. aliiſque conſtat, Zenonem, non alium quemquam, Eleam patriam dum in libertatem vindicare conatur, Nearchi tyranni juſſu cruciatum, inter tormenta *avulſam ſedibus linguam ſuam*, ut ait Amm. Marcellinus l. XXIII. *cum cruento ſputamine in oculos interrogantis Cypriiregis impegiſſe.* Anaxarchum verò, ut cum Laërtio omnes pœnè auctores affirmant, Nicocreontis Cyprii tyranni juſſu in pilam ſaxeam conjectum, ibique ferreis malleis cæſum, celebre hoc dictum geminaſſe, Πίσσε, πίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, Ἀνάξαρχον δὲ οὐ πίσσεις, *Tunde, tunde Anaxarchi capſam; Anaxarchum autem non tundis.* Vall.

[1] at Canios, at Senecas, at Soranos, quorum nec pervetusta, [2] nec incelebris memoria est, scire potuisti. [3] Quos nihil aliud in cladem detraxit, nisi [4] quod nostris moribus instituti, studiis improborum dissimillimi videbantur. [5] Itaque nihil est quod admirere, si in hoc

1 *At Canios, at Senecas, at Soranos.*] Canii Julii viri magni constantiam in morte perferenda, describit Seneca de Tranquillitate cap. XIV. ipsius Senecæ deplorandam mortem Annal. XV. Sorani viri illustris necem Annalium XVI. Tacitus refert. *Bern.*

At Canios, at Senecas, at Soranos.] *Canii Iulii* mortem constantiamque videre est apud Senecam lib. de tranquill. cap. XIV. ubi scribendum censet Lipsius *Canus*, non *Canius*. *Annæi Senecæ*, apud Suetonium in Nerone: veterem interpretem Juvenalis Satyr. V. Annalium Taciti XV. *Bareæ Sorani*, eorumdem Annalium XVI. *Vall.*

At Canios.] Canii Julii, quem *natrix Pop. Romani, Phaëtonque orbis terrarum C. Cæsar Caligula* est prosequutus, passim meminit Seneca philosophus. *Sitzm.*

At Senecas.] Vetus Interpres Juvenalis in Sat. 5. *Hic sub Claudio quasi conscius adulteriorum Iuliæ Germanici filiæ, in Corsicam relegatus, post triennium revocatus est. Qui etsi magno desiderio Athenas intenderet, ab Agrippina tamen eruditendo Neroni in palatium adductus, sævum immanemque natum & sensit cito & mitigavit, inter familiares solitus dicere: Non fore sævo illi leoni quin gustato semel hominis cruore ingenita redeat sævitia. Huic postremo, quod habitus esset inter conscios conjurationis Pisonianæ, Nero per tribunum ultimam necessitatem denuntiavit. Hic interritus amicorum animos, quibus jam ejus casus lacrimas exciverat, ad firmitudinem revocavit, rogitans: Ubi præcepta sapientiæ? ubi tot per annos meditata ratio adversus imminentia? cui præterea ignara fuerit Neronis sævitia? neque aliud superesse post matrem fratremque interfectos, quam ut educatoris præceptorisque necem adjiceret. Deinde sibi venas præsecans, crurumque venas abrumpens, & durante tractu lentitudine que mortis, hausto veneno, & postremo calidæ aquæ stagnum introiens, exanimatus est.* Idem.

At Soranos.] Bareas Soranus Proconsul Asiæ, justitiæ atque industriæ studiosior Neronem sibi offensum reddidit, à quo tandem mortis dato arbitrio vita excedere est jussus. De hoc Tacitus l. 16. Annalium: *Trucidatis tot insignibus viris, ad postremum Nero virtutem ipsam exscindere concupivit, interfecto Barea Sorano & Thrasea Pæto, olim utrisque infensus.* Idem.

2 *Nec incelebris memoria est.*] MSS. Rittersh. respuit voculam, *est*, quæ temere etiam in sequentia verba irrepsit. Ita enim ex d. MS. ut & Erfurt. Norimbergensi itidem editione, omnium quas equidem vidi vetustissima, legendum: *Quorum quidem, tametsi numerosus exercitus, spernendus tamen est.* Idem.

3 *Quos nihil aliud in cladem detraxit.*] MS. Rittersh. *dejecit.* De tribus posterioribus, quorum mentionem facit, paucis dicemus. *Idem.*

4 *Quod nostris moribus institutis, studiis improborum dissimillimi videbantur.*] In eundem sensum Petronius Arbiter: *Non dubium est, si quis vitiorum omnium inimicus rectum vitæ iter cœpit inspicere, primùm propter morum differentiam odium habet. quis enim potest probare diversa.* Id.

5 *Itaque nihil est, quod admirere.*] Salvianus lib. 5. de Gubernatione Dei, convenienter ait: *Ac per hoc infelicissimi pauperes sic sunt, quasi inter concertantes procellas in medio mari positi, nunc istorum scilicet, nunc illorum fluctibus obruuntur.* Et Cassiodor. lib. 5. Variar. Epist. 40. *Inter mundi fluctuantes procellas unde se humana fragilitas contineret, si nostris actibus mentis firmitas non adesset?* Idem.

1 *Circ-*

hoc vitæ salo [1] circumflantibus agitemur procellis, quibus hoc maxime propositum est, pessimis displicere. Quorum quidem tametsi numerosus exercitus, spernendus tamen est; quoniam nullo duce regitur, sed errore tantùm temere, ac passim lymphante raptatur. Qui si quando contra nos aciem struens valentior incubuerit, nostra quidem dux copias suas in arcem contrahit; illi verò circa diripiendas inutileis sarcinulas occupantur. At nos desuper irridemus, viliissima rerum quæque rapienteis, securi totius furiosi tumultus, eoque vallo muniti, quo grassanti stultitiæ adspirare fas non sit.

METRUM IV.

[2] *Quisquis composito serenus ævo,*
Fatum sub pedibus dedit superbum,
Fortunamque tuens utramque rectus,
Invictum potuit tenere vultum;
Non illum rabies [3] *minæque Ponti*
Versum funditus excitantis æstum,
Nec ruptis quoties vagus caminis
[4] *Torquet fumificos* [5] *Vesevus igneis,*

Aut

1 *Circumflantibus.*] Crescius & Pulmannus ex vetustiss. libris hanc vocem eruerunt, cum in aliis editionibus legeretur *circumstantibus*. Eandem correctionem sibi ascribit Fr. Juretus in Miscellan. ad Symmach lib. 7. Epist. 114. *Idem.*

2 *Quisquis composito serenus ævo.*] Senec. in Herc. Oet. ℣. 107. & seqq.

Quisquis sub pedibus fata rapacia
Et puppem posuit luminis ultimi.
Non captiva dabit brachia vinculis
Nec pompæ veniet nobile ferculum.

Et ℣. 1834.

Non est gemendus, nec gravi urgendus nece,
Virtute quisquis abstulit fatis iter.

In Thyest. ℣. 365.

Qui tuto positus loco
Infra se videt omnia,
Occurritque suo libens
Fato, nec queritur mori.

Idem.

3 *Minæque Ponti.*] Senec. in Herc. Oet. ℣. 49.

—— *tulimus Oceani minas.*

Idem.

4 *Torquet ignes.*] Val. Flaccus lib. 4.

Sic ubi prorupti tonuit cum forte Veseui
Hesperiæ letalis apex; vix dum igneâ montem
Torsit hiems, jamque Æoas cinis induit urbes. Idem.

5 *Vesevus.*] Mons Campaniæ, ab æstu & igne nobilissimus. Apulejus de Mundo: *Quibusdam subter occulti sunt spiritus, & flantes incendia indidem suspirant: ut Lipara, ut Ætna, ut Vesuvius etiam noster solet.* Minutius Felix: *Sicut ignei Ætnæ*

[1] Aut celsas soliti ferire turreis
Ardentis [2] via fulminis movebit.
Quid tantum miseri feros tyrannos
Mirantur sine viribus furenteis?
[3] Nec speres aliquid, nec extimescas,
Exarmaveris impotentis iram:

At

næ & Visuvii & ardentium ubique terrarum flagrant, nec erogantur: ita pœnale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur. Eleganter Silius lib. 12.

Monstrantur Veseva juga, atque in vertice summo
Depasti flammis scopuli, fractusque ruina
Mons circum, atque Ætnæ fatis certantia saxa. Sitzm.

1 *Aut celsas soliti ferire turres.*] Horat. 3. Carm. Od. 3.

Justum & tenacem propositi virum
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida, neque Auster
Dux inquieti turbidus Hadriæ,
Nec fulminantis magna Jovis manus,
Si fractus illabatur orbis
Impavidum ferient ruinæ.

Senec. in Thyest. ℣. 355.

Quem non concutiet cadens
Obliqui via fulminis,
Non Eurus rapiens mare,
Aut sævo rapidus freto
Ventosi tumor Hadriæ.

Idem.

2 *Via fulminis movebit.*] Senec. in Agam. ℣. 593.

Nullus hunc terror, nec impotens
Procella fortunæ movet,
Aut iniqui flamma Tonantis.

Secus de sceleratis, qui ob commissa trepidant. Juvenalis Satyra 13.

Hi sunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,
Cum tonat, exanimes primo quoque murmure cæli,
Non quasi fortuitus, nec ventorum rabie, sed
Iratus cadat in terras, & judicet ignis.
Illa nihil nocuit, cura graviore timetur
Proxima tempestas, velut hoc dilata serono.

In quorum numero habendus C. Cæsar Caligula, de quo Suetonius lib. 4. *Nam qui Deos tantopere contemneret, ad minima tonitrua & fulgura connivere, caput obvolvere; ad vero majora proripere se è strato, sub lectumque condere solebat.* Idem.

3 *Nec speres aliquid, nec extimescas.*] Expressit elegantissimè primum illud sapientiæ & beatitudinis Stoicæ decretum, quod Epictetus enchirid. sic profert, Ὅστις ἐλεύθερος εἶναι βούλεται, μήτε θελέτω τι, μήτε φυγέτω τῶν ἐπ' ἄλλοις. εἰ δὲ μή, δουλεύειν ἀνάγκη. *Quisquis liber esse volet, neque cupiat quicquam, neque aversetur, eorum quæ penes alios sunt. Sin minus, servire necesse erit.* Sen. de beata vita cap. v. *Potest beatus dici, qui nec cupit nec timet, beneficio rationis.* & divinè epist. LXXX. *Nunquam major est animus, quam ubi aliena disposuit, & fecit sibi pacem nihil timendo; divitias, nihil concupiscendo.* Philosophiæ finem esse volunt Val. Maximus l. III. cap. III. & Simplicius procœmio in enchirid. Epicteti. Sed Plato, cujus sententiam sibi usurparunt illi, longè divinius in Philebo jamdudum censuerat, Μηδὲν δεῖν μήτε μέγα, μήτε σμικρὸν χαίρειν τῷ τὸ βούλεσθαι καὶ φρονεῖν βίον ἑλομένῳ. ΠΡΩ. Καὶ μάλα ὀρθῶς ἐρρήθη. ΣΩ. Οὐκοῦν ἔστιν ἂν σὲ αἰνέσῃ μάλιστα ὑπάρχοι καὶ ἴσως ἐάν τι ἄτοπον εἰ πάντων τῶν βίων ἐπὶ θεάτρου, *Nihil oportere prorsus ullave ex parte vel gaudere vel dolere eum, qui intelligendi sapiendique vitam elegit.* Protarch. *Id quidem certè dictum est.* Soc. *Nonne illa vivendi ratio eidem homini sapienti maximè fuerit consentanea? ac nihil absurdi erit fortasse, si con-*

At quisquis trepidus pavet, vel optat,
[1] Quòd non sit stabilis, suique juris,
[2] Abjecit clypeum, locoque motus
Nectit, quâ valeat trahi, catenam.

PROSA IV.

Sentisne, inquit, hæc, atque animo illabuntur tuo? [3] Esne ὄνος λύρας? Quid fles? Quid lacrymis manas? [4] Ἔξω δή, μὴ κλύθι νόῳ. Si operam medicantis exspectas, opor-

si constituamus ex omnibus vivendi generibus hoc esse divinissimum. Hinc eidem Senecæ in Hippolyto ruris cultor felix dicitur quòd,

Non ille regno servit, aut regno imminens
Vanos honores sequitur, aut fluxas opes,
Spei metusque liber.

Itemque Virgilio II. Georgic. quia

— *Metus omnes & inexorabile fatum*
Subjecit pedibus. Vall.

Nec speres aliquid nec extim.] Senec. in Troad. ℣. 424.

Miserrimum est timere, cum speres nihil.

Martial. lib. 10. Epigramm. 47.

Summum nec metuas diem, nec optes.

Ausonius ex mente Periandri:

Mortem optare malum, timere pejus.

Sitzm.

1 *Quod non sit stabilis.*] Lactant. De Ira Dei, cap. 3. *Caligantibus veritatis fulgore luminibus, qui stabilem gressum tenere non possunt, revolvuntur in planum.* Idem.

2 *Abjecit clypeum.*] Flavius Caper de Orthographia: *Clypeum* ἀσπίδα: *clupeum ornamentum dices.* Vide de eod. vocabulo Charis. lib. 1. Instit. Grammat. Fronton. de diff. vocum, Velium Longum de Orthographia, quos cum ceteris Latinæ linguæ auctoribus pulcerrimo volumine edidit amicus noster (non sine gravissimo omnium bonorum luctu nuper in ipso ætatis flore vivis exemptus) Helias Putschius. Accipitur autem hoc loco *Clypeus* pro recta ratione, quemadmodum *Regimen* apud Senec. in Agam. ℣. 139.

Proinde omisi regimen è manibus meis:
Quocunque me ira, quo dolor, quo spes feret,
Huc ire pergam ——

Idem.

3 Esne ὄνος λύρας.] Intellige, ἀκροατὴς *auditor.* Sic omnes veteres libri, non ᾠδὸς λύρᾳ. Ut & omnes veteres scripsere, Varro in satyra quæ Testamentum inscribitur apud Agellium libro III. cap. XVI. *Ii liberi, si erunt ὄνοι λύρας, exheredes sunto.* Suidas ex Menandro, Lucianus, Mart. Capella lib. VIII. atque alii quos refert Erasmus, in eo adagio. Imo & apud Varronem id nominis satyra extitit. Quidam codd. pro *Esne*, habebant, *An ὄνος*, &c. *Vall.*

Esne ὄνος ᾠδὸς λύρᾳ;] *Asinus ad lyram.* Proverbium vetus; quod nec pueri septennes ignorant. *Bern.*

4 Ἔξω δή.] Ἡ μετάφρασον ex Iliados α. Ubi Thetis Achillem filium non satis doloris sui causas aperientem alloquitur, atque,

Ἔξω δὴ μὴ κλύθι νόῳ, ἵνα εἰδομεν ἄμφω.

Dic, ne occulta animo fili, noscamus ut ambo.

Pro quo nescio quis Thomas Volfius, substituit σύμφαθί μοι, μὴ κρύπτῃς, in editione Antverp. anni M.D.XXXIII. nec solum hunc locum, sed omnes alios corrupit, Græcis versibus pro libito mutatis, vel interpolatis; ita ut ne uni quidem pepercerit, egregiè scilicet inscientiam suam, ne impudentiam dicam, professus. *Vall.*

[1] oportet vulnus detegas. Tum ego collecto in vires animo: An ne adhuc eget admonitione, nec per se satis eminet fortunæ in nos sævientis asperitas? Nihilne te ipsa loci facies movet? [2] Hæccine est bibliotheca, quam certissimam tibi sedem nostris in Laribus ipsa delegeras? in qua mecum sæpè residens, de divinarum humanarumque rerum scientia disserebas? [3] Talis habitus, talisque vultus erat cùm tecum naturæ secreta rimarer, cùm mihi [4] siderum vias radio describeres, cùm

1 *Oportet ut vulnus detegas tuum.*] Succincte eleganterque MS. Erfurt. *Oportet vulnus detegas.* Quin & in MS. Rittersh. & edit. Flor. τὸ *tuum* abest. *Sitzm.*

2 *Hæccine est bibliotheca.*] Latinos eadem notione pro loco in quo libri reponuntur, τὸ *libraria* accipere, ex Cicerone Philippica 11. Agel. lib. v. cap. 1v. aliisque vulgatum. *Bern.*

3 *Talis habitus talisque.*] Interponendæ hic interrogationes ex MS. Rittersh. *Talis habitus, talisque vultus erat, cum tecum naturæ secreta rimarer? cum mihi siderum vias radio describeres? cum mores nostros, totiusque vitæ rationem ad cælestis ordinis exemplar formares?* Sitzm.

4 *Siderum vias radio describeres.*] Virgil. 6. Æneid.

— *cælique meatus*
Describent radio, & surgentia sidera dicent. Sitzm.

Siderum vias.] Ea pulcherrima est imprimis disciplina, rerum cœlestium cognitio, & homine cum doctrinæ tum pietatis studioso digna. adeo ut Anaxagoras huic uni tota sibi vita incumbendum diceret; Is enim, ut est apud Laërtium, ἐρωτηθείς ποτε εἰς τί γεγένηται, Εἰς θεωρίαν (ἔφη) ἡλίου καὶ σελήνης καὶ οὐρανοῦ, *rogatus cujus rei causa natus esset, Inspiciendi, inquit, cœli, & solis & lunæ.* Cujus rationem reddit Plotinus ennead. VII. lib. VII. Ὡς δὴ ὁ ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ τὸ τῶν ἄστρων φέγγος ἰδών, τὸν ποιήσαντα σὺν μείζονι καὶ ζητεῖ· ἔστι γὰρ, καὶ τὸν νοητὸν κόσμον ὃς ἐθεάσατο· καὶ οὐκεῖθεν καὶ ἐθαύμασε τὰ κἀκεῖνα ποιοῦντα. *Nempe quemadmodum qui in cœlum diligentius suspicit, stellarumque splendorem impensius contuetur, protinus auctorem mundi cogitat atque perquirit: sic oportet & eum qui mundum intelligibilem intuetur, cernit, admiratur, effectorem ejus diligenter inquirere.* Hermes trism. Asclepio, *Itaque* Deus *hominem conformavit ex animi & corporis, id est, ex æterna & mortali natura, ut animal ita conformatum utrique origini suæ satisfacere posset, & mirari atque orare cœlestia & æterna, incolere atque gubernare terrena.* Et paulo post, *Hominum enim admirationibus, adorationibus, laudibus, obsequiis cœlum cœlestesque delectantur. nec immerito in hominum cœtum Musarum chorus est à summa divinitate demissus, scilicet ne terrenus mundus videretur incultior, si modulorum dulcedine carnisset; sed potius ut modulatis hominum cantilenis concelebraretur laudibus, quisolus omnia ut pater est omnium, atque ita cœlestibus laudibus nec in terris harmoniæ suavitas defuisset. Aliqui enim ipsique paucissimi, pura mente præditi, sortiti sunt cœli suspiciendi venerabiliorem curam.* Ovid. I. Fast.

Felices animæ, quibus hæc cognoscere primis,
Inque domos superas scandere, cura fuit.
Credibile est, illos pariter vitiisque locisque
Altius humanis exseruisse caput.

Quam scientiam Ægyptii seu Chaldæi

cùm mores nostros, totiusque vitæ rationem [1] ad cælestis ordinis exemplar formares? Hæccine præmia referimus tibi obsequentes? Atqui tu hanc sententiam [2] Platonis ore sanxisti, [3] Beatas fore respublicas, si eas vel

ἡμεθλιακοὶ in vetitas artes converterunt, ausi scilicet prædicere mortalibus, ut ait Manilius,

Nascendi quæ cuique dies, quæ vita fuisset,
In quas fortunæ leges quæque hora valeret. Vall.

1 *Ad cælestis ordinis exemplar.*] Platonis verba sunt ultima lib. IX. de rep. Μανθάνω· (ἔφη) σὺ ἣ νῦν διήλθομεν οἰκίζοντες πόλει λόγοις καὶ μάλα γε ἐθελοντὶ οἶμαι αὐτῷ εἶναι. Ἀλλὰ (ὦ δὴ ἐγὼ) σὺ ἐραστὴν ἴσως τοῦτο παράδειγμα ἀνάκειται τῷ βουλομένῳ ὁρᾶν, καὶ ὁρῶντι, ἑαυτὸν κατοικίζειν. *Intelligo*; inquit, *eam civitatem significas, de qua constituenda longum hunc sermonem habuimus, quæ quidem verbis solum, in terris vero nusquam (opinor) revera exstat. Atqui in cœlo, inquam, illius exstat exemplar, conspicuum ei qui & intueri ipsum voluerit, & cum intuitus fuerit seipsum ad illud instituere.* Idemque scripserat l. VI. de rep. Hinc noster carm. ultimo libri secundi,

O felix hominum genus,
Si vestros animos amor,
Quo cœlum regitur, regat! Idem.

2 *Platonis ore.*] Lib. V. de rep. Ἐὰν μὴ (ἔφη ἐγὼ) ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς τ' αὐτὸν ξυμπέσῃ δυνάμεώς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία; τὰς δὲ νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον αἱ πολλαὶ φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλείονται, κακῶν ἔστι κακῶν παῦλα, ὦ φίλε Γλαύκων, ταῖς πόλεσιν· δοκῶ δ', οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει. *Nisi Philosophi civitatibus dominentur, vel hi qui nunc reges potentesque dicuntur, legitimè sufficienterque philosophentur, in idemque civilis potentia & philosophia concurrant, neque (quod nunc fit) à diversis duo hæc tractentur ingeniis; non erit civitati, vel, ut mea fert opinio, hominum generi requies ulla malorum.* Idemque ex eo refert Alcinous cap. XXVII. Apulejus lib. de morali ejusdem philosophia. & Valer. Max. lib. VII. c. II. I. Capitolinus in M. Antonino phil. & Prudentius contra Symmachum. Sed eam sententiam multis exponit Musonius apud Stobæum serm. XLVI. solidissimisque rationibus demonstrat, & tandem statuit Τὸν βασιλέα τ' ἀγαθὸν δεῖν εἶναι καὶ φιλόσοφον ἐξ ἀνάγκης εἶναι. καὶ τὸ γε φιλόσοφον, δεῖν καὶ βασιλικὸν εἶναι, *bonum regem, statim & philosophum, esse necessario: & philosophum, animo statim præditum esse regio.* Quod & deinde declarat quoque fusius. Aut si philosophus non est optimus quisque princeps, Οὐ πόρρω τ' ἀληθοῦς τὰς παλαιὰς λόγων ἐπῆλθες, ἀλλ' ἐγγὺς ἄγων ὅ φρονῶ, καὶ δωρεᾶς ἀμφαλλάπων συχνῶν, καὶ τιμῆς ἄκρου ἐλαχίστης μεμοιραδὰς, ἐδείκνυ ἑαυτὸν καὶ φιλοσοφίαν ἐρασσοδάμονα ὡς μέγα τι ἀγῆμα οἰκεῖον καὶ πολίτης πρωμάμον, καὶ σοφιστὴν ἐσκωμιάζοντας καὶ μιβρήμονα, καὶ τὰς νομοθετεῖς ἄνδρας θεοὶ πολίτας μάλα πρέμνον, *eruditos non procul à purpura, sed prope solium suum collocatos & muneribus frequentibus fovit, & honores eis non minimos habendo, cœlestem philosophiam divinarumque rerum doctores, disertos & juris peritos, magnam rem & summi pretii se æstimare declaravit,* inquit Nicetas in Andronico. *Idem.*

3 *Beatas fore Respub. si eas vel studiosa sapientiæ regerent, vel earum rectores studere sapientiæ contigisset.*] Platonis sententia in Alcibiad. I. quam verbis diversis ab istis Valerius expressit lib. VII. cap. II. *Iam Platonis verbis adstricta,* inquit,

vel ſtudioſi ſapientiæ regerent, vel earum rectores ſtudere ſapientiæ contigiſſet. Tu [1] ejuſdem viri ore, hanc ſapientibus capeſſendæ reipublicæ neceſſariam cauſſam eſſe monuiſti, ne improbis flagitioſiſque civibus urbium relicta gubernacula, [2] peſtem bonis ac perniciem inferrent. [3] Hanc igitur auctoritatem ſecutus, quod à te inter ſecreta otia didiceram, transferre in actum publicæ adminiſtrationis optavi. [4] Tu mihi, & qui te ſapientium mentibus inſeruit Deus, conſcii, nullum me [5] ad magiſtratum, niſi commune bonorum omnium ſtudium, detuliſſe. Inde cum improbis graves, inexorabileſque diſcordiæ, [6] & quod conſcientiæ libertas habet, pro tuendo jure [7] ſpreta potentiorum ſemper offenſio. [8] Quoties ego [9] Conigaſtum in imbecillis cujuſque fortunas impetum facientem obvius excepi! Quoties Triguillam [1] regiæ præpoſitum domus, ab incepta, perpetrataque jam prorſus injuria dejeci! Quoties miſeros, quos infinitis calumniis impunita Barbarorum ſemper avaritia vexabat, objecta periculis auctoritate protexi! Numquam me ab jure ad injuriam quiſquam detraxit. [2] Provincialium fortunas, [3] tum privatis rapinis, tum publicis vectigalibus peſſumdari, [4] non aliter, quam qui patiebantur, indolui. [5] Cùm, acerbæ famis tempore, gravis atque inexplicabilis indicta [6] coëmtio profligatura inopia Cam-

quit, *ſed ſenſu prævalens ſententia: qui tum demum beatum terrarum orbem futurum prædicavit, cùm aut ſapientes regnare, aut reges ſapere cœpiſſent.* Et cum Valerio Prudentius contra Symmachum:

Nimirum pulchrè quidam doctiſſimus: Eſſet
Publica res, inquit, tunc fortunata ſatis, ſi
Vel reges ſaperent, vel regnarent ſapientes.

At noſtro Boëtio conſentiens Julius Capitolinus in M. Antonino Philoſopho, *Sententia Platonis ſemper in ore illius fuit*, inquit, *florere civitates, ſi aut Philoſophi imperarent, aut imperatores philoſopharentur.* Bern.

1 *Ejuſdem viri ore.*] Dialogo VI. de rep. *Vall.*

2 *Peſtem bonis ac perniciem inferrent.*] Veteres: *perniciem ferrent.* quod rectum puto. *Bern.*

3 *Hanc auctoritatem ſequutus.*] Quod Philoſophia ab adminiſtranda Repub. non ſit aliena, & quod ex Philoſophis quidam Rempub. gubernarint, teſtatur Ælianus Variar. Hiſt. lib. 3. cap. 17. Nec immerito Plutarchus illud Epicuri Λάθε βιώσας refutavit. *Sitzm.*

4 *Tu mihi, & qui te ſapientium mentibus inſeruit Deus, eſtis conſcii.*] In MSS. & edit. Florent. abeſt vocula *eſtis*. Idem.

5 *Ad magiſtratum.*] Monuimus ſupra ſcribendum hic eſſe *Magiſteriatum*. verique ſimile eſt ea, quæ Boëtius præclarè à ſe facta mox recenſet, in ea dignitate conſtitutum feciſſe. Neque enim tanquam ſenator iſta Romæ, ſed Ravennæ in aula principis egit. quod nemo eſt qui non ſtatim videat ac judicet. *Vall.*

6 *Et quod conſcientiæ libertas habet.*] MS. Erfurt. *& quod ſcientiæ libertas habet.* Sitzm.

7 *Spreta potentum ſemper offenſio.*] MS. Rittersh. *ſpreta patentiorum ſ. o.* Idem.

8 *Quoties ego* &c.] In MSS. Erfurt. hæc ita leguntur: *Quoties ego, obvius ei, Conigaſtum in imbecillis cujuſque fortunas impetum facientem excepi!* Idem.

9 *Conigaſtum.*] Seu *Cunigaſtum*, ut habet Caſſiodorus. cùm Gothum illum Athalaricus rex illuſtrem appellet, ad eum apud Caſſiodorum lib. VIII. epiſt. XXVIII. ſcribens, apud Theodoricum potentem fuiſſe apparet. *Vall.*

Conigaſtum.] Fuit dubio procul unus exactorum, de quibus vide Caſſiodorum libro ſecundo Variar. Epiſtol. 24. Apud eundem libro octavo legitur Epiſtola ad Cunigaſtum. *Sitzm.*

1 *Regiæ præpoſitum domus.*] Vide Cujacium ad legem ſecundam Codic. De Excuſationibus munerum, libro decimo. *Idem.*

2 *Provincialium fortunas.*] Salvian. l. 4. de Gubern. Dei: *Illud latrocinium ac ſcelus quis digne eloqui poſſit, quod cum Reſp. vel jam mortua, vel certe extremum ſpiritum agens in ea parte, qua adhuc vivere videtur, tributorum vinculis, quaſi prædonum manibus ſtrangulata moriatur: inveniuntur tamen plurimi divitum, quorum tributa pauperes ferunt. hoc eſt, inveniuntur plurimi divitum, quorum tributa pauperes necant.* Idem.

3 *Tum privatis rapinis, tum publicis vectigalibus.*] Apud Caſſiodorum Var. 5. Epiſt. 39. Theodericus Rex ægerrime fert compulſorum arbitrio provincialium ſubjacere fortunas; inde ſubjungit: *Genus evidentis eſt prædæ, pro illius voluntate dare, qui ad ſuum commodum amplius feſtinat exigere.* Salvianus quoque lib. 5. De Gub. Dei, vulturios iſtos, qui ad rapacitatem convertunt animum, vario & exquiſitiſſimo calumniarum & auctionum & vectigalium genere, his verbis reprehendit: *Illud gravius eſt, quod plurimi proſcribuntur à paucis, quibus exactio publica peculiaris eſt præda, qui fiſcalis debiti titulos faciunt quæſtus eſſe privatos: & hoc non ſummi tantum, ſed pæne infimi: non judices ſolum, ſed etiam judicibus obſequentes. Quæ enim ſunt non modo urbes, ſed etiam mancipia atque vici, ubi non quot Curiales fuerint, tot tyranni ſunt.* Idem.

4 *Non aliter, quam qui patiebantur, indolui.*] Congrua verba invenies in libro Job, cap. 29. *Idem.*

5 *Cum acerbæ famis tempore.*] Hæc ut melius intelligas, vide paſſim Caſſiodorum Variar. 12. *Certe ad tantam penuriam provincialium tum pervenerunt fortunæ, ut vitæ pericula ſuſtinere non potuiſſent, niſi eis pietas regalis ſolita humanitate proſpexiſſet*, ut loquitur idem d. lib. Epiſt. 26. *Idem.*

6 *Coëmptio.*] Ipſa coëmptio σιωνὴ, publicè verò ſpecies annonarias vel urbi vel exercitui neceſſarias etiam ab invitis provincialibus exigendi conſuetudo, σιωνάνιον vocabatur. Quamquam & onus illud, quod Juſtinianus Bithyniæ, Phrygiæ & Thraciæ incolis frumentum Byzantium perferendi conditione duriſſima impoſuit, notat Suidas ab illis σιωνῶλαι eſſe appellatum. *Vall.*

Coëmptio.] Publica comparatio ſpecierum Græce σιωνάνιον appellatur, ἐκ τοῦ σιὼ καὶ ὠνεῖσθαι. Latine *Coëmptio.* Quemadmodum autem hujuſmodi coemptio accipienda ſit, non æque conſtat inter omnes. Alii ſic eam accipiunt, ut provinciales à fiſco ſpecies annonarias emere cogantur. Alii, ut eas fiſco vendere forenſibus preciis compellantur. Quorum ſententia verior. Coëmebat enim

[1] Campaniam provinciam videretur, certamen adversum [2] præfectum prætorii, communis commodi ratione suscepi, rege cognoscente contendi, & ne coëmtio exigeretur, evici. [3] Paulinum consularem virum, cujus

enim undique fiscus à provincialibus etiam invitis species annonarias, usui publico vel exercitui necessarias. Necessarias dico. Non enim nisi urgente aliqua necessitate σιωώνην indicebatur, veluti militum aut urbis sublevandæ caussa; ac tum cogebantur omnes (exceptа Thraciæ diœcesi, ubi tributa fiscalia in solidum non inferebantur, cum barbarorum incursibus coloni atterrerentur) species fisco vendere, neque ulli penitus possidentium sese sub cujuscunque privilegii occasione excusandi tribuebatur facultas. Non autem fiebat coëmptio sine auctoritate principis, nisi si qua municipia annonæ caritate laborarent. Cura porro emendarum specierum ad eum proprie pertinebat, cui princeps eam demandarat. Hæc de Synoneto collegimus ex Jurisconsultorum Phœnice Jac. Cujacio, quem vide Observat. 1. c. 35. & Commentar. ad Cod. l. 10. t. 27. Operæ precium autem mihi facere sum visus, si adjicerem locum Cassiodori ex libro 2. Var. Epist. 38. ubi Theodericus Rex negotiatoribus quibusdam, depopulatione vastatis, inducias concedens, ita ad Faustum præpositum scribit: *Quia egentium levamina nostras potius divitias æstimamus, illustris magnificentia tua per hoc juge biennium nuncupatos nulla faciat coëmptione vexari.* Sitzm.

1 *Campaniam.*] L. Florus de Gestis Romanor. lib. 1. cap. 16. *Omnium non modo Italiæ, sed toto orbe terrarum pulcerrima Campaniæ plaga est. Nil mollius cælo: denique bis floribus vernat. Nihil uberius solo: ideo Liberi Cererisque certamen dicitur.* Solinus Polyhist. cap. 8. *Amœnissimus Campaniæ tractus.* Utcunque tamen sit amœna Campania, sæpenumero Vesuvii, Ætnei ignis imitatoris, hostilitate sive incendio vastatur, unde Cassiodor. 4. Var. Epist. 50. *Laborat hoc uno malo provincia, quæ ne perfecta beatitudine frueretur, hujus timoris frequenter acerbitate concutitur.* Vide & C. Plin. Cæcil. Secundum, lib. 6. Epist. 16. & 20. *Idem.*

2 *Præfectum Prætorii.*] De dignitate Præfecturæ Prætorianæ Cassiodorus 8. Variar. Epist. 20. *Redeat ad nomen antiquum Præfectura illa Prætorii, toto orbe laudabilis. Cujus si principium quæramus, per Josephum à beneficiis inchoavit: nec immerito à legibus nostris pater provinciarum, pater etiam prædicatur imperii: quia sic juste, sic provide agi voluerunt, ut non districtum judicis nomen, sed vocabulum illi pietatis imponerent.* Idem.

3 *Paulinum.*] Non Decium Theodorum Paulinum juniorem illum, qui Indict. XII. hoc est anno DXXXIV. ultimus Consulum Occidentis collega Justiniano imp. fuit, Venantii patricii filius, jam mortuo Boëtio: cujus consulatus ab Athalarico dati exstat formula apud Cassiodorum l. IX. epist. XXII. Sed Decium Paulinum anno CDXCVIII. Consulem, quem etiam Patricium vocat Theodericus in rescripto ad Argolicum urb. præf. XXIX. lib. III. apud Cassiodorum: quo idem illi rex collapsa in urbe horrea donat. Inter quem, & Symmachum ac Festum etiam patricios & senatus principes, ut componatur orta ingens contentio, constituit controversiæ judices Theodericus viros alios illustres epist. XXIII. lib. I. Variar. Ex Deciorum familia fuit, quemadmodum Importuni & Venantii. *Vall.*

Paullinum consularem virum.] Existimo eumdem esse, qui cum Joanne Scytha consul fuit anno Christi CCCC. & XCVIII. Anastasii Papæ a. II. Anastasii Imperatoris VIII. Theodosii VI. Adi Cassiod. l. IX. Var. epist. XXII. Baronium Ann. VII. Onufrium, & alios. *Bern. Paulis-*

jus [1] opes [2] Palatini canes jam spe atque ambitione devorassent, ab ipsis hiantium faucibus traxi. [3] Ne Albinum consularem virum præjudicatæ accusationis pœna corriperet, [4] odiis me [5] Cypriani delatoris opposui. Sa-

Paulinum.] De hoc vide Cassiodor. Variar. lib. 1. Epist. 23. lib. 2. Epist. 3. lib. 3. Epist. 29. *Sitzm.*

1 *Opes devorassent.*] Hæc illustrabis ex Salviani lib. 5. de Gub. Dei. ubi agit de Bagaudis, inter alia asserendo, *fuisse quosdam qui in similitudinem immanium bestiarum non rexerint traditos sibi, sed devorarint.* Idem.

2 *Palatini canes.*] Aristippum, *quem* (teste Horatio) *omnis decuit color*, Diogenes βασιλικὸν κυνα appellavit. Vid. Diog. Laërt. lib. 2. Prudentius quoque περὶ στεφ. Hymn. 5. ministros pœnæ sive carnifices *canes* nuncupat. *Idem.*

3 *Ne Albinum.*] Decium illum Albinum juniorem fortasse innuit, qui anno CDXCIII. consul fuit. ex eadem, ut videtur Deciorum familia. Ad quem scribit Theodericus apud Cassiod. epist. XXX. lib. IV. & Ennodius ep. XXI. lib. II. Cui collega additur in consulatu Eusebius à Marcellino. *Vall.*

Ne Albinum consularem virum.] Intelligit Albinum juniorem, qui anno Christi CCCC. & XCIII. Gelasii Papæ II. Anastasii Imp. III. Theodorici regis I. solus consul fuit, ut Cassiodorus in fastis refert. at apud Marcellinum collega Eusebius additur. Consule & Cassiodorum Var. IV. epist. XXX. *Bern.*

Ne Albinum.] Ad Albinum extant apud Cassiodorum lib. 1. Var. Epist. 20. & lib. 4. Epist. 30. *Sitzm.*

4 *Odiis me Cypriani delatoris opposui.*] Quis ille? idem ne de quo Athalaricus Rex apud Cassiodorum l. VIII. Variar. epistola XXI. *Senescis quidem corpore, sed laude juvenescis.* & post multa: *Quamobrem multis laboribus multaque fide & constantia comprobato, Patriciatus tibi, Deo auspice, conferimus dignitatem, honorem quidem celsum, sed qui tuis meritis probetur esse æqualis.* Sanè vix credo: utique cùm apud Procopium legerim de bello Gothorum lib. 1. *Theodorico igitur suo fato perfuncto, Athalaricus hujus ex filia nepos suscepit imperium, annos octenos natus, sub matre Amalasuntha adhuc educatus. nam hujus pater ex humanis excesserat, nec longo pòst tempore quàm Justinianus iniisset imperium. Amalasuntha itaque, filii procuratione suscepta, regnum administrabat. prudentia & æquitate mirificè pollens, virilem præ se ferebat naturam. quippe quamdiu hæc imperio præfuit, Romanorum neminem vel corporis affecit pœna, vel rerum jactura. quinetiam nec Gothos ipsos, etsi lacessendi Romanos percupidos, his quoquo pacto injuriam permittebat inferre. quin potiùs Symmachi ac Boëtii liberis paterna bona restituit, dudum* (ait Aretinus lib. 1. de bello Ital. contr. Got.) *à Theodorico publicata, asserens eos falsis delationibus & temerè à rege creditis fuisse damnatos.* Bern.

5 *Cypriani.*] Cyprianus & Opilio fratres fuere. Non ille Opilio qui a. DXXIV. consulatum cum Justino imp. gessit. quem virum sublimem & magnificum Ennodius ep. III. l. V. quem & Onuphr. Panvinius, perperam puto, Aëtii magni illius ducis filium vocat; fortasse melius, ex Gaudentio Aëtii filio, cujus meminit in Chronico Idatius, nepotem dixisset: Aëtius enim occisus est a. CDLIV. Opilio verò iste anno DXXXIV. cum Liberio patricio Theodahadi de pace ad Justinianum legatus Constantinopolim missus est, ut scribit Procopius lib. 1. hist. Gothicæ, cùm supra annum octogesimum constitutus, minus legationi isti aptus fuisse censeatur. Non is inquam; sed, ut doctissimi Sirmondi ad epist. III. lib. V. Ennodii verbis utar, *diversus ab hoc consulari hic eadem ætate Opilio Boëtii delator, quem perstringit l. I. de Consolatione. Is nimirum quem Athala-*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОДУНІ ІМЕНІ МЕЧНИКОВА

[1] Satisne in me magnas videor exacervasse discordias? sed esse apud ceteros tutior debui, qui mihi amore justitiæ [2] nihil apud aulicos, quo magis essem tutior, reservavi. [3] Quibus autem deferentibus perculsi sumus? [4] quorum Basilius, olim regio ministerio depulsus, in delationem nostri nominis, alieni æris necessitate compulsus est. [5] Opilionem verò, atque Gaudentium, [6] cùm ob innumeras multipliceſque fraudes ire in exsilium

laricus postea, ut est apud Cassiodorum lib. VIII. *epist.* XVI. *Comitem sacrarum largitionum fecit indict.* VI. *hoc est a.* DXXVIII. *triennio postquam à Theodorico ead. Comitiva ornatus fuerat Cyprianus ejus frater, delator & ipse, ut scribit Boëtius, Albini consularis. Quin & horum quoque fratrum pater Opilio alius, qui Comes item sacrarum largitionum fuerat sub Odoacre lib. var.* V. *epist.* XL. Vall.

Cypriani.) Fallor an? fuit ille ipse, cui Referendarii officium laboriosis primum conditionibus obeunti, propter eloquentiam aliarumque rerum peritiam Theodericus Rex contulit dignitatem Sacrarum Largitionum: Athalaricus vero, hujus successor, dignitatem Patriciatus? Vide Cassiodorum libro quinto Variar. Epist. 40. & 141. libro octavo Epist. 21. *Sitzm.*

1 *Satisne magnas in me videor exacerbasse discordias.*] MS. Rittersh. *exacuisse discordias.* Idem.

2 *Nihil apud aulicos, quo magis essem tutior, servavi.*] MSS. *reservavi.* Edit. Norimb. *observavi.* Idem.

3 *Quibus autem deferentibus perculsi.*] Ita rectissimè veteres: excusi perversè, *percussi.* Tacitus Ann. XIV. *Perculso Seneca, promptum fuit Rufum Fenium imminuere.* Bern.

Quibus autem deferentibus percussi sumus.] MSS. & editiones Florentina & Norimbergensis *perculsi sumus.* Sitzm.

4 *Quorum Basilius olim regio ministerio depulsus.*] Propter magiæ crimen. Theodoricus rex apud Cass. Var. IV. ep. XXII. ad Argol. Præf. Urb. *Magnitudinis itaque tuæ relatione comperimus, Basilium atque Prætextatum artis sinistræ jamdiu contagione pollutos.* apertius epist. XXIII. *Basilium & Prætextatum magicis artibus involutos.* Hoc ita pronuntio, ut legis Valeriæ beneficium non tollam. *Bern.*

Basilius.] Mentionem Basilii facit Cassiodor. Var. 2. Epist. 11. lib. 4. Epist. 22. 23. & 40. an vero idem ille fuerit, de quo noster loquitur, valde dubito. Quin & Cassiodorus de duobus hoc vocabulo nuncupatis, loqui videtur. *Sitzm.*

Quorum Basilius.] Edit. Norimb. *Quorum unus Basilius olim à Regis depulsus ministerio.* Idem.

5 *Opilionem vero atque Gaudentium.*] Et hic hæsito. Apud Cassiodorum duos reperio Opiliones, patrem & filium. De illo Variarum libro quinto Epistol. 42. De hoc libro octavo Epist. 16. & 17. certum est utrinque eos commendari. Quis Gaudentius fuerit, qualeve officium, aut qualem vicem in aula Theodorici sustinuerit, non habeo compertum. *Idem.*

Opilionem verò atque Gaudentium.] Romani fuere non Gothi, optimi viri nequissimi accusatores. Joh. Magnus Gothus, Archiepiscopus Upsalensis in Historia Gothor. lib. IX. cap. XXXII. de Theodorico: *Fuisset nimirum longè felicior ejus exitus, si suorum Gothorum consilia ita in extremo anno attendisset, quemadmodum semper anteà audiverat; & illorum seditiosorum Romanorum, Gaudentii & Opilionis, delationes suspectas & perniciosas à se longiùs removisset.* Bern.

6 *Cum ob injurias atque multiplices fraudes.*] MSS. & editio Norimberg. *cum ob innumeras multipliceſque fraudes.* Sitzmannus.

lium regia censura decrevisset, cumque illi parere nolentes [1] sacrarum sese ædium defensione tuerentur, [2] compertumque id regi foret, edixit, [3] ut ni intra præscriptum diem [4] Ravenna urbe decederent, [5] notas insigni-

1 *Sacrarum sese ædium defensione tuerentur.*] De perfugio illo ad templa, statuas, aras vide J. Lipsium in Commentar. ad librum tertium Annal. Taciti, Joh. Mariam Catanæum ad C. Plin. Secundi Epist. 78. libri decimi. Meminit etiam rescriptum Imp. D. Antonini, cujus verba sunt inserta t. 8. Inst. l. 1. *Idem.*

2 *Compertumque id regi foret.*] Theoderico regi Italiæ. Is Theodemeris Ostrogothorum regis ex concubina Erelieva filius, puer Constantinopoli in aula Zenonis imp. obses educatus, anno CDXXCIV. Consul ordinarius, statua equestri ibidem donatus fuit. Deinde Zenone non repugnante Italiam ab Erulis vindicaturus petiit, eorumque regem Odoacrem vicit & mox interfecit. Rex Italiæ anno CDXIC. factus, Clodovæi Francorum regis sororem Audefledam uxorem duxit. Ipse duas ex concubina filias, unam, Alarico Visigothorum, alteram Sigismundo Burgundionum regibus nuptiis copulavit. quemadmodum & filiam suam Amalasuentam Eutharico ex Amalorum eadem stirpe nato. & mox Amalafredam germanam suam, matrem Theodahadi, Trasamundo in Africa Vandalorum regi; filiamque ejus neptem suam Amalabergam Thuringiorum in Germania regi Hermenfredo collocat. Ita rex prudentissimus vicinos omnes reges sibi affinitate propinquos facit. Occiso Alarico, Amalaricum ejus filium in regni, ab Clodovæo occupati, partem restituit; dum, comparato ingenti exercitu, per Hibbam ducem obsessis apud Arelaten & Carcassonam Visigothis subvenit, non triginta millibus Francorum in prælio cæsis, ut falso scripsit Jornandes, sed multis utrinque desideratis, dum ex obsidiones tandem solvuntur. Omnia denique prosperè illi feliciterque cesserant, sed imperante præsertim Anastasio, quem, utpote Arianum, oderat universa Italia. Sed ubi Catholicus Justinus Orienti affulsit, tum desiderari colique ab Italis cœpit: Theodericus verò Arianus quoque timeri, amari non item. Inde per suspicionem conjurationum tot patratæ ab illo cædes, quarum pœnitentiam mors tandem ejus anno DXXVI. secuta est. *Vall.*

3 *Ut nisi infra præscriptum diem.*] MS. Rittersh. *ut nisi intra p. d.* Proclivis prolapsio fuit à *t.* ad *f.* eadem opera corrigendus ex MS. nostro Cassiodorus libro primo Variar. Epist. 2. *Si te salutis propriæ tangit affectus, intra illum diem imminente tibi harum portitore, cum blatta, quam nostro cubiculo dare annis singulis consuesti, venire festina.* Sitzm.

4 *Ravenna urbe.*] In qua regni sui sedem post Odoacrum Theodericus constituerat; quamque successores quoque ejus reges Gothi inhabitarunt. *Vall.*

Ravenna urbe decederent.] Sede imperii Gothici. Aretin. lib. 1. de bello Italico: *Ceterùm civitates per seipsas, ac per cives suos gubernari permisit. Ipse verò* (Theodoricus videlicet) *sedem regni Ravennæ constituit, ibique inhabitavit.* Bern.

Ravenna urbe decederent.] MS. Rittersh. *Ravenna urbe discenderent.* forte legendum *discederent.* Sitzm.

5 *Notas insigniti frontibus.*] Notas illas Threicias vocat Cicero lib. II. Officiorum, ex more Thracibus solito. Genus illud supplicii antiquum, servorum primùm, hinc Juvenalis Sat. XIV.

Tum felix, quoties aliquis tortore vocato
Uritur ardenti propter duo linteа ferro.

Ejus post Plautum meminit Cicero loco citato, Martialis lib. II. epigr. XXIX. Deinde & quorumlibet reorum infamium viliumque, ut hic & apud Guill. Neu-

signiti frontibus pellerentur. Quid huic severitati possit adstrui videtur? Atqui [1] eodem die deferentibus eisdem, nominis nostri delatio susceptа est. Quid igitur? nostræ ne artes ita meruerunt? an illos accusatores justos fecit [2] præmissa damnatio? Itane nihil fortunam puduit, si minus accusatæ innocentiæ, at accusantium vilitatis? [3] At cujus criminis arguimur, summam quæris?

Neubrigensem hist. Angl. lib. II. c. XIII. ubi hæretici Publicani tanquam infames clave candenti notantur in fronte, eorumque præterea magister & in mento. His stigmatibus seu cauterio inustos vocat Cicero *stigmatias*. Et quia quasdam veluti litteras referebant ejusmodi notæ, *inscriptiones frontis* vocat Seneca. *Vallin.*

Notas insigniti frontibus.] Ita MS. Erfurt. & edit. Norimberg. & Florentin. MS. vero Rittersh. *notis insigniti frontibus.* Sitzm.

Notas insigniti frontibus pellerentur.] Cujacius Observationum libro septimo, cap. 13. de Fugitivorum notis & suppliciis: Solebant & ita plerique reorum frontibus notari, veluti lege Remnia calumniatores, quod tollitur l. si quis C. de Pœnis. Boëtius de Consolatione Philosoph. *Edixit ut notas insigniti frontibus pellerentur.* Seneca de Ira: *Varia vinculorum genera, varia pœnarum, lacerationes membrorum, inscriptiones frontis, & bestiarum immanium cavernæ.* Hæc ille. *Idem.*

Notas insigniti frontibus.] Ἐπωλωικὰς, pro *notis insigniti.* Papinius Theb. II.

Di benè quòd tales stirpemque animosque venitis.

accusandi casu pro auferendi, *stirpeque animoque.* Bern.

1 *Eodem die.*] Quo anno, nedum die, id acciderit, non facile quisquam conjectura assequatur. Filiis tamen consulibus, hoc est anno DXXII. factum voluit, quisquis quædam de vita ejus præfatus est in ver. cod. Consol. Philosophiæ S. Victoris, *Duo filii ejus*, inquit, *in Consulatu permanserunt sub regia potestate.* Cui consentit quod & de ea re scribit Ricobaldus. *Vall.*

2 *Præmissa damnatio.*] Significat Boëtius & quodammodo innuit non solum accusatores in se ad senatum Romam regem misisse, sed clàm dedisse quoque operam, forte & ut condemnaretur mandasse. *Idem.*

3 *At cujus criminis arguimur? summam quæris? Senatum dicimur salvum esse voluisse.*] Causam injustæ proscriptionis hic aperit: quòd videlicet innocentem Senatum majestatis crimine postulatum defenderit ac liberaverit: quod calumniosè per adversarios factum, ut suo nomine litteræ vulgarentur, quibus significabantur ejus conatus de restituenda in statum pristinum collapsa jacente Romana Republica. Hæ exilii causæ: at quæ mortis? Dicam. Ticini in carcere detentus, non præclarissimos solùm libellos De Consolatione Philosophiæ scripsit, sed adversus Arrianos quoque (quorum labe & plerique Gothorum, & ipse Theodoricus rex infectus) clarissimum Commentarium, cujus titulus: *Quomodo Trinitas sit unus Deus.* qua illustri confessione hæreticus rex magis exacerbatus, Boëtius verò noster martyrii palmam est consecutus. Auctores mihi affirmandi fidi testes. Joh. Magnus Gothus Archiep. Upsal. in Historia Gothorum & Sueonum lib. IX. cap. XXXII. de Theodorico: *Nec dissimili furore desævit in nonnullos Romani Senatus principes: in quorum numero, Boëtium & Symmachum, jampridem apud Papiam relegatos, interfici jussit. Boëtium quidem, quasi librum illum nobilissimum, quem de Trinitate adversus Arrianos conscripsit, in ejus contumeliam com-*

ris? Senatum dicimur salvum esse voluisse. Modum desideras? delatorem, ne documenta deferret, [1] quibus Senatum majestatis reum faceret, impedisse criminamur. Quid igitur ô magistra censes? infitiabimur crimen, ne tibi pudori simus? At volui, nec umquam velle desistam. Fatebimur? Sed impediendi delatoris opera cessabit. An optasse illius ordinis salutem nefas vocabo? Ille quidem suis de me decretis, uti hoc nefas esset, effecerat. [2] Sed sibi semper mentiens imprudentia, rerum merita non potest immutare; nec mihi [3] Socratico decreto fas esse arbitror, vel occuluisse veritatem, vel concessisse mendacium. [4] Verùm id quoquo mo-

composuisset. Hæc Magnus. Julius Martianus verò, qui Boëtii vitam eruditè conscripsit, illustre narrat miraculum. *Ticini incolæ*, inquiens, *semper à majoribus traditum constanter asseverant, Severinum cùm regius speculator letale vulnus intulisset, utraque manu divulsum caput sustinuisse, interrogatumque à quonam se percussum existimaret? ab impiis, respondisse: atque ita cùm in vicinum templum venisset, & flexis genibus ante altare sacra percepisset, post paulum exspirasse. Extinctus divinos honores, illos videlicet qui sanctis martyribus exhiberi solent, à nostris consecutus est, quòd pro Catholicis contra perfidiam Arrii mortem sustinuerit.* Accidère hæc anno Christi quingentesimo vigesimo sexto. Joannis Papæ anno III. Justini Imp. IX. Theod. ult. Adi Illustrissimum Baronium Annal. tom. VII. ubi inter alia, honorifico sed merito elogio Boëtium celebrans, scribit: *Qui enim literarum peritia Dionysio magno illi Areopagitæ Athenienſi jure sint absque invidia comparandus, Boëtius & illud à Deo accepit, ut & genere mortis insuper & insigni operatione miraculi eidem fuerit exæquandus; id operante Dei summi potentia, dives in omnibus qui invocant eum.* Bern.

1 *Quibus Senatum læsæ majestatis reum faceret.*] MS. Rittersh. omittit dictionem *læsæ.* non dubito quin elegantius. Sic infra eadem prosa, *majestatis crimen.* Sitzm.

2 *Sed sibi semper mentiens imprudentiæ rerum, merita non potest immutare.*] Hunc locum ita ex editione Florentina distingue: *sed sibi semper mentiens imprudentia, rerum merita non potest immutare.* Ita infra hac eadem Prosa noster: *Existimatio plurimorum non rerum merita, sed fortunæ spectat eventum.* Idem.

3 *Socratico decreto.*] Illud est & pulcherrimum apud Platonem lib. VI. de rep. Quo requirit in philosophis Socrates sancitque Τῶν ἀψεύδειαν, ἢ τὸ ἑκόντας εἶναι μηδαμῇ ἀποδέχεσθαι τὸ ψεῦδος, ἀλλὰ μισεῖν, τὸν δ' ἀληθείαν σέβειν, *ut mendacii omnis naturâ expertes sint, neque sponte mentiantur umquam, sed omnem oderint falsitatem, diligant veritatem*: Quod nihil, ut inquit paulò post, οἰκειότερον σοφίᾳ ἀληθείας, *Sapientiæ affinius, quàm Veritas*, inveniatur. Aristoteles l. II. Metaphys. Philosophiam vocat, ἐπιστήμην τῆς ἀληθείας, *veritatis scientiam.* P. Nigidius apud Agellium lib. XI. cap. XI. *Vir bonus*, inquit, *præstare debet, ne mentiatur; prudens, ne mendacium dicat.* Vall.

4 *Verum id quomodo sit.*] MS. Erfurt. *Verum id quoquo modo sit.* Sitzm.

modo sit, tuo, sapientiumque judicio, æstimandum relinquo. Cujus rei seriem, atque veritatem, ne latere posteros queat, stylo etiam, memoriæque mandavi. Nam de compositis falsò litteris, quibus libertatem arguor speraſſe Romanam, quid attinet dicere? Quarum fraus aperta patuisset, si nobis ipsorum confessione delatorum, quod in omnibus negotiis maximas vires habet, uti licuisset. Nam quæ sperari reliqua libertas potest? Atque utinam posset ulla! Respondissem Canii verbo: qui cùm à C. Cæsare Germanici filio conscius contra se factæ conjurationis fuisse diceretur: Si ego, inquit, sciissem, tu nescisses. Qua in re non ita sensus nostros mæror hebetavit, ut impios scelerata contra virtutem querar molitos: sed quæ speraverint effecisse vehementer admiror. Nam deteriora velle, nostri fuerit fortasse defectus: posse verò contra innocentiam, quæ sceleratus quisque conceperit, inspectante Deo, monstri simile est. [1] Unde haud injuria tuorum quidam familiarium quæsivit: Siquidem Deus, inquit, est, unde mala? bona verò unde, si non est? Sed fas fuerit nefarios homines, qui bonorum omnium, totiusque Senatus sanguinem petunt, nos etiam, quos propugnare bonis Senatuique viderant, perditum ire voluisse. Sed num idem de patribus quoque merebamur? Meministi, ut opinor, quoniam me dicturum quid, facturumve præsens semper ipsa dirigebas. Meministi inquam, Veronæ cùm rex avidus communis exitii, [2] majestatis crimen in Albinum delatum ad cunctum Senatus ordinem transferre moliretur, universi innocentiam Senatus, quanta mei securitate periculi defenderim. Scis me hæc & vera proferre, [3] & in nulla unquam

1 *Unde haud injuria tuorum quidam familiarium.*] Epicureum illud dogma diserte refutat Salvia. lib. 1. de Gub. Dei, aliisque. Et Arnob. lib. 1. Adver. Gentes, Lactantius passim. *Idem.*

2 *Majestatis crimen.*] Arnob. lib. 4. *Majestatis sunt apud vos rei, qui de vestris secus obmurmuraverint aliquid Regibus.* Idem.

3 *Et in nulla unquam mei laude jactasse.*]

quam mei laude jactasse. Minuit enim quodam modo se probantis conscientiæ secretum, quoties ostentando quis [1] factum, [2] recipit famæ pretium. Sed innocentiam nostram quis exceperit eventus vides. Pro veræ virtutis præmiis falsi sceleris pœnas subimus. Et cujus umquam facinoris manifesta confessio ita judices habuit in severitate concordes, ut non aliquos vel ipse humani error ingenii, vel fortunæ conditio cunctis mortalibus incerta summitteret? Si [3] inflamare sacras ædes voluisse, si sacerdotes impio jugulare gladio, si bonis omnibus necem struxisse diceremur, præsentem tamen sententia confessum, convictumve punisset. Nunc quingentis ferè passuum millibus procul moti, atque indefensi, ob studium propensius in Senatum, morti, [4] proscriptionique damnamur. ô meritos, de simili crimine neminem posse convinci! cujus [5] dignitatem reatus ipsi etiam, qui detulere, viderunt: quam, uti alicujus sceleris admistione fuscarent, ob ambitum dignitatis sacrilegio me conscientiam polluisse mentiti sunt.

se.] MS. Erfurt. *Et in nullam unquam mei laudem jactasse.* Idem.

1 *Factum recipit famæ precium.*] MS. Erfurt. *recepit.* Idem.

2 *Recipit famæ pretium.*] Nimirum præceptum est Stoicum *Ne te quæsiveris extra.* Ideoque, ait Macrobius cap. x. lib. 11. in somnium Scipionis, *Virtutis fructum sapiens in conscientia ponit, minus perfectus in gloria.* Et Plinius epist. VIII. lib. 1. *Si alienæ quoque laudes parum æquis auribus accipi solent, quam difficile est obtinere, ne molesta videatur oratio de se aut de suis differentis? Nam cum ipsi honestati, tum aliquanto magis gloriæ ejus prædicationique invidemus; atque ea demum recte facta minus detorquemus & carpimus, quæ in obscuritate & silentio reponuntur.* Vallinus.

3 *Inflammare sacras ædes.*] Petron. Arbiter:

——— *non sanguine tristi*
Perfusus venio; non templis impius hostis
Admovi dextram.

Hoc ipsum facinus exprobrat Persis Alexan. Magnus apud Q. Curt. lib. 3. *Cum adierat Græcos, admonebat, ab iis gentibus illata Græciæ bella Darii prius, deinde Xerxis insolentia, aquam ipsam terramque postulantium, ut neque fontium hausium, nec solitos cibos relinquerent. Dein Deûm templa ruinis & ignibus esse deleta. Urbes eorum expugnatas, fœdera humani divinique juris violata referebat.* Sitzm.

4 *Proscriptioni damnamur.*] Magis ergo oratorie quam vere Ennodius in Panegyrico Regi Theoderico dicto ait: *Nusquam in aula tua ambitio; & opum ubique confusio est. Nemo indonatus abscedit; & nullus incommoda proscriptionis ingemiscit.* Idem.

5 *Dignitatem fuscarent.*] Familiaris loquutio Symmacho aliisque. Vide Juret. ad Epist. 53. lib. 9. *Idem.*

sunt. Atqui & tu insita nobis, omnem rerum mortalium cupidinem de nostri animi sede pellebas, & sub tuis oculis sacrilegio locum esse fas non erat. Instillabas enim auribus, cogitationibusque quotidie meis Pythagoricum illud, [1] Ἕπου θεῷ. Nec conveniebat vilissimo

1 Ἕπου θεῷ.] Jamblichus enim [vitæ Pythagoræ l. II. symb. VII.] eorum, quæ ad Sapientiam conferunt, primum Pythagoræ Symbolum ejusmodi fuisse refert,

Γλῶσσης πρὸ τῶν ἄλλων κράτει θεοῖς ἑπόμενον.

Linguam ante omnia contineto Deos sequens.

Quod ita exponit, Πρῶτον γάρ ἐστι Σοφίας ἔργον, τὸν τῶν λόγων ἐπιστρέφειν εἰς ἑαυτόν, καὶ ἐθίζειν μὴ ἔξω προϊέναι πλεισθάς τε καθ' ἑαυτόν, καὶ οὐ τῇ πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστροφῇ. καὶ μὴ τοῦτο οὖν τῷ τοῖς θεοῖς ἕπεσθαι. ἐδὲν γὰρ ἄλλο ἔστω τελειοῖ τὸ νῷ, ἢ ὅταν ἐπιστρεφόμενον εἰς ἑαυτὸν τοῖς θεοῖς συνακολουθῇ, *Primum enim Sapientiæ opus est sermonem [seu animi discursum] in seipsum convertere, & ita assuefacere ut foras non progrediatur perfectusque reddatur in seipso, & in conversione ac consideratione ad seipsum. Itaque in eo consistit, ut Deos sequaris. Nihil enim aliud mentem sic perficit, quam si in se conversus Deos quoque sequitur.* Idemque habet Hierocles commentarii in carm. aurea Pythagoræorum capitulo II. eademque ratione explicat. Sed & latius de ea re disserit idem Jamblichus ejusd. vitæ lib. I. c. XIIX. & XXIIX. gratiamque habiturus est indici quisquis legerit. Et Hippodamus Thurius Pythagoræus apud Stobæum serm. CI. Qui omnes Pythagoricum effatum esse cum Boëtio existimaverunt. Alii vero ut Cicero, Plutarchus, Clem. Alexandr. Str. II. & D. Ambrosius unum è veteribus VII. sapientum præceptis agnoscunt. Quicquid sit, illud ab antiquis acceptum Plato egregiè celebravit. Siquidem in libris de rep. omne hominis bonum in primi summique boni scientia positum, hocque in omnibus sequendum cæterisque relictis huic uni adhærendum præscribit. docetque Alcinous εἰσαγωγῆς c. XX. ex verbis ejus in Phædro & IV. de rep. hominis bonum & finem esse hoc ipsum, Θεῷ ἕπεσθαι. Idemque penitus scribit Apulejus lib. de ejusd. Morali philosophia, interpretaturque ita, nimirum ut Sapiens *æmulatione vitæ ad Deorum actus accedat.* Philo quoque lib. περὶ ἀποικίας. De qua re videndus & Proclus Institutionum theologic. cap. CCIII. & sequentibus. Alium vero Stoici hujus præcepti usum peculiarem fecerunt, quo se, adversus omnia quæ humanis accidunt adversa, solarentur. Ajunt enim sequi Deum esse τῷ αὐτῷ χωρεῖν ὑποβάντα τῇ διοικούσῃ τὰ ὅλα, καθάπερ οἱ ἀγαθοὶ πολῖται τῷ νόμῳ τῆς πόλεως, *mentem suam submittere gubernanti omnia* Menti, *sicut boni cives Legi civitatis.* Cleanthes apud Epictetum

Ἄγε δή μ' ὦ Ζεῦ, καὶ σὺ ἡ πεπρωμένη,
Ὅποι ποτέ ὑμῖν εἰμι διατεταγμένος,
Ὡς ἕψομαι γ' ἄοκνος.

Hoc est,

Me Jupiter duc & fati necessitas,
Quocunque vestro destinatus numine
Sum, nam volens sequar.

Ipse Epictetus non semel, ut apud Lipsium videre est: sed & celebri illo loco Dissert. ultimæ lib. III. Προσκαθάπαξά μοι τῷ ὁρμῷ τῷ θεῷ. θέλεις με κλαίειν; κλαίω. θέλεις με πυρέσσειν; κάθημαι πυρέσσων. θέλεις ὀρέγεσθαι; κάθημαι. θέλεις με πτύειν; κάθημαι. θέλεις με πτύειν μυσάττομενον; κάθημαι βδελυττόμενος. θέλεις με πτύειν; κάθημαι. θέλεις με βάβρον; κάθημαι βάβρος. θέλεις με πτύειν; κάθημαι. θέλεις με πτύειν; κάθημαι. θέλεις με πτύειν; κάθημαι

Finem totius Philosophiæ seu Sapientiæ constituit, ut ex loco superius allato aliisque constat; ex quibus idem colligunt Alcinous eod. xx. c. Apulejus lib. de Morali ejusd. Philosophia. & Diogenes Laërtius in ejus vita. Theodoretus loco citato. Pachymeres compendii log. cap. II. Quid vero sit assimilari Deo, aut qua ratione quis eam similitudinem possit assequi, exponit post Platonem latè Plotinus Ennead. I. lib. II. initio. Ammonius Præfatione illa pulcherrima in Porphyrii v. voces. ubi rectè etiam cur Platoni sit illa ὁμοίωσις, καὶ τὸ δικαίου duntaxat, recenset. Hierocles optimè Commentario aureo in eum Pythagoreorum versum

Πρῶτα μὲν θεὸν νόμιζε. ἔπειτα σέβου.
ἀλλὰ δὲ δίδισκε
Ὅσια χρεών.

Nimirum edit. Parisien. pag. 174. & pag. 257. Egregiè Alcinous loco cit. Lactantius etiam de falsa relig. lib. I. c. IX. De vero cultu l. VI. cap. XIII. & XXIII. & de ira Dei cap. XIX. Simplicius in Epicteti Enchirid. cap. XXXII. Quibus in locis sanctissima maximeque Christiano homine digna præcepta continentur. unde germanum celebris hujus dicti sensum explanationemque petas licet. tantum enim hic fungimur vice cotis. Hinc quoque varii auctores illud imitati sunt: Plinius initio Panegyr. *Quid enim præstabilius, aut pulchrius munere Deorum, quam castus & sanctus & diis simillimus princeps?* Idem Musonius de re eadem apud Stobæum serm. XLVI. Aristoteles enim Politic. lib. III. c. IX. hominem virtute præstantem θεὸν εἶναι ἀνθρώποις, *esse* tanquam *Deum inter homines* existimat. Hinc & illa Homeri ac Virgilii de eximiis heroicæque majestatis viris,

Θεῷ τε εἶδος ὄμματα.
Os humerosque Deo similis.

Porro non solum Plato hominis finem voluit esse τὸ ὁμοιωθῆναι τῷ θεῷ, *assimilari Deo*, sed ἕπεσθαι *sequi* quoque *Deum*: de quo supra. Ut in Phædro, Ἡ μὲν ἀρίστη θεῶν ἑπομένη καὶ ἐικασμένη ὑπερῆρεν εἰς τὸ ἔξω τόπον τῆς ὑπερουρανίου κεφαλῆς. Animus *ille qui Deos optimè secutus est & ad ejus similitudinem conformatus, in supercœlestem locum auriga extulit caput.* Idemque omnino sed clarius ait lib. IV. de Legibus. Unde utrumque confundit Alcinous, cum tamen videatur Plato in his duobus locis velle primum nos *sequi Deum*; hoc est, virtutum exercitio probos, pios, justos & sapientes fieri: *assimilari* verò, mente per virtutes illustrata Deum contemplari, seu, ut Pythagoras volebat, cum eo colloqui, illique adhærere. Quo & sensu accipere videtur Lactantius Firmianus lib. de ira Dei cap. XIX. *Qui autem Deum secuti, eique parentes, corporis desideria contempserint, & virtutem præferentes, voluptatibus, innocentiam justitiamque servaverint, hos Deus ut sui similes recognoscit.* Stoicorum autem de ea re sententias hic non attingimus. nemo enim est qui blasphemas eorum voces non horreat & execretur. Quis enim illud ferat Senecæ epist. CXIII. *Tantum sapientia sua (sapienti) quantum Deo omnis ætas patet. Est aliquid quo Sapiens antecedat Deum. Ille naturæ beneficio non suo sapiens est.* Item CIX. *Sapiens ille est, qui plenus gaudio, hilaris & placidus, inconcussus, cum diis ex pari vivit.* Καὶ τῷ εὐδαιμονίαν, μὴ διαφέρειν τὸ θείας εὐδαιμονίας, μηδὲ τῷ ἀμεταμελησίαν ὁ χρύσιππος φησι. *Atque hanc*, hominis nempe, *felicitatem & securitatem nihil à divina differre, Chrysippus ait*; apud Stob. Eclog. ethic. lib. II. Pudet errorum, tædetque verborum adeo, ut mens & impetus sit probatam superius tot magnis viris similitudinem, jam omnem cum Theodoreto tollere. Plato, inquit loco citato, τὸ ὁμοιωθῆναι τῷ θεῷ καὶ τὸ δικαίῳ, τέλος ὡρίσατο τὴν ἀγαθῶν ἀξιέπαινος μὲν οὖν καὶ ἡ περὶ τὸν μισητὸν τὸ θείου δοξάζουσις. ἡ δὲ καὶ τὸ δικαίῳ περισθήκη, ἀξιαγαστότερον τὸ ὄργανον ἀπέφηνεν. ὁ γὰρ καὶ πάντα δικαίον ὁμοιωθῆναι θεῷ. πῶς γὰρ ἂν τις, ὀφθαλμὸς ὢν, ὁμοιωθείη τῷ ἀοράτῳ; καὶ βραχὺς ὢν καὶ τοπικῷ σμικρῷ περιγεγραμμένῳ, τῷ ἀπερι-
γράφῳ καὶ τῷ κλίσιν σωτέχοντι. τοιγάρτοι ὅτε τῷ φύσιν ἐκείνῳ, ὅτε τῷ δικαίῳ δυνάμιν, ὅτε μὲν τῷ σοφίαν μιμήσασθαι δικαίον. 1. *Bonorum Finem statuit, ut quantum fieri potest, Deo perquam similes evadamus. Laudabilis sane adhortatio; quæ nos ad divinorum imitationem invitat. Illa tamen verborum additio, ut id faciamus* quantum fieri potest, *admirabile id magis homini quam præstabile esse ostendit. neque enim fieri potest, ut in omnibus Deo similes evadamus. Quo enim pacto visibilis homo, invisibilem imitetur? quo modo qui brevis est, ac exiguo loco conciditur, illi queat esse persimilis, qui extra omnem terminum constitutus, ipse continet universa? Nulli est ergo natura illa, nulli potentia, nulli sapientia imitabilis.* Censuerat-que idem jam olim apud Philonem Philolaus Pythagor. κοσμοῦντας libro, Ἔστι γάρ, φησιν, ἡγεμὼν καὶ ἄρχων ἁπάντων θεὸς, εἷς ἀεὶ ὢν, μόνιμος, ἀκίνητος, αὐτὸς αὐτῷ ὅμοιος, ἕτερος τῶν ἄλλων. 1. *Est, inquit, auctor & princeps rerum omnium Deus, semper unus, stabilis, immobilis, ipse sui similis, aliorum dissimilis.* Aut si quæ statuenda est, eam amplecti decet, quæ est Clementis Alex. Str. II. circa finem. Lact. Firmiani locis cit. & præsertim Sixti philosophi ex mente summi illius, qui instar omnium est, Augustini lib. de Natura & Gratia; *Quis item Christianus ignorat, quod beatissimum Sixtum Romanæ Ecclesiæ episcopum & domini martyrem dixisse commemorat*, Quia libertatem arbitrii sui permisit hominibus Deus, ut purè & sine peccato viventes, similes fiant Deo? *Sed ad ipsum arbitrium pertinet, vocantem audire & credere; & ab eo, in quem credit, non peccandi adjutorium postulare. Nam utique cum dicit*, similes fiant Deo, *per Charitatem Dei futuri sunt similes Deo*, quæ diffusa est in cordibus nostris, *non naturæ possibilitate, nec libero arbitrio, quod est in nobis, sed per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* Sixtum pontificem pro Sixto philosopho Pythagoræo hic se perperam usurpasse agnoscit ipse August. retractation. libro. *Idem.*

faceres. Prætereà [1] penetral innocens domus, honestissimorum cœtus amicorum, [2] socer etiam Symmachus sanctus, [3] & æquè ac tu ipsa reverendus, ab omni nos

1 *Penetral innocens domus.*] *Penetral animi*, apud Symmach. lib. 2. Epist. 34. ad quam vide Miscellan. Fr. Jureti. *Sitzm.*

2 *Socer Symmachus sanctus.*] Laudat socerum Boëtius, & jure. amabat eundem, sed indicio non officit amor, qui ex judicio natus. ambigis? testes oculatos dabo: quorum unus pluris quàm auriti decem. Priscianus Cæsariensis, qui his ipsis temporibus vixit, docens Constantinopoli, libro de ponderibus & mensuris: *Omni te Symmache*, inquit, *nobilitatis splendore celebratum, ac omni naturæ munere præstantem, omni virtutis luce fulgentem, studiis etiam optimarum artium disciplinarumque florentem, justissimeque prosperæ fortunæ meritis vitæ probantem, fama quidem antea nobis absentem venerabilem faciebat: nunc autem præsentem veritas supergressa laudes prædicationis ostendit. Mediocritatis enim altissimæ, qua superbiæ calcas tumores, & pietatis ponderibus gravissimis superas omnia*, &c. Ennodius verò, dum Urbis cives clarissimos, quos imitandos proponit, recenset: *Festus & Symmachus*, inquit, *omnium disciplinarum materia & constantes forma sapientiæ, de Urbe sacratissima non recedunt. In ipsis est nobilis curiæ principatus: quos vidisse, erudiri est. Non apud eos sermo de ludicris, nec pantomimorum vix cognoscenda commemoratio. Isti auram popularem per pudoris detrimenta non cupiunt, contenti rectis magis placere, quàm plurimis. Sortiuntur de innocenti actione testimonium.* Bern.

Symmachus sanctus.] Vide Elogia Symmachorum, quæ Fr. Juretus suis præfixit Miscell. Item Cassiodorum, lib. 4. Var. Epist. 6. 22. & 51. *Sitzm.*

3 *Et æque actu ipso reverendus.*] Mire heic variant exemplaria. Si liceat ita legerem & distinguerem: *Et æque, ac tu ipsa,*

nos hujus criminis suspicione defendunt. Sed ô nefas! Illi verò de te tanti criminis fidem capiunt; [1] atque hoc ipso videbimur affines fuisse maleficio, quod tuis imbuti disciplinis, [2] tuis instituti moribus sumus. Ita non est satis nihil mihi profuisse tuam reverentiam, nisi ultrò tu mea potiùs offensione lacereris. At verò hic etiam nostris malis cumulus accedit, quod existimatio plurimorum non rerum merita, sed fortunæ spectat eventum, eaque tantùm judicat esse provisa, quæ felicitas commendaverit. [3] Quo fit, ut existimatio bona prima omnium deserat infelices. Qui nunc populi rumores, quàm dissonæ, multiplicesque sententiæ, piget reminisci. Hoc tantum dixerim; ultimam esse adversæ fortunæ sarcinam, quod dum miseris [4] aliquod crimen affingitur, quæ perferunt, meruisse creduntur. [5] & ego siquidem bonis omnibus pulsus, dignitatibus exutus, existimatione fœdatus, ob beneficium supplicium tuli. Videre autem videor nefarias sceleratorum officinas gaudio lætitiaque fluitanteis: perditissimum quemque novis delationum fraudibus imminentem: jacere bonos, nostri discriminis terrore prostratos: flagitiosum quemque ad audendum quidem facinus impunitate, ad efficiendum verò præmiis incitari: insonteis autem non modò securitate, verùm ipsa etiam defensione privatos. Itaque libet exclamare;

ipsa, reverendus. Infra lib. 2. Prosa 4. *Viget incolumis illud pretiosissimum generis humani decus, Symmachus socer, & quod vitæ pretio non segnis emeres, vir totus ex sapientia, virtutibusque factus, suarum securus, tuis ingemiscit injuriis.* Idem.

1 *Atque hoc ipso affines fuisse videmur maleficio.*] MSS. *atque hoc ipso videbimur adfines fuisse maleficio.* Idem.

2 *Tuis instituti moribus sumus.*] Vetus, quem sequor: *tuis institutionibus eruditi sumus.* Bern.

3 *Quo fit ut existimatio bona prima omnium deserat infelices.*] Arnob. l. 4. Adv. Gentes: *Illud acerbissime vulnerat, quod inurit innoxios, & quod decus nominis atque existimationem infamat.* Sitzmanus.

4 *Aliquod crimen affingitur.*] MS. Rittersh. *affligitur*, male. Malim, si quid mutandum sit, legere *affingitur*. Aurelius Victor, de Messalina Claudii conjuge: *Nobiliores quasque nuptas, & virgines, scortorum modo secum prostituerat: coactique mares uti adessent. Quod si quis talia horruerat; afflicto crimine, in ipsum omnemque familiam sæviebatur.* Idem.

5 *Et ego quidem omnibus pulsus &c. ob beneficium supplicium tuli.*] Edit. Norimb. *Et ego, siquidem bonis omnibus pulsus &c. ob beneficium pertuli supplicium.* Idem.

METRUM V.

[1] *O stelliferi conditor orbis,*
Qui perpetuo nixus solio
Rapido cælum turbine versas,
[2] *Legemque pati sidera cogis,*
[3] *Ut nunc pleno lucida cornu,*
[4] *Totis fratris & obvia flamis,*
[5] *Condat stellas Luna minores;*
Nunc obscuro pallida cornu,
Phœbo propior, lumina perdat.
[6] *Et qui primæ tempore noctis*

Agit

1 *O stelliferi.*] Cum toto hoc Carmine confer Apuleii librum de Mundo &c.

ô stelliferi conditor orbis.] Senec. in Hippol. ℣. 957. & seq.

——— *igniferi rector Olympi,*
Qui sparsa cito sidera mundo
Cursusque vagos rapis astrorum,
Celerique polos cardine versas. Sitzm.

2 *Legemque pati sidera cogis.*] Manil. lib. 1. Astron.

Nec quicquam in tanta magis est mirabile mole,
Quam ratio, & certis quod legibus omnia parent. Idem.

3 *Ut nunc pleno.*] Senec. in Med. ℣. 788. & seq.

——— *video Triviæ currus agiles,*
Non quos pleno lucida vultu
Pernox agitat ———

In Hippolyto ℣. 416.

——— *sic te lucidi vultus ferant,*
Et nube rupta cornibus puris eas.

Idem.

4 *Totis fratris & obvia flammis.*] Senec. in Thyest. ℣. 836.

Non Phœbeis obvia flammis
Demet nocti Luna timores,
Vincetque sui fratris habenas,
Curvo brevis limite currens. Idem.

5 *Condat stellas Luna minores.*] Manifesta imitatio Horatii:

——— *micat inter omnes*
Julium sidus, velut inter ignes
Luna minores.

Sic & Senec. in Hipp. ℣. 740.

Cum suos ignes coeunte cornu
Junxit, & curru properante pernox
Exerit vultus rubicunda Phœbe,
Nec tenent stellæ faciem minores.

Idem.

6 *Et qui primæ tempore.*] Senec. in Hipp. ℣. 746.

Qualis est primas referens tenebras
Nuntius noctis, modo lotus undis
Hesperus, pulsis iterum tenebris
Lucifer idem.

Manilius lib. 1. Astron.

Nec matutinis fulgeret Lucifer horis,
Hesperus immerso dederat qui lumen Olympo.

Senec. in Ludo de Morte Claudii:

Qualis discutiens fugientia Lucifer astra,
Aut qualis surgit redeuntibus Hesperus astris.

Columella lib. 10.

——— *ore coruscо*
Hesperus, Eoo remeat cum Lucifer ortu.

Martian. Capella, de Nupt. Philolog.

Hesperus intactam servet licet usque puellam,

Agit algenteis Hesperus ortus,
Solitas iterum mutet habenas
Phœbi pallens Lucifer ortu.
[1] *Tu frondifluæ frigore brumæ*
[2] *Stringis lucem breviore mora:*
Tu, [3] *cùm fervida venerit æstas,*
Agileis [4] *noctis dividis horas.*
[5] *Tua vis varium temperat annum,*
Ut quas Boreæ spiritus aufert,
[6] *Revehat mitis Zephyrus, frondeis;*
[7] *Quæque Arcturus semina vidit,*
Seirius altas urat segetes.
Nihil antiqua lege solutum
Linquit propriæ stationis opus.
[8] *Omnia certo fine gubernans,*

Homi-

Nuptam videbis Phosphore.
Sitzm.

1 *Tu frondifluæ.*] Senec. in Hippolyt. ℣ſ. 963.
Ut nunc canæ frigora brumæ
Nudent sylvas ——
Idem.

2 *Stringis lucem breviore mora.*] Vide Senec. in Thyeſt. ℣ſ. 839. & ibi Mart. Ant. Del-rio. *Idem.*

3 *Cum fervida venerit æstas.*] Senec. in Hipp. ℣ſ. 965.
—— *æstivi*
Colla leonis Cererem magno
Fervore coquant ——
Idem.

4 *Noctis dividis horas.*] Sen. in Med. ℣ſ. 5.
Clarumque Titan dividens orbi diem.
Claudianus de Apono:
Ille pater rerum, qui sæcula dividit astris,
Inter prima poli te quoque sacra dedit.
Apulejus de Mundo: *Quam pulcræ & fœcundæ horæ procreantur nunc æstivos vapores resolventes, nunc pruinas hiemis circumferentes? Dierum etiam noctiumque curriculis ordiuntur menses, texunt annos, anni seriem conficiunt sæculorum.* Conferes utiliter Iſidori Peluſiotæ epiſt. 1. lib. 4. *Idem.*

5 *Tua vis varium temperat annum.*] Senec. in Hipp. verſu 968.
—— *viresque suas*
Temperet annus ——
Idem.

6 *Revehat mitis Zephyrus frondes.*] Seneca in Hippolyt. ℣ſ. 12.
Qui rorifera mulcens aura
Zephyrus vernas evocat herbas.
Idem.

7 *Quæque Arcturus.*] *Arcturus* ſtella eſt poſt Urſæ caudam, alias *Bootes* & *Arctophylax*. Vegetius lib. 4. de re militar. c. 30. *Poſt Idus Septembris oritur Arcturus vehementiſſimum ſidus.* Idem.

8 *Omnia certo fine gubernans, Hominum solos respuis actus.*] Senec. in Hippolyt. ℣ſ. 968.
—— *sed cur idem*
Qui tanta regis, sub quo vasti
Pondera mundi librata suos
Ducunt orbes, hominum nimium
Securus ades, non sollicitus
Prodesse bonis, nocuisse malis?
Idem.

1 *Nam*

Hominum solos respuis actus
Merito rector cohibere modo.
[1] *Nam cur tantas* [2] *lubrica versat*
Fortuna vices? [3] *premit insonteis*
Debita sceleri noxia pœna:
[4] *At perversi* [5] *residen celso*
Mores solio, sanctaque [6] *calcant*
Injusta vice colla nocentes.
Latet obscuris condita virtus
Clara tenebris, [7] *justusque tulit*
Crimen iniqui.
Nil perjuria, nil nocet ipsis
Fraus, mendaci compta colore.

Sed

1 *Nam cur tantas lubrica versat Fortuna vices?*] Sen. in Hippolyt. ℣ſ. 974.
Res humanas ordine nullo
Fortuna regit, spargitque manu
Munera cæca, pejora fovens.
In Herc. Fur. ℣ſ. 524.
O Fortuna viris invida fortibus,
Quam non æqua bonis præmia dividis.
Idem.

2 *Lubrica fortuna.*] Cæcilius apud Minut. Felicem, in Oct. *Variis & lubricis casibus soluta legibus fortuna dominatur.* Idem.

3 *Premit insontes Debita sceleri noxia pœna.*] Senecæ ſimilis eſt querela in Herc. Fur. ℣ſ. 251.
—— *prosperum ac felix scelus*
Virtus vocatur, sontibus parent boni,
Jus est in armis, opprimit leges timor.
Sic Minutius Felix: *Non tantum æquatur nequitia melioribus, sed & colitur: ut in pluribus nescias, utrum sit eorum detestanda pravitas, an optanda felicitas.* Vide præterea Salvian. lib. 1. De Gub. Dei, in princip. *Idem.*

4 *At perversi residen celso Mores solio.*] Senec. in Hippolyt. ℣ſ. 978.
Vincit sanctos dira libido,
Fraus sublimi regnat in aula,
Tradere turpi fasces populus
Gaudet.
Min. Felix: *Niſi forte vos decipit, quod Deum nescientes divitiis affluant, honoribus floreant, polleant potestatibus. Miseri in hoc altius tolluntur, ut decidant altius. Hi enim ut victimæ ad supplicium saginantur, ut hostiæ ad pœnam coronantur.* Idem.

5 *Residen solio.*] Prudent. in fin. Pſychom.
Hoc residet solio pollens Sapientia, & omne
Consilium regni celsa disponit ab aula.
Idem.

6 *Calcant.*] Seneca in Octav. ℣ſ. 446.
—— *calcat jacentem vulgus.*
In Herc. Oet. ℣ſ. 637.
Colit hic Reges, calcet ut omnes,
Perdatque aliquos, nullumque levet,
Tantum ut noceat cupit esse potens.
Macrob. 1. Saturnal. cap. 11. *At nos jugo à fortuna impoſito ſubjacentem tanquam miserum vilemque calcamus.* Idem.

7 *Justusque tulit crimen iniqui.*] Senec. in Hipp. ℣ſ. 981.
Tristis virtus perversa tulit
Præmia recti ——
Lactant. lib. de Ira Dei, cap. 16. *Plerunque scelerati feliciores sunt, & boni miseriores, & justi ab injustis impune vexantur.* Confer Senecam alterum de Providentia. *Idem.*

Sed cùm libuit viribus uti,
Quos innumeri metuunt populi,
Summos gaudent subdere reges.
O jam [1] miseras respice terras,
Quisquis rerum fœdera nectis.
Operis tanti pars non vilis
Homines, quatimur fortunæ salo.
Rapidos rector comprime fluctus,
Et, quo cælum regis immensum,
Firma stabileis fœdere terras.

PROSA V.

[2] Hæc ubi continuato dolore delatravi, illa vultu placido, nihilque meis quæstibus mota: Cùm te, inquit, mæstum, lacrymantemque vidissem, illico miserum, exsulemque cognovi. Sed quàm id longinquum esset exsilium, nisi tua prodidisset oratio, nesciebam. [3] Sed tu procul à patria non quidem pulsus es, sed aberrasti. At si te pulsum existimari mavis, [4] te potiùs ipse pepulisti. Nam id quidem de te numquam cuiquam fas fuisset. Si enim cujus oriundus sis patriæ reminiscaris, [5] non, uti Athenienſium quondam, multitudinis impe-

1 *Miseras respice terras.*] Senec. in Oed. ℣. 112.

— *viduas colonis*
Respicis terras miseranda Thebe.

Horat. lib. 1. Carm. Od. 2.

Sive neglectum genus & nepotes
Respicis auctor. Sitzm.

2 *Hæc ubi continuato dolore delatravi.*] MSS. *dilatravi.* Ita Agell. lib. 1. Noct. Atticar. cap. 2. *Theorematibus tantum nugalibus, & puerilium Isagogarum commentationibus dilatrantes, objurgatione justa incessuit.* Idem.

3 *Sed tu quam procul à patria non quidem pulsus es.*] Ejice particulam *quam*, suadente MS. Rittersh. *Idem.*

4 *Te potius ipse pepulisti.*] MS. Rittersh. *te ipse repulisti.* Idem.

5 *Non uti Athenienſium.*] Male ob id frequenter audiunt Athenienses, quod non saltem depulsione civium benemeritorum lætati fuerint, sed etiam non raro eos mori coëgerint. Exempla sunt ubivis obvia: & de Ostracismo ipsorum etiam Aristoteles agit in Politicis. *Idem.*

Athenienſium.] Areopagum Solon ex optimatibus primariisque Athenienſium viris, civium suffragio electis, constitui componique probavit. sed ne ii insolentius sese gererent aut tyrannidem usurparent, populo judicandi judicumque aliorum judicia mutandi abrogandive jus potestatemque fecit. Quod cum aliquandiu feliciter successisset, tandem victis Darii Persarum regis ad Marathonem, Xerxis ad Salaminem & Platæas copiis, Athenienſis populus iis victoriis elatus, ab Aristide, Ephialte, Pericle aliisque δημαγωγοῖς suis permotus, non jam optimates nobilesque, sed quoslibet è multitudine judiciis præfecit. qui cum pecunia aliisque artibus facillimè corrumperentur, mirum quæ exilia quasque cædes optimis viris, quas urbi ipsi calamitates importarint. Id legere est apud Isocratem passim, & Plutarchum in istorum δημαγωγῶν vitis. referturque apud Aristotelem lib. Politic. 11. Solon maximè populi potentiam auxisse, τὰ δικαστήρια ποιήσας ὧν πάντων. ἐπεὶ γὰρ τότ' ἴσχυεν ὥσπερ τυράννῳ τῷ δήμῳ χαριζόμενοι, τὴν πολιτείαν εἰς τὴν νῦν δημοκρατίαν κατέστησαν. Id est, *dum nullum non ad causas judicandas admittit. Posteaquam enim id invalnit, populo, tanquam tyranno, gratificantes, rempublicam in eam, quæ nunc est, multitudinis potestatem perduxere.* Quod ita lib. IV. aversatur, ut eum reip. statum tyrannidi comparet. Καὶ ἔστιν ὁ τοιοῦτος δῆμος ἀνάλογον τῇ μοναρχίᾳ τῇ τυραννίδι. διὸ καὶ τὰ ἤθη τὰ αὐτὰ, καὶ ἄμφω δεσποτικὰ τῶν βελτόνων. καὶ τὰ ψηφίσματα, ὥσπερ ἐκεῖ τὰ ἐπιτάγματα· καὶ ὁ δημαγωγὸς, καὶ ὁ κόλαξ, οἱ αὐτοὶ καὶ ἀνάλογον. καὶ μάλιστα δ' ἐκάτεροι παρ' ἑκατέροις ἰσχύουσιν. οἱ μὲν κόλακες, ὡδὶ τοῖς τυράννοις: οἱ δὲ δημαγωγοὶ, ὧδε τοῖς δήμοις τοῖς τοιούτοις. Αἴποι δὲ εἰσὶ καὶ εἶναι τὰ ψηφίσματα κύρια, ἀλλὰ μὴ τοὺς νόμους ἔστοι, πάντα ἀνάγοντες εἰς τὸν δῆμον. Id est, *Proportioneque respondet hujusmodi Populus, è numero principatuum, Tyrannidi. unde & mores iidem sunt: amboque hi status dominantur melioribus. & plebiscita sunt, ut & illic edicta. & qui multitudini blanditur, & tyranni assentator iidem sunt, & sibi respondent. atque uterque gratia plurimum valet; assentator quidem apud tyrannum; orator autem popularis apud hujusmodi populum. Causa verò hi sunt, cur plebiscita rata sint & non leges, cum de rebus omnibus ad populum referant.* Et demum concludit ejusmodi populi statum non esse remp. Ὅπου γὰρ μὴ νόμοι ἄρχουσιν, οὐκ ἔστι πολιτεία. δεῖ γὰρ τοὺς νόμους ἄρχειν πάντων. *Neque enim respublica est, ubi leges non imperant: oportet enim legem, in omnes res habere imperium.* Vall.

1 Εἷς βασιλεύς.] Verba illa ex Homero mutuatur, apud quem hunc in modum Ulysses Græcos adfatur:

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεύς ——

Eadem jactavit C. Cæsar Caligula, monstrum humani generis sacrum & execrabile. Sueton. lib. 4. *Cum audiret Reges, qui officii caussa in urbem advenerant, concertantes apud se super cœnam de nobilitate generis, exclamavit:* Εἷς κοίρανος ἔστω, Εἷς βασιλεύς. *Nec multum absuit, quin statim diadema sumeret, speciemque principatus in regni formam converteret.* Alio autem accommodarunt Homerica tum Aristoteles in Metaphysicis, tum Justinus Martyr in de Monarchia Dei. Vide & Commentar. C. Rittershusii ad Oppian. 2. Cynegetic. ℣. 46. *Sitzm.*

2 *Tuæ civitatis.*] Hoc est, cœli. quod paulo antè *patriam* vocaverat, ut & libro IV.

Huc te si reducem referat via.
Quam nunc requiris immemor;
Hæc dices, memini, patria est mihi;
Hinc ortus, hic sistam gradum.

Anaxagoras quoque publicarum rerum negligentior, cum interrogaretur, an nulla illi patriæ cura esset, Εὐφήμως (ἔφη) ἐμοὶ γὰρ καὶ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος. δείξας τὸν οὐρανὸν, dii meliora, in-

perio regitur: sed εἷς κοίρανος ἔστιν, [1] εἷς βασιλεύς; qui frequentiâ civium, non depulsione lætatur: cujus agi frenis, atque obtemperare justitiæ, summa libertas est. An ignoras illam [2] tuæ civitatis antiquissimam legem, quâ

quâ ſancitum eſt, ei jus exſulare non eſſe, quiſquis in ea ſedem fundare maluerit? Nam [1] qui vallo ejus, ac munimine continetur, nullus metus eſt, ne exſul eſſe mereatur. [2] At quiſquis inhabitare eam velle deſierit, pariter deſinit etiam mereri. Itaque non tam me loci hujus, quàm tua facies movet. Nec [3] bibliothecæ potiùs

inquit! mihi enim patriæ cura & quidem ſumma eſt, digitum in cœlum intendens. Philo libro περὶ γεωργίας. Ὅτι παροικεῖν, ἢ καθικεῖν ἤλθομεν. τῷ μὲν ὅλῳ πᾶσι μὲν ψυχὴ σοφῇ πατρίδα μὲν ἐρημον, χῶραν δὲ ξένην ἔλαχε. *Ut inquilini eſſemus, non habitatores perpetui, venimus, revera enim omnis ſapientis anima cœlum habet patriam, in terra vero peregrinatur.* Unde idem hominem ἐρήμιον ζῶον vocat, alibi verò ἐρήμιον φυτόν. *Civitatis* verò nomine, τὴν μακαριτὴν, cœlum ipſaque beatitudo apud Chriſtianos ferè deſignatur. ii enim ſunt, non ut in terris, ubi peregrinamur à domino, ξένοι καὶ πάροικοι, ſed συμπολῖται τῶν ἁγίων καὶ οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ. D. Auguſtinus lib. de eadem Civitate Dei XXII. *Ipſe eſt enim, qui in principio condidit mundum, plenum bonis omnibus viſibilibus atque intelligibilibus rebus, in quo nihil melius inſtituit quam ſpiritus, quibus intelligentiam dedit, & ſuæ contemplationis habiles capaceſque ſui præſtitit, atque una ſocietate devinxit, quam ſanctam & ſupernam dicimus Civitatem, in qua res, qua ſuſtententur beatique ſint, Deus ipſe illis eſt, tanquam vita victuſque communis.* Et paulò poſt, *Qui fecit hominem, ipſum etiam rectum cum eodem libero arbitrio; terrenum quidem animal, ſed cœlo dignum, ſi ſuo cohæreret auctori. miſeria ſimiliter ſi eum deſereret ſecutura, qualis naturæ hujuſmodi conveniret.* Quod poſtremum hoc videtur loco attigiſſe Boëtius. Non ſolum autem beatorum cœlum, *Patria* & *Civitas* dicitur, ſed etiam *Domus*. Paulus II. ad Corinth. cap. v. *Scimus enim; quoniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitationis diſſolvatur, quod ædificationem ex Deo habeamus, domum non manufactam ſed æternam in cœlis. nam & hoc ingemiſcimus, habitationem noſtram, quæ de cœlo eſt, ſuperindui cupientes.* Hinc vocantur Epheſ. II. ut ſupra notatum eſt, οἰκεῖοι τοῦ Θεοῦ, *domeſtici Dei.* Cui convenit & illud quod ex Ariſtotele refert Cicero lib. I. de Divinat. locum quia contrahi non poteſt, integrum dabimus. *Quid ſingulari viro ingenio Ariſtoteles & pænè divino? Ipſene errat, an vult alios errare cum ſcribit, Eudemum Cyprium, familiarem ſuum, iter in Macedoniam facientem Pheras veniſſe: quæ erat urbs in Theſſalia tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur? In eo igitur oppido ita graviter ægrum Eudemum fuiſſe, ut omnes medici diffiderent. ei viſum in quiete egregia facie juvenem dicere, fore ut brevi convaleſceret, pauciſque diebus interiturum Alexandrum tyrannum, ipſum autem Eudemum quinquennio poſt domum eſſe rediturum. Atque ita quidem prima ſtatim ſcribit Ariſtoteles conſecuta, & convaluiſſe Eudemum, & ab uxoris fratribus interfectum tyrannum. quinto autem anno exeunte cum eſſet ſpes ex illo ſomnio in Cyprum illum ex Sicilia eſſe rediturum, præliantem cum ad Syracuſas occidiſſe: ex quo ita illud ſomnium eſſe interpretatum, ut cum animus Eudemi è corpore exceſſerit, tum domum revertiſſe videatur.* Seneca Præfatione lib. I. natural. quæſt. Cicero lib. I. de Legib. *Vall.*

1 *Qui vallo ejus ac munimine continetur.*] MS. Rittersh. pro *munimine, munitione.* Sitzm.

2 *Quiſquis inhabitare eam velle deſierit.*] MS. Rittersh. *deſliterit. Idem.*

3 *Bibliothecæ potius comptos ebore ac vitro parietes.*] Aliter Apul. in pr. lib. 5. Metam. *Summa laquearia citro & ebore cu-*

tiùs [1] comptos ebore, ac vitro parietes, quàm tuæ mentis ſedem requiro. In qua non libros, ſed id quod libris pretium facit, librorum quondam meorum ſententias collocavi. Et tu quidem de tuis in commune bonum meritis vera quidem, ſed pro multitudine geſtorum tibi, pauca dixiſti. De objectorum tibi vel honeſtate, vel falſitate, cunctis nota memoraſti. De ſceleribus fraudibuſque delatorum rectè tu quidem ſtrictim attingendum putaſti, quòd ea meliùs, uberiuſque recoguoſcentis omnia vulgi ore celebrentur. Increpuiſti etiam vehementer injuſti factum Senatus. De noſtra etiam criminatione doluiſti, læſæ quoque opinionis damna fleviſti. Poſtremus adverſus fortunam dolor incanduit, conqueſtuſque es non æqua meritis præmia penſari. In extremo Muſæ ſævientis, uti quæ cælum, terras quoque pax regeret, vota poſuiſti. Sed, quoniam plurimus tibi affectuum tumultus incubuit, diverſumque te dolor, ira, mæror diſtrahunt, uti nunc mentis es,

curioſe cavata ſubeunt aureæ columnæ. parietes omnes argenteo cælamine conteguntur. Idem.

1 *Comptos ebore, ac vitro parietes.*] Fuit pictura ars quondam nobilis, inquit Plinius lib. XXXV. cap. I. *tunc cum expeteretur à regibus populiſque, & illos nobilitaret, quos eſſet dignata poſteris tradere. nunc verò in totum marmoribus pulſa, jam quidem & auro, nec tantum ut parietes toti operiantur, verum & interraſo marmore, vermiculatis ad effigies rerum & animalium cruſtis.* Raræque lautiorum ædes ubi lacunaria auro ornata non eſſent; Virgil. I. Æneid.

Dependent lychni laquearibus aureis.

Nec auro ſolum, ſed ebore etiam. Horat. carm. lib. II.

Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.

Seneca lib. I. nat. quæſt. *Lacunaria ebore fulgentia.* Non igitur mirum ſi, cum domorum lacunaria auro & ebore, parietes vero auro & marmore tegerentur, Boëtianæ quoque Bibliothecæ parietes ebore & vitro compti eſſent. vitro autem fortaſſe diverſicolore, unde Bibliothecam ingreſſo variæ eæque jucundæ redderentur imagines. Quod ſuo tempore ita in uſu fuiſſe obſervat Plinius lib. XXXVI. ut vitrum Obſidianum, parietibus applicari conſuetum, pro imagine umbras reddere ſolitum notet. *In genere vitri & Obſidiana numerantur, ad ſimilitudinem lapidis quem in Æthiopia invenit Obſidius, nigerrimi coloris, aliquando & tranſlucidi, craſſiore viſu, atque in ſpeculis parietum pro imagine umbras reddente.* Porro ejuſmodi vitra & ſpecula per cubicula diſpoſuiſſe veteres, quæ nunc majores, nunc minores ipſis rebus imagines redderent, nemo eſt qui neſciat, cui modo vita Horatii, quam edidit Pet. Nannius, lecta ſit; aut fabula illa Hoſtii [ſi tamen iſtud portentum hominis nominandum eſt] apud Senecam lib. I. nat. quæſt. *Vall.*

es, nondum te validiora remedia contingunt. Itaque lenioribus paullisper utemur, ut quæ in tumorem perturbationibus influentibus indurverunt, ad acrioris vim medicaminis recipiendam, tactu blandiore mollescant.

METRUM VI.

[1] *Cum Phœbi radiis grave*
[2] *Cancri sidus* [3] *inæstuat*,
[4] *Tum qui larga negantibus*
[5] *Sulcis semina credidit*,
[6] *Elusus* [7] *Cereris fide*,
[8] *Quernas pergat ad arbores.*
Numquam [9] *purpureum nemus*

Le-

1 *Cum Phœbi radiis grave.*] Manil. lib. 1.
— *solis radiis ardescit torridus aër.* Sitzm.

2 *Cancri sidus.*] Idem lib. 3.
— *Cancri cum sidere Phœbus*
Solstitium facit, & summo versatur Olympo. Idem.

3 *Inæstuat.*] Silius lib. 1.
Æstifero Libye torquetur subdita Cancro. Idem.

4 *Tum qui.*] Boëtius cum ista scriberet, sine dubietate in animo habuit hosce versus Virgilianos 1. Georg.
— *ardentis decedat stella coronæ*
Debita quam sulcis committas semina, quamque
Invitæ properes anni spem credere terræ.
Multi ante occasum Majæ cepere, sed illos
Expectata seges vanis elusit aristis. Idem.

5 *Sulcis semina credidit.*] Totum hunc versum Tibullo debet noster Auctor, qui lib. 2. Eleg. ult.
— *spes sulcis credit aratis*
Semina, quæ magno fenore reddat ager. Idem.

6 *Elusus.*] Manil. lib. 1.
Nunquam futilibus excanduit ignibus æther,
Squalidaque elusi deplorant arva coloni,
Et steriles inter sulcos defissus arator,
Ad juga mœrentes cogit frustrata juvencos. Idem.

7 *Cereris fide.*] *Fides aëris*, apud Cassiodor. 1. Var. Epist. 35. *Cum stellarum non mergentium lucidum sidus tendi carbasa festinanter invitet, & aëris sereni fides properantium nequeat vota terrere.* Idem.

8 *Quernas pergat ad arbores.*] Symmach. lib. 10. Epist. 54. *Sylvestribus arbustis vita producitur, & rursus ad Dodonæas arbores plebis rusticæ inopia convolavit.* vide quæ not. ad Met. 5. ℣. 5. libro 2. *Idem.*

9 *Purpureum nemus.*] Usitatum est optimis auctoribus, ut quicquid formositate, pulcritudine, amœnitate est conspicuum, id esse *purpureum* dicant, specieï vocabulo pro genere posito. Virgil. Eclog. 9.
Hic Ver purpureum, varios hic flumina circum
Fundit humus flores —
Tibull. lib. 1. Eleg. 4. ℣. 29.
Quam cito purpureos deperdit terra colores.

Val.

Lecturus violas petas,
[1] *Cùm sævis Aquilonibus*
Stridens campus inhorruit.
Nec quæras avida manu
[2] *Vernos stringere palmites,*
Uvis si libeat frui;
[3] *Autumno potiùs sua*
Bacchus munera contulit.
Signat tempora propriis
Aptans officiis Deus,
Nec, quas ipse coërcuit,
[4] *Misceri patitur vices.*
[5] *Sic quod præcipiti viâ*
[6] *Certum deserit ordinem,*
Lætos non habet exitus.

PRO-

Val. Flaccus, lib. 1.
— *placida & mediis in frontibus hæsit*
Protinus amborum, lumenque innoxia fundit
Purpureum, miseris olim implorabile nautis.
Oenone Ovidiana, Epist. Heroid. 5.
— *purpureo sum magis apta toro.*
Aër purpureus, apud Lactant. in Phœnice, ℣. 55. *Idem.*

1 *Cum sævis Aquilonibus stridens campus inhorruit.*] Virgil. 1. Georg.
Spicea jam campis cum messis inhorruit. —
Seneca in Hippol. ℣. 1028.
Inhorruit concussus undarum globus. Idem.

2 *Vernos stringere palmites.*] Virgil. 1. Georg.
— *& fragili jam stringent hordea culmo.* Idem.

3 *Autumno potius.*] Lucret. lib. 1.
Vites Autumno fundi sudante videmus. Idem.

4 *Misceri.*] Id est turbari, à suo officio sive inconcussa stabilitate moveri. Phædrus lib. 1. Fab. 2.
Athenæ cum florerent æquis legibus
Procax libertas civitatem miscuit.
Apulejus lib. 7. *procurrens in cubiculum clamoribus inquietis cuncta miscuit.* Mart. Capella, lib. 5. de Rhetorica: *Athenis vero curiam, gymnasia, theatraque pro arbitrio reflexisse, ac totam funditus Græciam miscuisse ferebatur.* Idem.
Nec misceri patitur vices.] Tibull. 1. 1. Eleg. 4. ℣. 20.
Annus agit certa lucida signa vice.
Val. Flaccus lib. 1.
Summe sator, cui nostra dies volventibus annis
Tot peragit, reficitque vices: tuane ista voluntas. Idem.

5 *Sic quod præcipiti.*] Senec. in Oed. ℣. 909.
Quicquid excessit modum
Pendet instabili loco. Idem.

6 *Certum ordinem.*] Quintilianus: *Nec mihi videntur errare qui ipsam rerum naturam stare ordine putant: quo confuso, peritura sunt omnia.* Orpheus, in Fragment. de Deo loquens:
— *οὐδὲ σὺ ἄτερθεν*
Τάξις ἀναμάχθοισιν ἐφημοσύνῃσι πέλεσθαι. Idem.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. МЕЧНИКОВА

PROSA VI.

Primum igitur paterisne me pauculis rogationibus statum tuæ mentis attingere, atque tentare, ut, qui modus sit tuæ curationis, intelligam? Tu verò arbitratu, inquam, tuo quæ voles, ut responsurum rogato. Tum illa, Hunccine, inquit, mundum temerariis agi fortuitisque casibus putas, an ullum credis ei regimen inesse rationis? Atqui, inquam, nullo existimaverim modo, ut fortuita temeritate tam certa moveantur. Verum [1] operi suo conditorem præsidere Deum scio; nec umquam fuerit dies, qui me ab hac sententiæ veritate depellat. Ita est, inquit. Nam id etiam paullo antè cecinisti, [2] hominesque tantùm divinæ exsortes curæ esse deploraſti. Nam de ceteris, quin ratione regerentur, nihil movebare. Papæ autem vehementer admiror, cur, in tam salubri sententia locatus ægrotes. Verùm altiùs perscrutemur; nescio, quid abesse conjecto. Sed dic mihi, quoniam à Deo mundum regi non ambigis, quibus etiam gubernaculis regatur advertis? Vix, inquam, rogationis tuæ sententiam nosco, ne dum ad inquisita respondere queam. Num me, inquit, fefellit abesse aliquid, per quod, velut hiante valli robore, in animum tuum perturbationum morbus irrepserit? Sed dic mihi, meminisstine, quis sit rerum finis? quove totius naturæ tendat intentio? Audieram, inquam, sed [3] memoriam mæror hebetavit. At quî scis, unde cuncta processerint? Novi, inquam, Deumque esse respondi. Et quî fieri potest, ut principio cognito, quis

1 *Operi suo præsidere conditorem deum scio.*] Salvianus lib. 4. de Gub. Dei: *Quid enim tam furiosum est, quam ut aliquis, cum Deum creatorem rerum omnium non neget, gubernatorem neget? & cum factorem esse fateatur, dicat negligere quæ fecit?* Sitzm.

2 *Homines tantum divinæ exortes curæ esse deploraſti.*] Deleatur τὸ *esse*, adminiculante MS. Erfurtensi. *Idem.*

3 *Memoriam mæror hebetavit.*] Qui memoriæ conservandæ Præcepta tradidere, præcipiunt, fugiendas esse hujusmodi perturbationes animi, quæ memoriæ officiant quam maximè. *Idem.*

quis sit rerum finis, ignores? [1] Verùm hi perturbationum mores sunt, ea valentia est, ut movere quidem loco hominem possint: convellere autem, sibique totum extirpare non possint. Sed hoc quoque respondeas velim, hominemne te esse meministi? Quid ni, inquam, meminerim? Quid igitur homo sit, poterisne proferre? Hoccine interrogas, an esse me sciam rationale animal atque mortale? Scio, & id me esse confiteor. Et illa: Nihilne te aliud esse novisti? Nihil. Jam scio, inquit, morbi tui, aliam vel maximam causſam, quid ipse sis, nosse desisti. Quare plenissimè vel ægritudinis tuæ rationem, vel aditum reconciliandæ sospitatis inveni. Nam quoniam tui oblivione confunderis, [2] & exsulem te, & expoliatum propriis bonis esse doluisti. Quoniam verò, quis sit rerum finis, ignoras, nequam homines, atque nefarios, potenteis, felicesque arbitraris. Quoniam verò, quibus gubernaculis mundus regatur, oblitus es, has fortunarum vices existimas sine rectore fluitare. Magnæ non ad morbum modò, verùm ad interitum quoque causſæ. Sed sospitatis auctori grates, quòd te nondum totum natura destituit. Habemus maximum tuæ fomitem salutis, veram de mundi gubernatione sententiam, quòd eam non casuum temeritati, sed divinæ rationi subditam credis. Nihil igitur pertimescas. Jam tibi ex hac minima scintillula vitalis calor illuxerit. Sed quoniam firmioribus remediis nondum tempus est, & eam mentium constat esse naturam, ut quoties abjecerint veras, [3] falsis opinio-

1 *Verùm hi perturbationum mores, & ea valentia est.*] Phœnicis Belgii, clarissimi virorum J. Lipsii, amici & cognati nostri scriptus codex, ad alium sensum præit: *Verùm his perturbationum morbis ea valentia est.* quidni rectè? *Bern.*

Hi perturbationum mores & ea valentia est.] MS. Rittersh. *Hi perturbationum mores sunt, ea valentia est.* In hanc autem sententiam etiam Pindarus Olymp. Od. 7.

Αἱ ϑ' Φρενῶν παραχαὶ
Παρέπλαξαν κῦφόν.

Sitzm.

2 *Et exulem, & exspoliatum.*] MSS. Rittersh. & edit. Flor. *Et exulem te, & exspoliatum.* Idem.

3 *Falsis opinionibus induantur?*] Manuscripti

nionibus induantur, ex quibus orta perturbationum caligo verum illum confundit intuitum; [1] hanc paullisper lenibus, mediocribusque fomentis attenuare tentabo, ut dimotis fallacium affectionum tenebris, splendorem veræ lucis possis agnoscere.

METRUM VII.

[2] *Nubibus atris*
Condita nullum
[3] *Fundere possunt*
Sidera lumen.
Si mare volvens
Turbidus Auster
Miscеat æstum,
Vitrea dudum,
Parque serenis
Unda diebus,
Mox, resoluto
Sordida cœno,
Visibus obstat.

Quique vagatur
Montibus altis
[4] *Defluus amnis,*
Sæpè resistit
Rupe soluti
Objice saxi.
Tu quoque si vis
Lumine claro
Cernere verum,
Tramite recto
Carpere callem:
Gaudia pelle,

Pelle

scripti: *Falsis opinationibus.* bellè Cicero Tusculanarum quæstionum lib. IV. *Definiunt autem animi ægrotationem, opinationem vehementem de re non expetenda, tanquam valdè expetenda sit inhærentem, & penitus insitam.* Bern.

Falsis opinionibus induantur.] Quid si, *imbuantur*? Sitzm.

1 *Hanc paullisper lenibus mediocribusque fomentis atttenuare tentabo.*] *Fomentis.* i. medelis. Sic Plin. Secundus, l. 2. Ep. 7. *Pater hoc quoque merebatur, cujus gravissimo vulneri magno aliquo fomento medendum fuit.* Apulejus lib. 2. Metam. *Tenuato admodum viatico paupertatis meæ fomenta acquiro.* Idem.

2 *Nubibus, &c.*] Cum hoc Carmine confer B. Augustin. De Civ. Dei, c. 8. lib. 18. Senecam Philosophum passim. *Idem.*

Nubibus atris condita.] Senec. in Hipp. ℣. 672.

— *omnis impulsus ruat*
Æther, & atris nubibus condat diem.
Q. Curt. lib. 4. *Repente sive illud Deorum munus, sive casus fuit, obducta cœlo nubes condidere solem.* Idem.

3 *Fundere possunt sidera lumen.*] Lucret. lib. 1.

— *solis lumina cumque*
Inserti fundunt radios per opaca domorum.

Virgil. 2. Georg.

Pascunturque ignes nocturni & lumina fundunt.

Silius Ital. lib. 10.

— *claro perfundit lumine campos.*

Idem.

4 *Defluus amnis sæpe resistit.*] Senec. in Hipp. ℣. 178.

Ut dura cautes undique intractabilis
Resistit undis, & lacessentes aquas
Longe remittit; verba sic spernit mea.

Idem.

1 *Pelle*

[1] *Pelle timorem;*
[2] *Spemque fugato,*
Nec dolor adsit.

Nubila mens est,
Vinctaque frenis,
Hæc ubi regnant.

1 *Pelle timorem.*] Senec. in Med. v. 42.
— *pelle femineos metus.*
Statius lib. 2. Sylvar.
— *qui pectore magno*
Spemque metumque domas vitio sublimior omni
Exemptus satis, indignantemque resellis
Fortunam ——

2 *Spemque fugato.*] Claudian. de Prob. & Olybr. Consulatu, ℣. 64.
— *non anxia mentem*
Spes agit, & longo tendit præcordia voto.
Ælian. lib. 3. Var. Hist. cap. 29. Ἔλεγε ὁ Πλάτων τὰς ἐλπίδας ἐγρηγορότων ἀνθρώπων ὀνείρους εἶναι. Idem.

ANICII MANLII SEVERINI BOETII CONSOLATIONIS PHILOSOPHIÆ LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM LIBRI I.

Rhetoricis rationibus persuadet Philosophia, immerito Boëtium prioris fortunæ desiderio teneri. Fortunæ descriptio. ejus ad Boëtium adlocutio. illum non infelicem esse; sed maxima adhuc felicitatis parte beatum. humanæ ejusdem Felicitatis, sed falsæ descriptio. eam non esse in fortuitis, non in divitiis, non in dignitatibus ac potentia, non in gloria & fama: imo ipsam quandoque adversam fortunam, utilem esse.

PROSA I.

POsthæc paullisper obticuit, atque ubi attentionem meam modestâ taciturnitate collegit, sic exorsa est: Si penitus ægritudinis tuæ caussas, habitumque cognovi, fortunæ prioris affectu, desiderioque tabescis; ea tantum animi tui statum, [1] sicuti tu tibi fingis, mutata pervertit. Intelligo multiformeis illius prodigii fucos, & eo usque cum

1 *Sicuti tu tibi fingis.*] Edit. Norimb. non habet particulam *tu.* Sitzm.

[1] cum iis, quos eludere nititur, [2] blandissimam familiaritatem, dum intolerabili dolore confundat, quos insperata reliquerit. cujus si naturam, mores, ac meritum reminiscare, nec habuisse te in ea pulcrum aliquid, nec amisisse cognosces. Sed, ut arbitror, haud multum tibi hæc in memoriam revocare laboraverim. Solebas enim præsentem quoque, blandientemque virilibus incessere verbis, eamque de nostro adyto prolatis insectabare sententiis. Verùm omnis [3] subita mutatio rerum, non sine quodam quasi fluctu contingit animorum. Sic factum est, ut tu quoque paullisper à tua tranquillitate discesseris. Sed tempus est, haurire te aliquid ac degustare molle, atque jucundum, quod ad interiora transmissum, validioribus haustibus viam fecerit. Adsit igitur rhetoricæ suadela dulcedinis, quæ tùm tantum recto calle procedit, cùm nostra instituta non deserit; cumque hac, [4] Musica, [5] Laris nostri vernula, nunc leviores, nunc graviores modos succinat. Quid est igitur ô homo, quod te in mœstitiam, luctumque dejecit? novum credo aliquid, inusitatumque vidisti. [6] Tu, fortunam putas erga te esse mutatam? erras. Hi

1 *Cum iis, quos eludere nititur, & blandissimam familiaritatem exercet.*] Bene MS. & Edition. Nor. & Flor. omittunt conjunctionem *&*. Idem.

2 *Blandissimam familiaritatem.*] Pub. Syrus:

Fortuna cum blanditur captatum venit. Idem.

3 *Subita mutatio.*] Videtur imitari illud Eurip.

Κεκλημένῳ γὰρ φῶτὶ μακαρίῳ ποτὲ
Αἱ μεταβολαὶ λυπηραί.
Viro, qui felix aliquando vocatus fuit,
Acerba res est mutatio.

Unde interrogatus Bias, Τί δυσχερές, Τί ἐπὶ τὸ χεῖρον, ἔφη, μεταβολὴν δύσφορος ἀνέχειν, *quidnam esset difficile? Ferre, inquit, fortiter mutationem rerum in deterius.* Diog. Laërt. in eo. Pub. Syrus,

Gravius nocet, quodcunque inexpertum accidit.

Seneca lib. de Provid. *Magis urgent sæva inexpertos.* Vall.

4 *Musica nunc leviores, nunc graviores modos succinat.*] Musicæ laudes, ejusque vim pulcerrima Epistola exequitur Cassiodor. 2. Variar. 40. *Sitzm.*

5 *Laris nostri vernula.*] MSS. & Edit. Florent. *vernacula.* quam voculam etiam Martianus Capella utitur in pr. lib. 6. De Nupt. Philologiæ: *Vernaculæ Bromiales tantos cachinnos concussis admodum tulere singultibus.* Idem.

6 *Tu si fortunam putas erga te esse mutatam, erras.*] Non malè. tamen in scriptis suo & probo item sensu: *Tu fortunam putas erga te mutatam? erras.* Bern.

Tu si fortunam erga te putas esse mutatam, erras.] Longe melius MS. Rittersh. *Tu*

[1] Hi semper ejus mores sunt; ista natura. Servavit circa te propriam potiùs in ipsa sui mutabilitate constantiam. [2] Talis erat, cùm blandiebatur, cùm tibi falsæ illecebris felicitatis alluderet. [3] Deprehendisti cæci Numinis ambiguos vultus. Quæ sese adhuc aliis velat, tota tibi prorsus innotuit. Si probas, utere moribus, ne queraris. [4] Si perfidam perhorrescis, sperne atque [5] abjice pernicioſa ludentem. [6] Nam quæ nunc tibi est tanti causſa mœroris, hæc eadem tranquillitatis esse debuisset. Reliquit enim te, quam non relicturam nemo umquam poterit esse securus. An verò tu pretiosam æstimas abituram felicitatem? & cara tibi est fortuna præsens, nec manendi fida, & [7] cùm discesserit allatura mœrorem? [8] Quòd si nec ex arbitrio retineri po-

Tu Fortunam putas erga te mutatam? erras. Sitzm.

1 *Hi semper ejus mores; hæc natura est.*] MS. *hi semper ejus sunt mores, ista natura.* Idem.

2 *Talis erat cum blandiebatur.*] MSS. Rittersh. σωδέσμῳ auctior: *Talis enim erat, cum bland.* Idem.

3 *Deprehendisti cæci numinis ambiguos vultus.*] Apulejus lib. 7. *Subibat me, non de nihilo veteris priscæque doctrinæ viros finxisse ac pronunciasse cæcam & prorsus exoculatam esse fortunam: quæ semper suas opes ad malos & indignos conferat; nec unquam judicio quenquam mortalium eligat: immo vero cum his potissimum diversetur, quos, procul si videret, fugere deberet: quodque cunctis est extremius, varias opiniones, immo contrarias nobis attribuat; ut & malus boni viri fama glorietur, & innocentissimus contra noxiorum more plectatur.* Non videtur hic nobis omittenda vetus pictura & sculptura Fortunæ, quam his verbis exprimit Isidorus Pelusiota lib. 3. epist. 154. τὴν τύχης τῶν μοχθηρίαν δηλῶσαι ἐθελήσαντες οἱ γράφοντές τε καὶ πλάττοντες, ἐ μόνον εἰδὴ γυναικὸς ἠρκέσθησαν (καίτοι καὶ τοῦτ' ἰκανὸν ὦν ἀλογιστίας καὶ ἀνοίας τεκμήριον·) ἀλλὰ καὶ πηδάλιον ἔδοσαν οὐ χερσὶν ἔχειν αὐτὴ, καὶ τῶν ποδῶν τὸ θέσιν βάσιν σφαιρικῶν· ἑτέρωσε δὲ καὶ τῶν ὀφθαλμῶν· ἅμα τέκτων ἀπάντων ἐνδεικνύμενοι τὸ ἀνόητον καὶ ἐμπληκτον καὶ τυφλὸν καὶ ἄστοχον αὐτῆς. Et mox Fortunam vocat φαντασίαν τυφλὴν καὶ ἄστοχον καὶ μοχθηρὰν, cui opponit τὴν τοῦ παντὸς κυβερνῶσαν δεξιὰν, quæ est divina Providentia. *Idem.*

4 *Si perfidiam perhorrescis.*] Non male MS. Erfurt. *si perfidam perhorrescis.* Idem.

5 *Abjice pernicioſè alludentem.*] Non prætervolat me scripta lectio: *pernicioſa ludentem.* Bern.

Abjice pernicioſè alludentem.] MSS. Rittersh. & Edit. Florent. *abjice pernicioſa ludentem.* MS. Erfurt. *pernicioſe ludentem.* Sitzm.

6 *Nam quæ nunc mœroris tibi causſa tanti est.*] MSS. ita transposita habent hæc verba: *Nam quæ nunc tibi est tanti causſa mœroris.* Idem.

7 *Cum discesserit allatura mœrorem.*] MS. Rittersh. *illatura mœrorem.* Idem.

8 *Quod si nec arbitrio retineri potest.*] MS. Rittersh. & Editio Florentina plenius: *Quod si nec ex arbitrio retineri potest.* Idem.

poteſt, & calamitoſos fugiens facit, quid eſt aliud fugax, quàm futuræ quoddam calamitatis indicium? Neque enim quod ante oculos ſitum eſt, ſuffecerit intueri. Rerum exitus prudentia metitur: eademque in alterutro mutabilitas, nec formidandas fortunæ minas, nec exoptandas facit eſſe blanditias. [2] Poſtremò æquo animo toleres oportet, quidquid intra fortunæ aream geritur, cùm ſemel jugo ejus colla ſubmiſeris. Quòd ſi manendi, abeundique [3] ſcribere legem velis ei, [4] quam tu dominam ſponte elegiſti, nonne injurius fueris, & [5] impatientiâ ſortem exacerbes, quam permutare non poſſis? Si ventis vela committeres, non quò voluntas peteret, ſed [6] quò flatus impellerent, promovereris. [7] Si arvis ſemina crederes, [8] feraces inter ſe annos, ſterileiſque penſares. Fortunæ te regendum dediſti, dominæ moribus oportet obtemperes. Tu

1 *Neque quod ante oculos ſitum.*] Caſſiodor. 3. Var. Epiſt. 48. *Prudentiæ nihilominus eſt cavere etiam quæ non putantur emergere.* Quo nomine laudatur Ulpianus JC. nam & recte rebus uti præſentibus, ac futura proſpicere ſolerter poterat. Ita enim Zoſimus Hiſt. libro 1. de ipſo prædicat: ἦν νομοθέτης ἐπ' ἀρίστῳ, καὶ τὸ παρὸν εὖ ἄγων, καὶ τὸ μέλλον εὐτύχως σταδιεῖν ἐλπίζων. Idem.

2 *Poſtremo æquo animo toleres oportet.*] MS. Rittersh. *tolerare oportet.* Idem.

3 *Scribere legem velis ei, quam tu Dominam ſponte elegiſti.*] MS. Rittersh. *quam tu tamen Dom. ſ. e.* MS. Erfurt. & Edit. Nor. *quam tu tibi D. ſ. e.* Idem.

4 *Quam tu dominam ſponte delegiſti, nonne injurius fueris, & impatientia ſortem tuam exacerbabis.*] Nunquid purius in manuſs. *tu ſi dominam ſponte legiſti.* Bern.

5 *Impatientia tua ſortem exacerbes.*] MSS. Rittersh. & Edit. Flor. non recipiunt τὸ *tua.* Sitzm.

Impatientia ſortem exacerbabis, quam permutare non poſſis.] Horat. 1. Carm. Od. 24,

— *levius fit patientia*
Quicquid corrigere eſt nefas.

Idem.

6 *Quo flatus impelleret.*] MS. Rittersh. *impellerent.* Idem.

7 *Si arvis ſemina crederes, feraces inter ſe annos.*] Editio Norimb. *ſi arvis ſemina traderes, fertiles inter ſe.* Quæ lectio non omnino faſtidienda. Neſcio tamen, quomodo magis recepta placet. Nam & ſupra Carm. 6. libro primo dixit:

— *qui larga negantibus*
Sulcis ſemina credidit.

Idem.

8 *Feraces inter ſe annos ſterileſque penſares.*] Sic Imp. Alexander loquitur in l. 8. licet. C. de Locato & cond. *Si expreſſum non eſt in locatione (ut mos regionis poſtulabat) ut ſi qua lue tempeſtatis, vel alio cæli vitio damna accidiſſent, ad onus tuum pertinerent, & quæ evenerunt ſterilitates, ubertate aliorum annorum repenſatæ non probabuntur* &c. Vide & l. 15. ex conducto. §. Papinianus. D. eod. Item Pindar. Nem. Od. ult. Manil. lib. 4. Ariſt. lib. 2. Rhetoric. & Ambroſ. contra Relat. Symmachi. *Idem.*

1 Su-

Tu verò volventis rotæ impetum retinere conaris? At, omnium mortalium ſtolidiſſime, ſi manere incipit, fors eſſe deſiſtit.

METRUM I.

Hæc cùm [1] ſuperba verterit vices dextra,
[2] Exæſtuantis [3] more fertur Euripi;
[4] Dudum [5] tremendos ſæva proterit reges,

Hu-

1 *Superba dextra.*] Senec. in Med. ℣ſ. 205.

Sceptris ſuperbas quiſquis admovit manus. Idem.

2 *Et æſtuantis.*] MS. Erfurt. & edit. Baſilienſ. *exæſtuantis*, quæ vox reddenda Boëtio. Ita Q. Curt. libro 9. de rebus geſt. Alex. Magni: *Tertia ferme hora erat, cum ſtata vice Oceanus exæſtuans invehi cœpit, & retro flumen urgere. Quod primo coercitum, deinde vehementius pulſum, majore impetu adverſum agebatur, quàm torrentia præcipiti alveo incurrunt.* Idem.

3 *More Euripi.*] Huc referendum Græcum proverbium, quod exſtat apud Suidam: Τύχη Εὐρίπου, *Fortuna Euripus.* Senec. in Herc. Oet. ℣ſ. 779.

Euripus undas flectit inſtabiles vagus,
Septemque curſus flectit; & totidem refert. Idem.

4 *Dudum.*] Significat hic ſubito, illico, ſtatim. Sic *jamdudum* ſæpe apud auctores accipitur. Unius duntaxat utar teſtimonio. Seneca in Medea, ℣ſ. 191.

Monſtrumque ſævum, horribile, jamdudum avehe.

Idem.

5 *Tremendos ſæva proterit Reges.*] Aſcribam locum Ammiani Marcellini, ex lib. 14. de fortunæ inconſtantia & ludo inſolente quem ludere pertinax ſolet, qui mirifice hoſce verſus illuſtraverit. Loquitur autem de Cæſare Gallo: *Aſſumptus in ampliſſimum fortunæ faſtigium, verſabiles ejus motus expertus eſt, qui ludunt mortalitatem: nunc evehentes quoſdam in ſidera, nunc ad Cocyti profunda mergentes. cujus rei cum innumera ſint exempla, pauca tractu ſummo tranſcurram. Hæc fortuna mutabilis & inconſtans fecit Agathoclem Siculum ex figulo regem, & Dionyſium gentium quondam terrorem Corinthi litterario ludo præfecit. Hæc Adramitterum Andriſcum in ſullonia natum ob Pſeudophilippi nomen evexit: & Perſei legitimum filium artem ferrariam ob quærendum docuit victum. Eadem Mancinum poſt imperium Numantinis, ſumma atrocitate Veturium & Claudium Corſis ſubſtravit, feritati Carthaginis Regulum: iſtius iniquitate Pompejus poſt quæſitum Magni ex rerum geſtarum amplitudine cognomentum, ad ſpadonum libidinem in Ægypto trucidatur. Et Eunus quidam ergaſtularius ſervus ductavit in Sicilia fugitivos. Quam ſplendido loco multi nati, eadem rerum Domina connivente, Viriati genua ſunt amplexi vel Spartaci? quot capita quæ horruere gentes, funeſti carnifices abſciderunt? Alter in vincula ducitur, alter inſperatæ præficitur poteſtati, alius à ſummo culmine dignitatis excutitur. Quæ omnia ſi ſcire quiſquam velit quam varia ſunt & aſſidua, arenarum numerum idem deſipiens & montium pondera ſcrutari poterit.* Confer cum his inſignem locum de rerum humanarum inconſtantia, qui eſt apud Philonem libro de Joſepho. Porro ex pluribus in Fortunæ potentiam Epigrammatibus adſcribam hoc loco unicum Luciani, quod extat in 1. Anthol. tit. εἰς τύχην:

Πολλὰ τὸ δαιμόνιον δωάτῃ, καὶν ἢ θεμιτὸν δοκέῃ.
Τὺς μὲν ἀνάγει, τὺς δὲ καθαίρει.
Καὶ σὲ τὸν ὀφρυῶν, ἢ τὸ τύφος καθαιρόν.

[1] *Humilemque victi sublevat fallax vultum;*
Non illa miseros audit; [2] *haud curat fletus,*
Utroque gemitus, dura quos fecit, ridet.
[3] *Sic illa ludit, sic suas probat vires,*
Suique magnum [4] *monstrat ostentum, si quis*
Visatur [5] *una stratus ac felix hora.*

PROSA II.

Vellem autem pauca tecum fortunæ ipsius verbis agitare. [6] Tu igitur an jus postulet, animadverte. Quid tu ô homo ream me cotidianis agis querelis? Quam tibi fecimus injuriam? Quæ tua tibi detraximus bona? Quo-

Καὶ ποταμὸς χρυσᾶ ῥάμφῃ σοὶ πυρέχῃ.
Οὐ θρύον, ἐμαλάχῃ ἄνεμός ποτε, πὰς ὁ μεγίστας
Ἢ δρύας ἢ πλατάνους οἵδε χαμαὶ ῥαΐσειν.

Quod sic in Latinos versus transtulit C. Rittershusius:

Admiranda valet ludens Fortuna patrare:
Deprimit elatos, tollit ad alta humiles.
Illa supercilium ac fastum & tibi comprimet, auri
Quamvis jam det uti flumina plena fluant.
Aspicis ut soleat quercus platanosque proceras,
Non malvam aut juncum, sternere ventus humi.

Idem.

1 *Humilemque victi.*] Senec. in Thyest. ℣. 35.

Miser ex potente fiat, ex misero potens,
Fluctuque regnum casus adsiduo serat.

Idem.

2 *Haut curat fletus.*] MSS. *aut curat.* Bern.

3 *Sic illa ludit.*] In Prosa seq. Fortuna de se ipsa: *Hæc nostra vis est, hunc continuum ludum ludimus. Ludus fortunæ.* Cassiodorus lib. 1. Var. Epist. 4. *Non fragili felicitate provectus, fortunæ ludo ad apicem fascium repentinis successionibus evolavit.* Horat. 1. Carm. Od. 2.

Heu nimis longo satiate ludo.

quo in loco *ludum* pro *bello* posuit. Sitzm.

4 *Monstrat ostentum.*] B. Augustl. 21. De Civ. Dei cap. 18. *Illorum quoque miraculorum multitudo sylvescit, quæ monstra, ostenta, portenta, prodigia nuncupantur. Quæ recolere & commemorare si velim, hujus operis quis erit finis? Monstra sane dicta perhibent à monstrando, quod aliquid significando demonstrent: & ostenta ab ostendendo; & portenta à portendendo, id est, præostendendo; & prodigia quod porro dicant, id est, futura prædicant.* De duobus Ostentorum generibus vide L. 38. ff. de V. S. *Idem.*

5 *Una stratus ac felix hora.*] Senec. in Hippol. ℣. 1136.

——— *volat ambiguis*
Mobilis alis hora. Nec ulli
Præstat velox fortuna fidem.

Idem.

6 *Tu igitur an jus postulet animadverte.*] Ita in Edit. Pulmanni, & recentiss. Fr. Raphelengii legitur. MSS. item Norimb. & Basil. Edition. rectius *animadverte.* Idem.

An jus postulet animadverte.] Hanc lectionem ut liquidò veram in contextum recepi. vulgati ineptè *animadvertere.* Bern.

1 *Ego*

Quovis judice de opum, dignitatumque mecum possessione contende. Et, si cujusquam mortalium proprium quid horum esse monstraveris, [1] ego jam tua fuisse, quæ repetis, sponte concedam. [2] Cùm te matris ex utero natura produxit, nudum rebus omnibus, inopemque suscepi, meis opibus fovi, &, quod te nunc impatientem nostri facit, favore prona indulgentiùs educavi, & omnium, quæ mei sunt juris, affluentiâ, & splendore circumdedi. [3] Nunc mihi retrahere manum libet; habe gratiam, velut [4] usus alienis. non habes jus querelæ, tamquam prorsus tua perdideris. Quid igitur ingemiscis? nulla tibi à nobis est allata violentia. Opes, honores, ceteraque talia mei sunt juris. Dominam famulæ cognoscunt; mecum veniunt, me abeunte discedunt. Audacter affirmem, si tua forent, quæ amissa conquereris, nullo modo perdidisses. [5] An ego sola meum jus exercere prohibebor? Licet cælo, proferre luci-

1 *Ego jam tua.*] Lipsii codex, *ego ea tua.* Idem.

2 *Cum te matris ex utero Natura produxit, nudum rebus omnibus.*] MSS. & Edition. Nor. Flor. non habent voculam *ex.* His autem Boëtianis fere geminum illud Q. Sereni capite 59.

Nudum hominem primum mater Natura profundit,
Insuper exruciat ———

Sitzm.

3 *Nunc mihi retrahere manum libet.*] Pub. Syrus:

Levis est Fortuna, cito reposcit, quod dedit.

Et alibi:

Fortuna usu dat, mancupio nihil.

Idem.

4 *Usus alienis.*] Maximi momenti est hic è philosophia Stoica locus, quem præcipuè inculcat Epictetus, *Nihil nostrum esse quod externum sit.* Is enim Enchiridii cap. xv. Μηδὲ πολὲ ἐπὶ μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσα αὐτό, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα. τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη. τὸ χωρίον ἀφῃρέθη; ἄκαν τῷ τοῦ ἀπεδόθη. *Nunquam te quicquam perdidisse dicito, sed reddidisse. Filiolus obiit? redditus est. Prædium est ereptum? annon id quoque redditum est?* Cui autem nisi Deo ejusque voluntati, & bonitati quæ dederat: Ἀ παιδῶν τῷ Θεῷ ἀ δέδωκεν ἑκὼν σὸν ἀποδώσεις; σὸν αἰσθήσῃ; ἀχ' ὡς Πλάτων λέγει, μελετήσεις, ἀχ ἀποθνήσκειν μόνον, ἀλλὰ κὴ φρεδῆλθεῖν, κὴ φοῦγειν, κὴ δέρεσθαι κὴ πωιθ' ἁπλῶς ἀποδίδοναι τ' ἀλλότρια. *Cum Deus ea, quæ dedit, repetit, non ultro reddes? non [ut Plato ait] meditaberis, non modo mori, sed & exruciari, & exsulare, & verberibus affici, omnia denique reddere aliena?* Epictetus idem apud Arrianum diss. 1. lib. IV. Ut sit nimirum quod ait Jobus, *Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.* Vall.

5 *An ego sola meum jus exercere prohibebor.*] MSS. *prohibebor.* Sitzm.

lucidos dies, eosdemque tenebrosis noctibus condere. licet anno, terræ vultum nunc floribus frugibusque redimire, nunc nimbis frigoribusque confundere. jus est mari, nunc strato æquore blandiri, nunc procellis ac fluctibus inhorrescere. Nos ad constantiam, nostris moribus alienam, inexpleta hominum cupiditas alligabit? Hæc nostra vis est, hunc continuum [1]ludum ludimus. [2]Rotam volubili orbe versamus, infima summis, summa infimis mutare gaudemus. Ascende si placet, sed ea lege, uti ne, cùm ludicri mei ratio poscet, descendere injuriam putes. An tu mores ignorabas meos? [3]Nesciebas Crœsum regem Lydorum Cyro paullò antè formidabilem, mox deinde miserandum rogi flammis traditum, misso cælitus imbre defensum? [4]Num te præterit Paullum [5]Persi regis à se capti calamitatibus pias impendisse lacrymas? Quid tragœdiarum clamor aliud deflet, nisi indiscreto ictu fortunam

1 *Ludum ludimus.*] Plautus in Pseudolo, Act. 1. Sc. 1.

—— *Ludis me ludo tuo.*

Idem.

2 *Rotam volubili orbe versamus.*] Videtur imitari illud Tibulli lib. 2. Eleg. 5.

Versatur celeri fors levis orbe rotæ.

Veteres, ut Fortunæ inconstantiam exprimerent, & quod volubiliter errando nullo in loco certa tenaxque permaneret, apertius demonstrarent, Rotæ eam insidere finxerunt, subindeque revolvi. Sed & Pittacus Fortunæ scalam Mitylenæ dedicavit, quo adumbraret repentinos ejus ascensus & descensus. Vid. Ælian. lib. 2. Var. Hist. cap. 29. *Idem.*

3 *Nesciebas Crœsum misso cælitus imbre defensum.*] Ausonius de Ludo Septem Sapientum succinctis versibus pæne totam de Crœso Historiam commemorans, inter alia hæc ponit verba:

Clamore magno ter Solonem, nuncupat.
Qua voce Cyrus motus, extingui jubet
Cyrum per omnem, & destrui ardentem pyram.
Et commodum profusus imber nubibus
Repressit ignem, &c. Idem.

4 *Num te præterit Paullum.*] Par fere pietas M. Marcelli, de quo B. Augustin. de Civ. Dei libro primo, cap. 5. *Egregius Romani nominis M. Marcellus, qui Syracusas, urbem ornatissimam, cepit, refertur eam prius flevisse ruituram, & ante ejus sanguinem suas illi lacrimas effudisse.* Et Alexandri Magni, de quo Q. Curt. l. 3. *Hoc mulierum errore comperto, Alexander fortunæ Darii, & pietati earum illacrimasse fertur.* De Lucio vero Æmilio Paullo ita scribit Sext. Aurelius Victor: *Iterum consul Persen Philippi filium Regem Macedonum apud Samothracas cepit, victum flevit, & assidere sibi jussit: tamen in triumphum duxit.* Idem.

5 *Persei regis.*] Regis scilicet Macedonum ultimi, de quo Paul. Æmilius triumphavit, ut legere est apud Livium lib. XLV. & Plutarchum in vita Æmilii, ubi inedia se confecisse, aut certè ob ereptum somnum interiisse scribit Plutarchus. *Vall.*

1 *Nonne*

nam felicia regna vertentem? [1]Nonne adolescentulus δύο τοὺς πίθους, τὸν μὲν ἕνα κακῶν, τὸν δὲ ἕτερον καλῶν, in Jovis limine jacere

1 *Nonne adolescentulus* δύο τοὺς πίθους.] Apponam verba D. Thomæ Aquinatis, quibus simpliciter citraque pompam hunc locum ita explicat: *Homerus volens ostendere mutabilitatem Fortunæ, describit in domo Iovis jacere duo dolia vini; unum boni, alterum mali. Et omnes intrantes domum de utroque oportebat gustare, sed quosdam plus de bono, quosdam vero plus de malo. Et hæc descriptio publice depingebatur Athenis in templo Iovis, ubi Boëtius studuit adolescens, sicut ipse testatur de Scholarium disciplina. Per domum autem Iovis Homerus significabat mundum: per duo dolia prosperitatem & adversitatem; & omnes qui vivunt in mundo de utroque gustant: quidam plus de prosperitate, quidam plus de adversitate.* Hæc D. Thomas. Quoniam vero dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ, non omittemus ipsum accedere Homerum, ejusque versus subscribere, qui leguntur Iliad. ω.

Ὣς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτῆσι
Ζώειν ἀχνυμένοις· αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσί.
Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται οὐδῷ Διὸς ἔνδον
Δώρων οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερον δ' ἐάων.
ὯΙ μὲν κεκραμένῳ δώῃ Ζεὺς τέρπικέραυνος,
Ἄλλοτε μὲν τε κακῷ ὅγε κύρεϊ, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ.
ὯΙ δέ κε τῶν λυγρῶν δώῃ, λωβητὸν ἔθηκε
Καί ἑ κακὴ βόρβορος ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει,
Φοιτᾷ δ' οὔτε θεοῖσι τετιμένος οὔτε βροτοῖσιν.

Quæ ad hunc modum Latina fecit Eobanus Hessus:

Sic enim statuere Dei mortalibus ægris,
Ut vitam mœrore refertam & luctibus ægram
Traducant: sine tristitia cœlestibus ævum
Omne sit, & nullos possint sentire dolores.
Præterea posuisse Iovem duo vasa loquuntur
Ante fores, primoque domus in limine cœli,
Quæ sint muneribus dandis mortalibus ægris
Plena, bonis alind, pejoribus illud abundet.
E quibus, ut voluit, Deus omnia sortibus æquis
Distribuit generi humano, simul omnia miscens,
Nunc bona, nunc mala; nunc læva, nunc lance secunda,
Cui mala contigerint, curæ hunc exponit iniquæ,
Tristibus ærumnis, miserique laboribus ævi.
Vivet enim neque diis gratus, neque gentibus ullis. Sitzm.

Nonne adolescentulus, δύο τοὺς πίθους, τὸν μὲν ἕνα καλῶν, τὸν δ' ἕτερον κακῶν, *in Iovis limine jacere dedicisti?*] Id est: Duo dolia, alterum bonorum, alterum malorum. Respicit fabulam quæ in Homeri Iliad. ω. oratione Achillis ad Priamum. *Bern.*

Δύο τοὺς πίθους.] Certum est hic Boëtium attingere eos Homeri versus Il. Ω.

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται οὐδῷ Διὸς ἔνδον
Δώρων οἷα δίδωσι κακῶν, ἕτερον δ' ἐάων,
Dolia quippe Iovis duo sunt in limine primo,
Donis plena, malis unum, melioribus illud.

Versum secundum sic legit Plutarchus lib. Πῶς δεῖ τὰ νέον ποιημάτων ἀκούειν.

Κηρῶν ἐμπλῆσαι, ὁ μὲν ἐσθλῶν, ὁ δὲ κακῶν.

Et hæc Platonicorum mens est, animæ, postquam in hæc inferiora lapsa est, datos ob corporis societatem motus sibi contrarios atque inter se maximè dissiden-

cere didicisti? Quid si uberiùs de bonorum parte sumsisti? quid si à te non tota discessi? quid si hæc ipsa mei mutabilitas justa tibi causſa est sperandi meliora? Tamen ne animo contabescas, & intra commune omnibus regnum locatus, proprio jure vivere desideres.

METRUM II.

Si quantas rapidis flatibus incitus
Pontus versat arenas,
Aut quot [1] stelliferis edita noctibus
Cælo sidera fulgent,
Tantas fundat opes, nec retrahat manum
[2] Pleno copia cornu;
Humanum miseras haud ideo genus
Cesset [3] flere querelas.
[4] Quamvis vota libens excipiat Deus
Multi prodigus auri,

dentes. quos qui ratione rexerit εὖ δίκῃ βιώσειε, *justè vixerit*; qui autem his se dederit ἀδικίᾳ, *injustè*. Hinc Maximo Tyr. dissert. xxxv. fontes sunt ejusmodi doliorum, ἄσκητὴ ψυχῆς καὶ μοχθηρία, *virtus animi atque improbitas*. Eum vide. Cui convenit & illud Prophetæ regis Psal. *Calix in manu Domini vini meri plenus mixto*. Imo & longè illud Diphili apud Stobæum verius est,

Ὥσπερ κυαθίζουσ' ἡμῖν ἡ τύχη,
Εὖ μὲν ἀγαθὰ ἐπιχέασα τοῖς ἐπαύλεσι πολλά.

Fortuna nobis, tanquam cyathos exsiccantibus,
Si unum bonum infundat, tria mala affundit. Vall.

1 *Stelliferis edita noctibus sidera.*] Venustè siderum matrem Noctem indigetat, quod etiam fecit suavissimus Tibullus lib. 2. Eleg. 1.

Ludite: jam nox jungit equos, currumque sequuntur
Matris lascivo sidera fulva choro.

ad quem locum vide quæ post M. Anton. Muretum Var. Lect. lib. 5. cap. 2. attulit I. Dusa filius. *Sitzm.*

2 *Pleno copia cornu.*] Senec. in Medea, de Venere:

Quæ dat belligeris fœdera gentibus,
Et cornu retinet divite copiam.

Statius in Sylvis:

— *& quæ tibi cunque beato*
Larga dedit Fortuna sinu.

Prudent. contra Symmachum:

— *saxa illita ceris*
Viderat, unguentoque lares humescere nigros,
Formatum Fortunæ habitum cum divite cornu.

Idem.

3 *Flere querelas.*] Nova phrasis, quam non facile apud alios invenies authores. Neutrum activè ponitur, addito nomine cognatæ significationis. *Idem.*

4 *Quamvis vota libens excipiat Deus.*] Senec. in Troad. ℣. 616.

Et huc & illuc anxios gressus refert,
Missasque voces aure sollicita excipit.

Idem.

1 *Avi-*

Et claris [1] avidos ornet honoribus,
Nil jam parta videntur:
Sed quæsita vorans sæva [2] rapacitas
Altos pandit hiatus.
[3] Quæ jam præcipitem frena cupidinem
Certo fine retentent,
Largis cùm potiùs muneribus fluens
[4] Sitis ardescit habendi?
[5] Numquam dives agit qui trepidus gemens
Sese credit egentem.

PROSA

1 *Avidos.*] Senec. in Herc. Oet. v. 631.

Avidis avidis Natura parum est.

Idem.

2 *Rapacitas.*] Senec. in Oct. ℣. 424.

Luxuria victrix orbis immensus opes
Iampridem avaris manibus, ut perdat, rapit.

In rapacitatem, sive mavis avaritiam, acriter invehitur, ejusque sordes graphicè depingit Prudent. in Psychom. Rapaces autem istos *Harpyias* nominat Rutilius Itinerarii libro 1.

— *sacri justissimus arbiter ævi*
Circumsistentes reppulit Harpyias;
Harpyias, quarum decerpitur unguibus orbis,
Qui pede glutineo quod tetigere trahunt.

Idem.

3 *Quæ jam præcipitem frena Cupidinem.*] Senec. in Octav. ℣. 416.

Cupido belli crevit, atque auri fames.

Juvenalis Sat. 14.

Inde fere scelerum causſæ, nec plura venena
Miscuit, aut ferro grassatur sæpius ullum
Humanæ mentis vitium, quam sæva cupido
Immodici census —

Vide quoque B. Augustinum lib. 3. de Civitate Dei, cap. 10. *Idem.*

4 *Sitis ardescit habendi.*] C. Plin. Sec. lib. 9. Epist. 30. *Ea invasit homines habendi cupido, ut possideri magis, quam possidere videantur.* Prudent. in Hamartig.

Gurges avaritiæ, finis quem nullus habendi
Temperat ——

Quî verò dubitem, Salvianum ad Carmen hoc Boëtianum respexisse? vide sis quid ille lib. 4. de Gubernat. Dei, de avaro quodam proferat: *Tum ille ejus rebus siti avida inhiaverat, ac prædam jam spe & cupiditate ardentissima devoraverat, respiciens ac vibrans in os meum truces oculos, utpote qui tolli sibi à me putaret, quod ipse alteri non tulisset, nequaquam hoc quod peterem facere se posse respondit.* Alia adducit Andreas Tiraquellus, de Nobilitate cap. 3. num. 5. & seqq. Multis quoque hoc malum passim in suis homiliis exagitat S. Chrysostomus: cujus loca omnia recensere hic nimis longum esset. *Idem.*

5 *Numquam dives agit.*] *Ille* siquidem, teste Seneca Epist. 15. *maximè divitiis fruitur, qui minimè divitiis indiget.* Claudian. 1. in Rufin. ℣. 200.

Numquam dives eris, nunquam satiabere quæstu:
Semper inops, quicunque cupit. —

Min. Felix in Oct. *Quis potest pauper esse, qui non eget, qui non inhiat alieno, quî Deo dives est? Magis pauper ille est, quî cùm multa habeat, plura desiderat.* & quæ sequuntur. *Idem.*

1 *Obli-*

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ім. І. МЕЧНИКОВА

PROSA III.

His igitur si pro se tecum fortuna loqueretur, quid profectò contrà hisceres non haberes. aut si quid est, quo querelam tuam jure tuearis, proferas oportet; dabimus dicendi locum. Tum ego: Speciosa quidem ista sunt, inquam, [1] oblitaque rhetoricæ ac musicæ melle dulcedinis; tum tantùm, cùm audiuntur, oblectant. Sed miseris malorum altior sensus est. Itaque cùm hæc auribus insonare desierint, insitus animum mæror prægravat. Et illa, Ita est, inquit. Hæc enim nondum morbi tui remedia, sed adhuc contumacis adversus curationem doloris fomenta quædam sunt. Nam quæ in profundum sese penetrent, cùm tempestivum fuerit, admovebo. Veruntamen ne te existimari miserum velis, an numerum modumque tuæ felicitatis oblitus es? [2] Taceo quòd desolatum parente, summorum te virorum cura suscepit; delectusque in affinitatem [3] principum civitatis, quod pretiosissimum propinquitatis genus est, priùs carus, quam proximus esse cœpisti. Quis non te felicissimum cum tanto splendore socerorum, cum conjugis pudore, tum masculæ quoque prolis oportunitate prædicavit? Prætereo (libet enim præterire communia) sumptas in adolescentia [1] negatas senibus dignitates: ad singularem felicitatis tuæ cumulum venire delectat. Si quis rerum mortalium fructus ullum beatitudinis pondus habet, poteritne illius memoria lucis quantalibet ingruentium malorum mole deleri? cùm duos pariter [2] consules liberos tuos domo provehi sub frequentia patrum, sub plebis alacritate vidisti; cùm eisdem [3] in curia curules insidentibus tu regiæ laudis orator, ingenii gloriam, facundiæque meruisti: [4] cùm in

1 *Oblitaque Rhetoricæ ac Musicæ melle dulcedinis.*] MS. Rittersh. *mellis dulcedine.* Idem.

2 *Taceo quod desolatum parente.*] MSS. Rittersh. *Taceo quod derelictum parente.* Idem.

3 *Principum civitatis.*] Festi nimirum & Symmachi. Festum quidem, caput senatus & exconsulem, ab anno scilicet CDLXXII. Anastasius biblioth. in Symmacho; Avitus vero episcopus Viennensis epist. 11. Symmachum inter primos senatores urbis agnoscit. Sed dubium omne tollit Ennodius Paræneticus scalica his verbis, *Patricii Festus & Symmachus, omnium disciplinarum materia & constantes forma sapientiæ, ab urbe sacratissima non recedunt. In ipsis est nobilis Curiæ Principatus; quos vidisse, crudiri est.* Iidem igitur sunt Boëtio & Ennodio principes Senatus seu civitatis, Consularium antiquissimi, Festus & Symmachus. iidem quoque quos postea soceros suos vocat Boëtius. Atque ut *in eorum affinitatem delectum se* ab eis testatur; ita & idem confirmat ead. Paræneti Ennodius hoc modo, *Est Boëtius Patricius, in quo vix discendi annos respicias, & intelligis peritiam sufficere jam docendi: de quo emendatorum judicavit electio.* per emendatos, ut mihi quidem videtur, viros illos summos intelligens. Elpis igitur Festi filia, ut Symmachi Rusticiana. Ambo enim rectè de Boëtio judicaverunt, dum eum uterque in generum elegit; Festus quidem data Elpe, Symmachus verò Rusticiana. *Vall.*

1 *Negatas senibus dignitates.*] Patriciatum, quo admodum juvenis ornatus est, & Consulatum fortassis intelligit. *Idem.*

2 *Consules liberos tuos.*] Ii ordinarii Consules fuere anno DXXII. adhuc pueri: Crediderim equidem consilio & ductu Symmachi avi, omnia in eorum Consulatu esse acta gestaque, maneat modò pro comperto [quod aliter sentire plerosque video] verè Consules fuisse. Ipse disertissimè affirmat hoc loco: sic enim ad eum Philosophia, *Poteritne illius memoria lucis quantalibet ingruentium malorum mole deleri, cum duos pariter Consules liberos tuos domo provehi sub frequentia patrum, sub plebis alacritate vidisti, cum eisdem in Curia Curules insidentibus tu regiæ laudis orator ingenii gloriam facundiæque meruisti; cum in Circo duorum medius Consulum circumfusæ multitudinis exspectationem triumphali largitione satiasti?* Et paulo post, *Quid dicam liberos Consulares* [scribit Boëtius post eorum Consulatum] *quorum jam, ut in id ætatis pueris, vel paterni vel aviti specimen elucet ingenii?* E domo patris profecti sunt frequenti senatu, in Curia sellas Curules conscenderunt, pro ea dignitate pater Theodericum absentem laudavit, in Circo ludos & largitionem exhibuerunt, exacto Consulatu Consulares nominantur. igitur Consules fuere. Quod confirmat auctor Hist. Miscellæ l. xv. dum ait, *Theod. Symmachum Exconsulem ac Patricium, & Boëtium seniorem & Exconsulem gladio trucidavit.* Nisi enim Boëtius junior Exconsul fuisset, qui necesse fuit patrem Boëtium Exconsulem, seniorem nuncupare. *Idem.*

3 *In curia Curules insidentibus.*] Agell. lib. 3. c. 18. ex Commentariis C. Bassi: *Senatores dicit in veterum ætate, qui Curulem magistratum gessissent, curru solitos honoris gratia in Curiam vehi, in quo curru Sella esset, quæ ob eam caussam Curulis appellatur.* De Consularibus ornamentis (inter quæ etiam Curules) scite Cassiodorus lib. 6. Variar. Form. 1. *Atque ideo per illam indictionem Consulatus te decoramus insignibus. Pinge vastos humeros vario colore palmatæ: validam manum victoriali scipione nobilita: lares proprios etiam calceis auratis egredere: sellam curulem pro sua magnitudine multis gradibus emissus ascende: ut in ocio subjectus merearis, quod nos per maximos labores assumimus imperantes.* Hæc saltem ex Gellio & Cassiodoro annotare libuit: plura si scire desideras, vide Antiquitatum Romanarum Johannis Rosini, viri in his rebus eximii, l bri noni caput nonum. *Sitzm.*

4 *Cum in circo.*] In Circo magnifica Ludorum Consularium functio obibatur. In edendis vero ejusce modi spectaculis oportebat Consules maximam opum copiam profundere, totoque abuti patrimonio: alioquin non poterant grati esse populo, neque videri satis implere personam amplissimi Magistratus. Vide G. Fornerium in Notis ad Cassiodor. Epist. 2. Variar. lib. 2. Fr. Jurc-

in circo [1] duorum [2] medius consulum circumfusæ multitudinis exspectationem, triumphali largitione satiasti. Dedisti, ut opinor, verba fortunæ, dum te illa demulcet, dum te, ut delicias suas, fovet. [3] Munus, quod [4] nulli umquam privato commodaverat, abstulisti. [5] Visne igitur cum fortuna [6] calculum ponere? [7] Nunc te primùm liventi oculo perstrinxit. Si numerum, modumque lætorum, tristiumve consideres, adhuc te felicem negare non possis. Quòd si idcirco te fortunatum esse non existimas, quoniam quæ tunc læta videbantur, abierunt; non est quòd te miserum putes, quoniam, quæ nunc creduntur mæsta, prætereunt. An tu in hanc vitæ scenam nunc primum subitus, hospesque venisti? ullamne humanis rebus inesse constantiam reris, cùm ipsum sæpè hominem velox hora dissolvat? Nam

Juretum in Miscell. ad Symmach. lib. 4. Epist. 61. Cujac. ad t. C. De spectac. & scen. & len. Alex. ab Alexandro, l. 4. Genial. dier. cap. 25. Et Jul. Cæs. Bulengerum de venatione Circi & Amphitheatri. Unicum hic subnectam locum ex Cassiodori Variar. libro 2. Epist. 2. in qua Theodericus Rex Felicem ad fastigium dignitatum ordinarie promovens, sic loquitur: *Sume igitur per indictionem quartam Consulatus insignia: dignumque te tantorum desideriis præsenti comproba largitate. Hic profecto locus est, ubi præconium meretur effusio: quando virtutis genus est, propriam substantiam non amare, ubi tantum opinionis acquiritur, quantum facultatibus abrogatur. Respice te supra omnium humeros atque ora volitare: talemque te præbe, ut dignus genere, dignus urbe, dignus nostro judicio, dignus trabeis æstimeris.* Sitzm.

1 *Duorum medius Consularis.*] MSS. & editiones Norimber. Florentin. Basil. *Duorum medius Consulum*, quod rectius procul dubio. *Idem.*

2 *Medius.*] Primus apud Romanos locus medius proximus dexter; ut docet contra Becanum I. Lipsius libro 2. Elector. cap. 3. Inter Consulares vero præferebatur is, qui prior gesserat consulatum, etiamsi posterior bis consul fuerat. Vide Jacob. Cujac. ad C. t. l. 2. lib. 12. *Idem.*

3 *Munus, quod nulli unquam privato commodaverat, abstulisti.*] MS. Rittersh. *Munus, quod nunquam ulli privato obtulerat, abstulisti.* quæ lectio elegantior videtur. *Idem.*

4 *Nulli unquam privato.*] Neque enim quisquam, etiam princeps, eodem anno duos filios Consules & quidem pueros vidit. Olybrium & Probinum, Probi filios, in Consulatu collegas Roma anno CCCVC. spectavit, sed jam viros. *Vall.*

5 *Visne igitur cum Fort.*] In MS. Rittersh. deest *igitur*. Sitzm.

6 *Calculum ponere.*] Petron. Arbiter, in Satyr. *Si bene calculum ponis, ubique naufragium est.* Plin. Secundus lib. 2. Epistola 14. *Hic quoque in conditionibus deligendis ponendus est calculus.* Idem.

7 *Nunc te primum liventi oculo perstrinxit.*] Hæc vera est lectio. *Præstrinxit*, id est, leviter & sine aliqua lasione aut periculo tetigit. Al. *perstrinxit.* Idem.

[1] Nam etsi rara est fortuitis manendi fides, ultimus tamen vitæ dies mors quædam fortunæ est etiam manentis. Quid igitur referre putas? Tune illam moriendo deseras, [2] an te illa fugiendo?

METRUM III.

[3] *Cum polo Phœbus roseis quadrigis*
Lucem spargere cœperit,
Pallet albenteis hebetata vultus
Flammis stella prementibus,
Cum nemus flatu Zephyri tepentis
[4] *Vernis inrubuit rosis,*
[5] *Spiret insanum* [6] *nebulosus* [7] *Auster,*
Jam spinis abeat decus:
[8] *Sæpe tranquillo* [9] *radiat sereno*
Immotis mare fluctibus;

Sæpe

1 *Nam etsi rara est fortuitis rebus man. fides.*] Expunge *rebus*, suadentibus MSS. Edition. Norimberg & Basilienses. *Sitzm.*

2 *Illa an te fugiendo.*] Hæc ex MSS. & edit. Flor. ita disponi debent: *An te illa fugiendo?* Idem.

3 *Cum Phœbus lucem spargere cœperit.*] Lucret. lib. 2.

—— aurora novo cum spargit lumine terras.

Idem.

4 *Vernis irrubuit rosis.*] Manil. lib. 5.

—— Tyrias imitata papavera luces,
Vernantisque rosæ rubicundo sanguine florem.

Idem.

5 *Spiret insanum.*] Plaut. in Bacchid. *Insanum magnum molior negotium.* Idem in Mostellar. vocat *porticum insanum bonum.* Plin. Sec. lib. 4. Epist. 2. *Luget insanes* Senec. in Thebaid. v. 429.

—— qualis insano ratis
Premente vento rapitur.

Idem.

6 *Nebulosus Auster.*] Agellius lib. 2. cap. 22. *Auster Græce νότος nominatur, quoniam est nebulosus atque humectus: νοτὶς enim Græce humor nominatur.* Senec. in Med. v. 583.

Non ubi hybernos nebulosus imbres
Auster advexit. ——

Idem.

7 *Auster.*] Apuleius de Mundo: *Meridies vero, quoniam eadem semper regione signatur, uno Austro, id est, νότῳ flatur.* Vegetius de re milit. lib. 4. *Meridianum cardinem possidet νότος, id est, Auster.* Idem.

8 *Sæpe tranquillo radiat sereno.*] Ambiguum utrum horum sit adjectivum, siquidem ambo promiscue usurpantur. Multorum instar sit locus ille Vegetii lib. 4. De re Militari, cap. 41. *Multis quoque signis de tranquillo procellæ, & de tempestatibus serena producuntur.* Idem.

9 *Radiat sereno.*] Rutil. Itin. lib. 2.

Arridet placidum radiis crispantibus æquor.

Lactantius de Resurrect. Dom. die:

Tempora florigero rutilant distincta sereno.

Idem.

Sæpe [1] ferventeis Aquilo procellas
[2] Verso concitat æquore.
Rara si constat sua forma mundo,
[3] Si tantas variat vices,
[4] Crede fortunis hominum caducis,
Bonis crede fugacibus.
[5] Constat, [6] æterna positumque lege est,
Ut constet genitum nihil.

PROSA IV.

1 *Fervontes procellas.*] Virg. 1 Georg.
—— *cava flumina crescunt*
Cum sonitu : fervetque fretis spumantibus æquor.
Idem.

2 *Verso concitat æquore.*] Ovid. Heroid. Epist. 7.
Aspice ut eversas concitet Eurus aquas.
Idem.

3 *Si tantas variat vices.*] Senec. in Med. ℣. 287.
—— *regnorum status*
Fortuna varia dubia quos agitat vice.
Prudent. lib. 2. Contr. Symmach.
Sic ævi mortalis habet se mobilis ordo,
Sic variat Natura vices. ——
Idem.

4 *Crede fortunis hominum caducis.*] Certissima Ironia, qua præmonemur nulli rei esse fidendum; propter multiformes, quæ in mundo, varietates. Bene, nec tamen minus ironice Seneca in Medea, ℣. 221.
Confide regnis cum levis magnas opes
Huc ferat & illuc casus. ——
Idem.

5 *Constat, æterna pos.*] Senec. in Herc. Oet. ℣. 1035.
Verum est quod cecinit sacer
Thressæ sub Rhodopes jugis
Tangens Thraciam chelym
Orpheus, Calliopæ genus :
Æternum fieri nihil.
Ibidem, ℣. 1099.
Quod natum est, poterit mori.
Idem.

6 *Æterna positumque lege.*] Æternam legem theologia nostra decernit esse, Rationem divinæ sapientiæ, secundum quam dirigit omnium creaturarum motus & actiones in suos fines. Cujus auctor Hierocli Commentario aureo est δημιουργικὸς νόος, ἢ ἡ θεία βούλησις, *mens opifex, ipsaque voluntas divina*, respectu scilicet Dei; eam vero respectu hominum consideratam ibidem esse dicit, ὡσαύτως ἔχουσαν ἐνέργειαν τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἀϊδίως καὶ ἀτρέπτως τὸ πάντα θεῖν εἰναι παρέχουσαν, *Dei actionem eodem modo se habentem, perpetuaque & immutabili ratione res omnes producentem.* Hinc Seneca lib. de Providentia cœlum fortuito motu non agi, sed tam varios siderum discursus *procedere æternæ legis imperio* ait. Passim quoque *divina* dicitur. quam Apuleius vult esse, ex mente Platonis, lib. de natur. Philosophia Platon. *fatum, per quod inevitabiles cogitationes Dei atque incepta complentur.* Eam sic describit Cicero lib. II. de Legib. *Hanc igitur video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam, nec scitum aliquod esse populorum : sed æternum quiddam, quod universum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia. Ita principem legem illam & ultimam, mentem esse dicebant, omnia ratione aut cogentis aut vetantis Dei. ex qua illa lex, quam Dii humano generi dederunt, rectè est laudata : est enim ratio mensque sapientis ad jubendum & ad deterrendum idonea.* Et paulo post, *Quæ vis non modo senior est quam ætas populorum & civitatum, sed æqualis illius cœlum atque terras tuentis & regentis Dei. nunquam enim esse mens divina sine ratione potest : nec ratio divina non hanc vim in rectis pravisque sanciendis habet.* Et iterum paulo post, *Erat enim ratio profecta à rerum natura, & ad rectè faciendum impellens & à delicto avocans : quæ non tum denique incipit lex esse cum scripta est, sed cum orta est. orta est autem simul cum mente divina. quamobrem lex vera atque princeps apta ad jubendum & ad vetandum, ratio est recta summi Jovis.* Archytas apud Stobæum serm. XLI. Πουηρῶν ἀθέων νόμοι θεῶν ἄγραφοι ἀνόμοι ζόμμοι πονηρῶν μοῖραν καὶ ζημίαν τοῦ μὴ πειθομένου διδόντες, πατέρες καὶ ἡγεμόνες τῶν γεγραμμένων νόμων καὶ δογμάτων ἀνθρώποις τεθέντων. *Adversus improbos mores institutæ sunt Deorum non scriptæ leges, malam sortem mulctamque non obedienti inferentes, parentes ac principes scriptarum legum & constitutionum inter homines.* Ex iis igitur pulcherrimis locis quid sit æterna lex patet; nimirum æternum quiddam, νόμῳ ἄγραφῳ, æquale cum Deo ætatis, νόος seu ratio summi Dei, denique *æterna* seu *divina lex.* ex qua aliæ humano generi datæ & tanquam ex fonte derivatæ sunt: hinc illa princeps seu ἡγεμὼν dicta. Eadem & lumen illud est hominum animis insitum, cujus eos participes fecit Deus, de quo propheta rex, ubi quæsivit *Quis ostendit nobis bona?* subjungit, *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* At Stoici post ejuratam veteris Academiæ rectam de Deo & religione opinionem *divinam* legem, obscuro verbo *naturalem* vocarunt; quemadmodum scripsisse Zenonem notat Cicero lib. I. de nat. deor. hinc *naturam sequi*, non *Deum* dixerunt; *Dei nomine* τὸν Θεὸν εἰς φύσιν *in naturam commutato*, inquit Clemens Alex. Strom. lib. II. Nimirum *hi*, ut est apud Ciceronem lib V. de finibus, *totam ad se nostram philosophiam transtulerunt : atque ut reliqui fures earum rerum quas ceperunt, signa commutant; sic illi ut nostris sententiis prosuis uterentur, nomina tanquam rerum notas mutaverunt.* Postremo legi æternæ Augustinus lib. I. de lib. arbitr. *temporalem opponit, quæ nihil aliud est*, inquit, *quàm neglectis rebus æternis, quibus per seipsam mens fruitur & per seipsam percipit & quas amans amittere non potest; temporalia & quæ per corpus hominis partem vilissimam sentiuntur & nunquam esse certa possunt, quasi magna & miranda sectari.* Unde Paulus ad Rom. VII. Βλέπω ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου, καὶ αἰχμαλωτίζοντά με τῷ νόμῳ τῆς ἁμαρτίας τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου. Et, Ἄρα οὖν αὐτὸς ἐγὼ τῷ μὲν νοΐ δουλεύω νόμῳ Θεοῦ, τῇ δὲ σαρκὶ νόμῳ ἁμαρτίας. *Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati quæ est in membris meis.* Et, *Igitur ego ipse mente servio legi Dei : carne autem, legi peccati.* Vall.

1 *Hoc est, quod recolentem me veh.*] In MS. Rittersh. *me* omittitur. *Sitzm.*

2 *Infelicissimum est genus infortunii, fuisse felicem.*] P. Syrus :
Nulla hominum major pœna est, quam infelicitas. Sitzm.

PROSA IV.

Tum ego, Vera, inquam, commemoras ô virtutum omnium nutrix, nec infitiari possum prosperitatis meæ velocissimum cursum. Sed [1] hoc est, quod recolentem vehementiùs coquit. Nam in omni adversitate fortunæ [2] infelicissimum genus est infortunii, fuisse feli-

se felicem. Sed quod tu, inquit, [1] falsæ opinionis supplicium luis, id rebus jure imputare non possis. Nam si te hoc inane nomen fortuitæ felicitatis movet, quàm plurimis maximisque abundes, mecum reputes licet. [2] Igitur si quod in omni fortunæ tuæ censu pretiosissimum possidebas, id tibi divinitùs illæsum adhuc,

1 *Falsæ opinionis.*] Hoc quoque Stoicorum præceptum est, quod ad tranquillitatem contra omnes casus maximè confert; si unusquisque, dum externis percellitur, sciat non se rebus adfligi, sed concepta de eis opinione. Decretum vetus audi. Ὅταν κλαίουσα ἴδῃς τινὰ ἐν πένθει, ἢ ἀποδημοῦντα τέκνα, ἢ ἀπολωλεκότα τὰ αὐτῆ, πρόσεχε μὴ σε ἡ φαντασία συναρπάσῃ, ὡς ἐν κακοῖς ὄντα ταῦτα τοῖς ἔκτος. ἀλλ' ἄθυς διαίρει πρὸς σεαυτὸν, καὶ ἔσω προσχόρησον, ὅτι τὸν θλίβει, ἢ τὸ συμβεβηκός, (ἄλλον γὰρ ἢ θλίβει) ἀλλὰ τὸ δόγμα τὸ περὶ τούτε. *Cum ejulantem quempiam videris in luctu, sive peregre profecto filio, sive rebus amissis: cave ne te visum illud moveat, ut existimes versari eum in malis ob externa: sed statim ipse tecum distinguito, sitque in promptu ut dicas, Istum affligit non casus ille (alium enim non affligit) sed concepta de eo opinio.* inquit Epictetus enchirid. Gemendum videtur ob mortem carissimi filii. imo, alias Anaxagoræ, quippe sapientissimo, gemendum quoque fuisset. is vero audito filii sui obitu, Ἤιδη φησὶ θνητὸν ἠρυηκώς, *Noram, inquit, me eum genuisse mortalem.* Seneca item lib. consol. ad Marciam, *Movet lugentem desiderium ejus, quem dilexit. id per se tolerabile apparet: Absentes enim absturosque, dum viverent, non flemus, quamvis omnis usus illorum nobis & conspectus ereptus est. Opinio est ergo quæ nos cruciat: & tanti quodque malum est, quanti illud taxavimus.* Neque gemendum ob exilium; alioqui & Marcellus doluisset. ipse vero sic de se ipso apud Senecam [Consol. ad Helviam] aliter affirmat, *Quod patria cares, non est miserum: Ita te disciplinis imbuisti, ut scires omnem locum sapienti viro patriam esse.* Neque enim vir sapiens ob res externas, quæ sibi alienæ sunt, movetur: neque ultra quam ut animus sibi benè sit conscius, inquirit. Cogitandum est, inquit apud Arrianum Epictetus, τί ἐμόν, καὶ τί οὐκ ἐμόν. καὶ τί μοι ἔξεστιν, καὶ τί μοι οὐκ ἔξεστιν. ἀποθανεῖν με δεῖ, μή; καὶ ἂν καὶ τέννυσθαι; δεθῆναι, μή; καὶ ἐὰν καὶ φλωθῆναι; φυγαδευθῆναι, μή τι καὶ κωλυθῆναι, γελασθῆναι, καὶ δυσμισθῆναι καὶ ἀτιμασθῆναι; εἰ πὲ τὰ ἀπόρρητα. εἰ λέγω τοῦτο γὰρ, ἐπ' ἐμοί ἐστιν. ἀλλὰ δίκασον. ἄνθρωπε τί λέγεις; ἐμέ; τὸ σκέλος μου δήσεις. τὸν προαίρεσιν ; οὐδ' ὁ Ζεὺς νικῆσαι δύναται. εἰς φυλακὴν σε βαλῶ. τὸ σῶμά σου ἀποκεφαλίσω σοι. πότε δέ σοι εἶπον, ὅτι μόνος ἐμοὶ ὁ τράχηλος ἀναπότμητός ἐστι; *quid tuum sit, quid non tuum; & quid tibi liceat, quid non liceat. Est tibi moriendum: nunquid etiam gementi? In vinculis esse oportet: nunquid ejulantem? Ire in exilium: ecquis prohibet ire cum risu, hilaritate & alacritate? Dic arcana. Non dico. hoc enim penes me est. At in vincula te conjiciam. Homo quid ais? me? pedem meum vincies, institutum autem meum ne ipse quidem Jupiter superabit. In custodiam te dabo: corpusculum capite truncabo. Quando ergo tibi dixi meas unius cervicis ferro esse inviolabiles?* Christianismum hæc spirant, sed paucis immutatis. abesset modo ab hac Stoicorum constantia, illa ἀπάθεια, ἀναλγησία, ἀνελεημοσύνη. *Vallin.*

2 *Igitur si quod in omni fortunæ censu.*] MSS. *in omni fortunæ tuæ censu.* Sitzm.

1 *Sym-*

adhuc, inviolatumque servatur, poterisne, meliora quæque retinens, de infortunio jure caussari? Atqui viget incolumis, illud pretiosissimum generis humani decus, [1] Symmachus socer, &, quod vitæ pretio non segnis emeres, vir totus ex sapientia, virtutibusque factus, suarum securus, tuis ingemiscit injuriis. Vivit

1 *Symmachus socer.*] Symmachorum stemma vir doctiss. Jac. Sirmondus erudita diligentia contexuit Notis suis ad VII. lib. epist. Ennodii; quas consule. Nos donec ad nostrum pervenerimus, pauca tantum ex eis excerpemus. Erat autem

I. L. AURELIUS AVIANIUS SYMMACHUS *Præfectus urbi anno* CCCLXIV. *Cujus sunt insignes illæ duarum statuarum Romæ & Constantinopoli inscriptiones.*

II. Q. AURELIUS SYMMACHUS L. F *Orator. Cujus sunt Epistolar. lib.* IX. *Relationum unus. in quibus famosa illa de Ara Victoriæ. Consul fuit ordinar. anno* CCCXCI.

III. Q. FABIANUS MEMMIUS SYMMACHUS *Patris Oratoris Epistolas digessit & edidit. Africæ Proconsul fuit anno* CDXV. *Præfectus urbi anno* CDXX.

IV. Q. AURELIUS SYMMACHUS *Consul ordinarius cum Aëtio anno* CDXLVI.

V. Q. AURELIUS MEMMIUS SYMMACHUS EXCONS. ORD. ET PATRICIUS. *Ut legere memini in antiquis exemplaribus Boëtii generi, qui aliquot ei opuscula sua inscribit. de quo hoc loco Boëtius. Consul fuit sine collega sub Odoacre anno* CDXXCV. *à Theoderico rege Judex in causa Basilii & Prætextati, qui magicarum artium accusabantur, inter alios delectus epistolar.* XXII. *lib.* IV. *apud Cassiodorum. apud quem & aliæ sunt Theoderici ejusdem ad Symmachum epistolæ. De eodem Hormisda Pontifex epist.* XXXVII. *&* LXVI. & Avitus episcopus Viennensis epistola II. *Cæterum ab eodem Theoderico impiis delatorum criminationibus incitato crudeliter una cum Boëtio genero cæsus est, ut narrat Procopius lib.* I. *de bello Gothico. Hujus filiæ duæ memorantur, Rusticiana uxor Boëtii, & Galla, de qua præter Fulgentium Gregorius Magnus* IV. *Dial.* XIII. *Filium nullum reliquit. Nam qui sequitur*

VI. SYMMACHUS *Collega Boëtii in Consulatu anni* DXXII. *non Symmachi Patricii filius, sed nepos fuit ex filia Rusticiana & Boëtio prognatus.* His quoque à nobis additur

VII. SYMMACHUS V. C. hujus fortasse filius. Cujus meminit Gregorius Magnus epist. XXXVIII. lib. IX. ad Rusticianam ejus, ut apparet, sororem per Indictionem IV. hoc est anno DC. scribens. Fuit &

VIII. SYMMACHUS V. C. & INL. in Oriente, qui anno DXVII. Anastasii imp. legatus Eutharico Cillicæ Theoderici genero Consulatus insignia detulit. ejusque Romæ magnificis spectaculis interfuit, ut auctor est Cassiodorus in Chronico. Quem Priscianus dicato de Ponderibus & mensuris libro laudat: Constantinopoli enim Priscianum docuisse coævi ejus Cassiodorus lib. de Orthographia, & Paulus Diaconus lib. I. Histor. Langobardorum testantur: & veteres ejus libri *Constantinopolitani doctoris* titulo prænotantur. De quo haud dubie Hormisda scripsit ep. XXXVII. & LXVI. Quem & Procopius lib. II. de bello Vandalico ait, Senatorem Constantinopoli fuisse Præfectumque equitatui & sumptibus ejus belli quod Germanus Justiniani imp. ex fratre nepos, in Stozam rebellis exercitus ducem movit & feliciter confecit. Romanum fuisse ibidem Priscianus scribit & ex Hormisda conjicitur. Cujus ædes magnificæ Constantinopoli in insigni illa populi seditione anno Justiniani V. incendio consumtæ sunt. ut est in Chron. Alexandr. *Vallin.*

[1] Vivit uxor ingenio modesta, pudicitiæ pudore præcellens, &, ut omneis ejus dotes breviter includam, patri similis. Vivit, inquam, tibique tantùm, vitæ hujus exosa, spiritum servat; quoque uno felicitatem minui tuam, vel ipsa concesserim, tui desiderio lacrymis,

1 *Vivit uxor.*] Scilicet Rusticiana non Elpis. Elpis enim nullis ex Boëtio procreatis liberis decessit. doctam fuisse Lil. Giraldus memoriæ prodidit, ut quæ eos Hymnos, qui in Ecclesia die Apostolis Petro & Paulo sacra canuntur, & jam à sanctissimo Papa Urbano VIII. emendati incipiunt, *Decora lux æternitatis. & Beate pastor Petre*, composuerit. Nos ejus epitaphium ex vet. cod. nostro descriptum integrum publicamus. Lil. Giraldus tres duntaxat priores versus protulit. quatuor P. Pithæus in editione Poëmat. veterum, non servato ordine, ut qui scilicet hic septimus & octavus est, ibi tertius esset & ultimus. Scripturam codicis repræsentavimus, tantum pro *aterque* in ultimo versu, reposuimus *uterque*; & pro *socius*, *socios*, optimo sensu. Porro Boëtii esse, ipsa carminis venustas declarat, quod etiamnum casta felicis conjugii sacra egregiè refert. aut si illius non sunt, ejus certè temporis esse videntur. Ea amissa Rusticianam duxit. Ejus nominis tres celebres fœminæ fuere.

I. Doctissima, filia Orfiti, Acyndini cons. soror, uxor fuit Q. AURELII SYMMACHI Oratoris: cui propterea *legenti meditantique candelas & candelabra tenuisse* ait Sidonius. Epistola x. libro II.

II. Hæc nostra, avo, patre, socero, marito, & filiis consulibus illustris, Q. AURELII MEMMII SYMMACHI filia, Boëtii uxor, qui ex ea duos filios, anno DXXII. Consules, suscepit. Cujus non aliud elogium clarius aut illustrius esse possit, quam quo hic ab sapientissimo marito ornatur, aut à Procopio libro III. Hist. Gothicæ. Roma enim à Gothis sub Totila obsessa, Romanis ducibus pecuniam largiendo, læsos adflictosque cohortatione opibusque tum impellendo, tum juvando, tenuiorum denique civium inopiæ subveniendo, facultatibus omnibus, quæ penes se erant, consumptis, nullum non exhibuit animi supra muliebres exemplum. Unde anno DXLVII. urbe capta parum abfuit quin à Gothis in ejus necem conspirantibus occideretur, [quod data Romani exercitus ducibus pecunia, Theoderici statuas, patris virique cædem ulta, collidi disturbarique curasset] ni esset à Totila barbaris suis mitiore, servata.

III. Ea ad quam Constantinopolim profectam scribit Gregorius Magnus epist. XXI. lib. II. Indict. X. hoc est anno DXCII. Et epistol. XXIII. lib. VII. epistol. XXXVIII. lib. IX. epist. XXIV. lib. XI. Eamque quantum coluerit his verbis ostendit epistola XXXVIII. libro IX. *Excellentiæ vestræ scripta suscepi, quæ me in gravissima ægritudine positum, de salute, de devotione ac de dulcedine tua omnino relevarunt. Unum vero ægre suscepi, quia in eisdem epistolis ad me, quod semel esse poterat, sæpius dicebatur*, ancilla vestra, ancilla vestra. *Ego enim qui per episcopatus onera servus sum omnium factus, qua ratione mihi se ancillam dicit, cujus, ante susceptum episcopatum, proprius fui?* Unde fœminæ patriciæ multis titulis obstrictum fuisse B. Gregorium appareat. Videtur illi Appio V. C. [filius fortasse Flav. Appionis anno DXXXIX. Cons. Strategii filii] gener & Srrategius nepos ex filia Eusebia; itemque Eudoxius & Gregoria liberi fuisse. Eidem Gregorio Magno auri X. libras in captivorum redemptionem, & vela pretiosissima B. Petro offerenda Constantinopoli Romam transmisit. quibus testimoniis magnificentia ejus pietasque non vulgaris elucent. *Vall.*

1 *Quid*

mis, ac dolore tabescit. [1] Quid dicam liberos consulares, quorum jam, ut in id ætatis pueris, vel paterni, vel aviti specimen elucet ingenii? Cùm igitur præcipua sit mortalibus vitæ cura retinendæ, [2] ô te, si tua bona cognoscas, felicem, cui suppetunt etiam nunc, quæ vita nemo dubitat esse cariora! Quare sicca jam lacrymas. Nondum est ad unum omneis exosa fortuna, nec tibi nimium valida tempestas incubuit, [3] quando tenaces hærent ancoræ, quæ nec præsentis solamen, nec futuri spem temporis abesse patiantur. Et hæreant, inquam, precor; illis namque manentibus, utcumque se res habeant, enatabimus. [4] Sed, quantum decus ornamentis nostris decesserit, vides.

1 *Quid dicam liberos consulares, quorum jam, ut in id ætatis pueris, vel paterni vel aviti specimen elucet ingenii?*] Jure ambigas, cur filios suos consulares nominarit Boëtius, cum in fastis eorundem consulatum non reperias, & ipse fateatur pueros fuisse. video dici posse appellatos consulares, quod patrem consulem habebant; sicut & consulis uxor, fœmina consularis dicitur. Et tamen sustinet assensionem meam ipse Boëtius, apud quem Philosophia hoc eodem libro, prosa III. *Si quis rerum mortalium fructus* (inquit) *ullum beatitudinis pondus habet, poteritne illius memoria lucis quantumlibet ingruentium malorum mole deleri, cum duos pariter consules liberos tuos domo provehi sub frequentia patrum, sub plebis alacritate vidisti? cum eisdem in curia curules insidentibus, tu regiæ laudis orator, ingenii gloriam facundiæque meruisti?* Hæc certa, clara, nec dubium quin verè Consules fuerint. Fasti nihil movent, cùm fieri possit ut suffecti fuerint non ordinarii Consules, nec mirum ideo si in fastis nomen non relatum. illud nexum injicit quod inter pueros. Vidimus nodum, & solvemus. Dum moribus antiquis stetit res Romana virisque annariæ leges viguere, sub Imperatoribus quod libuit sæpe licuit. Tacitus Annal. I. De Augusto. *Cajum ac Lucium in familiam Cæsarum induxerat, necdum posita puerili prætexta principes juventutis appellari, destinare Consules, specie recusantis flagrantissime cupiverat.* Quid cupiverat? perfecerat. Romæ marmor de Cajo: QUEM. POPULUS. COS. CREAVIT. ANNOS. NATUM. XIIII. Denique ut omne posticum occludam, Capitolinus in Gordiano juniore exerte: *Et hic finis belli intestini fuit*, inquit, *cum esset delatus Gordiano puero consulatus.* Quid hæres? principes re aut destinatione isti, scio. sed & ideo eadem ista prosa III. Philosophia, eximium hunc honorem respiciens, *Munus*, inquit, *quod nulli unquam privato commodaverat, abstuliſti.* Bernard.

2 *O te si tua bona cognoscas, felicem.*] Virg. 2. Georg. vſ. 77. 458.

O fortunatos nimium, sua si bona norint, Agricolas. —

Sitzm.

3 *Quoniam tenaces hærent.*] MS. Rittersh. *Quoniam tenaces hæserint ancoræ.* Idem.

4 *Sed quantum decus ornamentis nostris decesserit vides.*] Bene MS. Rittersh. *sed quantum ornamentis nostris decesserit vides.* Idem.

vides. Et illa, Promovimus, inquit, aliquantum, si te nondum totius tuæ sortis piget. Sed delicias tuas ferre non possum, qui abesse aliquid tuæ beatitudini tam luctuosus atque anxius conqueraris. Quis est enim tam compositæ felicitatis, ut non aliqua ex parte cum status sui qualitate rixetur? Anxia enim res est humanorum conditio bonorum, & quæ vel numquam tota proveniat, vel numquam perpetua subsistat. Huic census exuberat, sed est pudori degener sanguis. [1] Hunc nobilitas notum facit, sed angustiâ rei familiaris inclusus, esse mallet ignotus. Ille utroque circumfluus vitam cælibem deflet. Ille nuptiis felix, [2] orbus liberis, [3] alieno censum nutrit heredi. [4] Alius prole lætatus, filii, filiæve delictis mæstus illacrymat. Iccirco nemo facilè cum fortunæ suæ conditione concordat: inest enim singulis, quod inexpertus ignoret, expertus exhorreat. Adde quòd felicissimi cujusque delicatissimus sensus est, &, nisi ad nutum cuncta suppetant, omnis adversitatis insolens, minimis quibusque

1 *Hunc nobilitas notum facit, sed ang.*] Menander:

Πενία δ' ἄπιστον κἀτὰ σύμβολα ποιεῖ.

Salvian. lib. 3. De Gub. Dei: *Tanta est miseria hujus temporis, ut nullus habeatur magis nobilis, quam qui est plurimum dives.* His addi possunt notata ab Andr. Tiraquello in Lib. de Nobilitate, cap. 3. & 25. in quibus accurate inquirit; *An generis splendor perdatur ob paupertatem?* Sitzm.

2 *Orbus liberis.*] Theseus ad Senec. in Hipp. ✱. 1248.

O triste fractis orbitas annis malum.

Quintilian. Declamat. 6. *Quid ego putarem in rerum natura posse reperiri, quod orbitate acerbius videtur?* Vetus superstitio in tutela Orbonæ orbatos liberis parentes esse credidit, de qua Arnobius lib. 4. Adver. Gentes, Cyprianus de Idolis. *Idem.*

3 *Alieno censum nutrit heredi.*] Hoc genus divitias possessori invisas esse ait Pindarus Olymp. 11. ἐπεὶ ὁ πλέστων ὁ λαχὼν ποιμένα ἐπαυλὸν ἀλλότριον, ἀνάσσοντι συγερώτατον. Et Menander tristem esse rem pronuntiat, si quis in re lauta sine herede suo moriatur.

Ὀ δ' ὠνητὸν ἔσιν, δύτυχὲς τὰ βία,
Ἔχειν ἔρημον ἀλλοδόξε τὼ οἰκίαν.

vide Andr. Gail. l. 1. observation. 122. Ejusmodi vero fortunam expertus est Quintilianus, qui in Præfat. lib. 6. ita flebilibus modis conqueritur: *Nos miseri, sicut facultates patrimonii nostri, ita hoc opus aliis paramus, aliis relinquemus.* Idem.

4 *Alius prole lætatus, filii filiæve delictis mæstus illacrimat.*] Exempla huc pertinentia vide apud M. Anton. Muretum in Ethica Aristotelis libro primo & quæ notabo infra ad Prof. 7. libro 3. *Idem.*

1 *Beata*

que prosternitur, adeò perexigua sunt, quæ fortunatissimis beatitudinis summam detrahunt. Quam multos esse conjectas, qui sese cælo proximos arbitrentur, si de fortunæ tuæ reliquiis pars eis minima contingat? Hic ipse locus, quem tu exsilium vocas, incolentibus patria est. adeò nihil est miserum, nisi cùm putes: contraque [1] beata sors omnis est æquanimitate tolerantis. Quis est ille tam felix, qui cùm dederit impatientiæ manus, statum suum mutare non optet? Quam multis [2] amaritudinibus humanæ felicitatis dulcedo respersa est! quæ si etiam fruenti jucunda esse videatur, tamen, quò minùs, cùm velit, abeat, [3] retineri non possit. Liquet igitur quàm sit mortalium rerum misera beatitudo, quæ nec apud æquanimos perpetua perdurat, nec anxios tota delectat. [4] Quid igitur ô mortales extrà petitis intrà vos positam felicitatem? Error vos, inscitiaque confundit. Ostendam breviter tibi summæ cardinem felicitatis. Estne aliquid tibi te ipso pretiosius? Nihil, inquies. Igitur si tui compos fueris, possidebis quod nec tu amittere umquam velis, nec fortuna possit auferre. Atque ut agnoscas in his fortuitis rebus beatitudinem constare non posse, sic collige:

1 *Beata sors omnis æquanimitate tolerantis.*] Prudentius in Psychomachia ita loquentem introducit Patientiam:

— *lex habet istud*
Nostra: genus belli, Furias, omnemque malorum
Militiam, & rabidas tolerando extinguere vires.

Sitzm.

2 *Amaritudinibus humanæ felicitatis dulcedo respersa est.*] MS. Rittersh. *amaritudinibus vitæ humanæ respersa est dulcedo.* Lucretius elegantiss. lib. 4.

— *medio de fonte leporum*
Surgit amari aliquid quod in ipsis floribus angat. Idem.

3 *Retineri non possit.*] Edit. Nor. *retineri non potest.* Idem.

4 *Quid igitur ô mortales.*] Agellius lib. 2. cap. 29. *Quid aliud sanctiores libri philosophorum monent, quam ut in nobis tantum ipsis nitamur? Alia autem omnia, quæ extra nos, extraque nostrum animum sunt, neque pro nostris neque pro nobis ducamus.* Macrobius in Somnium Scipionis libro primo, capite nono: *Homini autem una est agnitio sui, si originis natalisque principia atque exordia prima respexerit, nec se quæsierit extra.* Cassiodorus lib. 11. Variar. 2. *Vigor ille rationabilis nobis consilium præstet: facies veritatis albescat, ne mentem nostrum innubilet caligo corporea: sequamur quod intus est, ne foris à nobis simus: instruat, quod de vera sapientia sapit: illuminet, quod cælesti claritate resplendet.* Idem.

collige: Si beatitudo eſt ſummum naturæ bonum ratione degentis, nec illud eſt ſummum bonum, quod eripi ullo modo poteſt; quoniam præcellit id, quod nequeat auferri: manifeſtum eſt, quod ad beatitudinem percipiendam fortunæ inſtabilitas aſpirare non poſſit. Ad hæc, quem caduca iſta felicitas vehit, vel ſcit eam, vel neſcit eſſe mutabilem. [1]Si neſcit, quænam beata ſors eſſe poteſt ignorantiæ cæcitate? Si ſcit, metuat neceſſe eſt, ne amittat, quod amitti poſſe non dubitat. quare continuus timor non ſinit eſſe felicem. An vel ſi amiſerit, negligendum putat? Sic quoque perexile bonum eſt, quod æquo animo feratur amiſſum. [2]Et quoniam tu idem es, cui perſuaſum atque inſitum permultis demonſtrationibus ſcio, menteis hominum nullo modo eſſe mortaleis: cumque clarum ſit, fortuitam felicitatem corporis, morte finiri: dubitari nequit, [3]ſi hæc auferre beatitudinem poteſt, quin omne mortalium genus in miſeriam, mortis fine, labatur. Quod ſi multos ſcimus beatitudinis fructum non morte ſolùm, verùm etiam doloribus, ſuppliciiſque quæſiſſe, quonam modo præſens vita facere beatos poteſt, quæ miſeros tranſacta non efficit?

METRUM IV.

Qui quis volet perennem
Cautus ponere ſedem,
[4]*Stabiliſque, nec ſonori*
Sterni flatibus [1]*Euri,*
Et fluctibus [2]*minantem*
Curat ſpernere Pontum;
[3]*Montis cacumen alti,*
Bibulas vitet arenas.
[4]*Illud protervus Auſter*
Totis viribus urget;
Hæ pendulum ſolutæ
Pondus ferre recuſant.
Fugiens periculoſam
Sortem ſedis amænæ,
[5]*Humili domum memento*
Certus figere ſaxo.
[6]*Quamvis tonet ruinis*
Miſcens æquora ventus,
[7]*Tu conditus quieti*
Felix robore valli,

1 *Si neſcit, quænam beata ſors eſſe poteſt ignorantiæ cæcitate.*] Auctior MS. Rittersh. *ſi neſcit, quænam beata ſors eſſe poterit ignorantiæ in cæcitate.* Sitzm.

2 *Et quoniam tu idem es, cui perſuaſum eſſe atque inſitum.*] MS. Erfurt. *Et quoniam idem es, cui perſuaſum atque inſitum permultis demonſtr.* Idem.

3 *Si hæc auferre beatitudinem poteſt.*] MS. Rittersh. *ſi hæc beatitudinem auferre non poteſt.* Edit. Flor. *ſi hæc afferre beatitudinem non poteſt.* Idem.

4 *Stabiliſque nec ſonori.*] *Stabilis*, id eſt, conſtans, impavidus. *Stabilis animus* apud Valerium Flaccum libro ſecundo:

— *ſtabilem quando optima facta*
Dant animum, majorque piis audacia cœptis. Idem.

1 *Euri.*] Agellius lib. 2. cap. 22. *Qui ventus ab oriente verno id eſt æquinoctiali venit, nominatur Eurus, ficto vocabulo, ut iſti ἐτυμολογικοὶ ajunt, ἀπὸ τοῦ ἕω ῥέειν. Is alio quoque à Græcis nomine ἀπηλιώτης, à Romanis nauticis Subſolanus cognominatur.* Idem.

2 *Minantem Pontum.*] Sen. in Thyeſt. ℣ſ. 290.

Hac ſpe ſubibit gurgitis tumidi minas. Idem.

3 *Montis cacumen alti.*] Senec. in Agam. ℣ſ. 90. & ſeq.

— *nubibus ipſis*
Inſerta caput turris pluvio
Vapulat Auſtro: denſaſque nemus
Spargens umbras annoſa videt
Robora frangi. feriunt celſos
Fulmina colles.

Vid. Virgil. 1. Georg. ubi Juppiter coruſca dextra fulmina molitur, & *aut Athos, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia cælo, Dejicit.* Idem.

4 *Illud protervus Auſter.*] Senec. in Hipp. ℣ſ. 1125.

Admota æthereis culmina ſedibus
Duros excipiunt Notos,
Inſani Boreæ minas,
Imbriferumque Corum.

In Oedipo ℣ſ. 8. & ſeq.

Ut alta ventos ſemper excipiunt juga;
Rupemque ſaxis vaſta dirimentem freta,
Quamvis quieti verberant fluctus maris;
Imperia ſic excelſa Fortunæ objacent. Idem.

5 *Humili domum memento.*] Nimis longum foret omnia ex Seneca huc quadrantia aſſcribere. vide ipſemet in Thyeſt. v. 447. & ſeq. in Oedip. ℣ſ. 890. in Herc. Fur. ℣ſ. 199. in Octav. ℣ſ. 884. & alibi paſſim. *Idem.*

6 *Quamvis tonet ruinis.*] Virgil. 1. Æneid.

Una Euruſque Notuſque ruunt —

Et 1. Georg.

At Boreæ de parte trucis cum fulminat, & cum
Eurique Zephyrique tonat domus —

Idem.

7 *Tu conditus quieti.*] Vid. Senec. in Hip-

Du-

Duces ſerenus ævum,
Ridens [1] ætheris iras.

PROSA V.

Sed quoniam rationum jam in te mearum fomenta deſcendunt, paullo validioribus utendum puto. Agè enim, ſi jam caduca & [2] momentaria fortunæ dona non eſſent, quid in eis eſt, quod aut veſtrum umquam fieri queat, aut non perſpectum conſideratumque vileſcat? [3] Divitiæne vel veſtri, vel ſui naturâ pretioſæ ſunt? Quid earum potiùs, aurumne, an [4] vis congeſtæ pecuniæ? [5] Atqui hæc effundendo magis quàm coacervando meliùs nitent: ſiquidem avaritia ſemper odioſos, claros largitas facit. Quòd ſi manere apud quemquam non poteſt, quod transfertur in alterum: [6] tunc eſt pretioſa pecunia, cùm, tranſlata in alios, largiendi uſu deſinit poſſideri. At eadem ſi apud unum, quanta eſt ubique gentium, congeratur, cæteros ſui inopes fecerit. Et [7] vox quidem tota pariter multorum replet auditum;

Hippolyt. ℣ſ. 1129. in Thyeſt. ℣ſ. 467. in Agamemn. ℣ſ. 100. *Idem.*

1 *Ætheris iras.*] Sic *Æquoris iræ* apud Val. Flaccum lib. 2.

— *quos ſternere Beſſi,*
Nec Geticæ potuere manus, aut æquoris iræ. Idem.

2 *Momentaneæ fortunæ dona.*] Magis arridet ſcripta lectio, *momentaria.* Bern.

3 *Divitiæne vel veſtri vel ſui natura precioſæ ſunt.*] MS. Rittersh. *Divitiæne vel veſtra, vel ſui.* Idem.

4 *Vis congeſtæ pecuniæ.*] Senec. in Herc. Fur. ℣ſ. 168.

— *hic nullo fine beatus*
Componit opes gazis inhians,
Et congeſto pauper in auro.

Juvenalis Sat. 10.

Sed plureis nimia congeſta pecunia cura
Strangulat, & cuncta exſuperans patrimonia cenſus. Idem.

5 *Atqui hæc.*] Germanius quod in ſcriptis; *atqui hæc.* Bern.

6 *Tunc eſt precioſa pecunia.*] Horat. Carm. 2. Od. 2.

Nullus argento color eſt avaris
Abdito terris inimice lamnæ
Criſpe Salluſti, niſi temperato
Splendeat uſu.

Diog. Laërtius de Bione lib. 4. Φησὶ πλέσιον μισεργόλογον, Οὐχ ἑτῶν (ἔφη) τὼ ὑσίων κέκλη, ἀλλ' ἡ ὑσία τῶτον. Apul. lib. 5. Metam. *Nec ſunt enim beati, quorum divitias nemo novit.* Caſſiodor. lib. 4. Var. 36. *Auri vena ſimilis eſt reliquæ terræ, ſi jaceat: uſu creſcit ad pretium, quando & apud vivos ſepulta ſunt quæ tenacium manibus includuntur.* Vide & Pindar. Iſthm. Od. 1. Martial. l. 12. Epig. 53. *Sitzm.*

7 *Vox quidem tota pariter multor. replet auditum.*] Lucretius lib. 4. quo vocem eſſe corpoream comminiſcitur:

Præterea edictum ſæpe unum perciet aures
Omnibus in populo miſſum præconis ab ore:

In

tum; veſtræ verò divitiæ, niſi comminutæ, in plureis tranſire non poſſunt. [1] quod cùm factum eſt, [2] paupere res neceſſe eſt faciant, quos relinquunt. O igitur anguſtas, inopeſque divitias, quas nec habere totas pluribus licet, & ad quemlibet ſine ceterorum paupertate non veniunt! [3] An gemmarum fulgor oculos trahit? Sed ſi quid eſt in hoc ſplendore præcipui, gemmarum eſt lux illa, non hominum: quas quidem mirari homines vehementer admiror. [4] Quid eſt enim carens [5] animæ motu, atque membrorum compage, quod animatæ rationabilique naturæ pulcrum eſſe jure videatur? Quæ tametſi conditoris operâ, ſuique diſtinctione poſtremæ aliquid pulcritudinis trahunt, infra veſtram tamen excellentiam collocatæ, admirationem veſtram nullo modo merebantur. [6] An vos agrorum pulcritudo delectat? Quid ni? [7] Eſt enim pulcerrimi operis pulcra portio. Sic quondam ſereni maris facie gaudemus: [8] ſic Cælum, Sidera, Solem, Lunamque miramur. Num te horum aliquid attingit? num audes alicujus talium ſplendore gloriari? An vernis floribus ipſe diſtin-

In multas igitur voces vox una repente
Diffugit, in privas quoniam ſe dividit aures;
Obſignans famam verbis, clarumque ſonorem. Idem.

1 *Quod cum factum eſt, pauperes.*] MS. Rittersh. *Quod cum factum ſit.* Idem.

2 *Pauperes neceſſe eſt faciant.*] Pub. Syrus:

Lucrum ſine damno alterius fieri non poteſt. Idem.

3 *An gemmarum fulgor.*] De Gemmarum vanitate Tertullianus de Habitu Mulieb. & Alcim. Avitus his verſibus:

Negligit hic virides riparum margo lapillos,
Et quas miratur mundi jactantia gemmas. Idem.

4 *Quid eſt enim carens animæ motu.*] Vide B. Auguſtin. lib. 11. De Civ. Dei, cap. 16. *Idem.*

5 *Animæ motu atque membrorum compage.*] In MSS. ſaltem: *animæ motu atque compage.* Idem.

6 *Agrorum pulcritudo vos delectat.*] Quomodo Socrates faſtum Alcibiadis, divitias multoſque agros poſſidentis retuderit, lege apud Ælian. lib. 3. Var. Hiſt. cap. 28. *Idem.*

7 *Eſt enim pulcerrimi operis pulcra portio.*] Vide Andr. Tiraquellum de Nobilitate cap. 30. Phocylides:

Χρὴ ζῶν πλέτε, μελέτω ἔχε πλοῦτον ἀρρῆ.
Ἀρρὴν γάρ τε λέγουσιν Ἀμαλθείας κέρας εἶναι.

Quod Phocylideum nihil loci habuit apud veteres Germanos, de quibus Cæſar 6. De Bello Gallico. *Idem.*

8 *Sic cælum, ſidera &c. miramur.*] Vide quæ notavimus ad Metr. 2. ℣ſ. 8. & 9. lib. 1. *Idem.*

1 *Aut*

ſtingueris? [1] aut tua in æſtivos fructus intumeſcit ubertas? Quid inanibus gaudiis raperis? quid externa bona pro tuis amplexaris? Numquam tua faciet eſſe fortuna, quæ à te natura rerum fecit aliena. Terrarum quidem fructus, animantium proculdubio debentur alimentis. Sed ſi, [2] quod naturæ ſatis eſt, replere indigentiam velis, nihil eſt quòd fortunæ affluentiam petis. [3] Paucis enim, minimiſque natura contenta eſt: cujus ſatietatem ſi ſuperfluis urgere velis, aut injucundum, quod infuderis, fiet, aut noxium. Jam verò [4] pulcrum variis fulgere veſtibus putas? quarum ſi grata intuitu ſpecies eſt, aut materiæ naturam, aut ingenium mirabor artificis. [5] An verò te longus ordo famulorum facit eſſe felicem? Qui ſi vitioſi moribus ſunt, [6] pernicioſa domus ſarcina, & ipſi domino vehementer inimica: ſin verò probi, quonam modo in tuis opibus aliena

1 *Aut tua in æſtivos fructus intumeſcit ubertas.*] MS. Rittersh. *An tua in* &c. *Idem.*

2 *Quod naturæ ſatis eſt.*]Horat. Carm. 3. Od. 16.

——— *multa petentibus*
Deſunt multa. bene eſt, cui Deus obtulit
Parca quod ſatis eſt manu.

Lucret. lib. 5.

Quod ſi quis vera vitam ratione gubernet;
Divitiæ grandes homini ſunt vivere parce
Æquo animo: neque enim eſt unquam penuria parvi. Idem.

3 *Paucis enim minimiſque.*] Manilius in princ. lib. 3.

Cumque ſui parvos uſus natura repoſcat
Materiem ſtruimus magnæ per vota ruinæ,
Luxuriamque lucris emimus, luxuque rapinas,
Et ſummum cenſus precium eſt offundere cenſum.
Solvite mortales animos, curaſque levate,
Totque ſupervacuis vitam deplete querelis. Idem.

4 *Pulcrum variis fulgere veſtibus.*]Lucret. lib. 2.

Nec calidæ citius decedunt corpore febres
Textilibus ſi picturis, oſtroque rubenti
Iacteris, quam ſi plebeia in veſte cubandum eſt.

Quam mordaciter Solon ditiſſimo Regum Crœſo, precioſiſſimis compto induviis, reſponderit, indicat prætet Herodotum Diog. Laërt. lib. 1. *Idem.*

5 *An vero te longus ordo famulorum facit eſſe felicem? qui ſi vitioſi moribus ſunt.*] MS. Rittersh. *An vero longus o. f. f. e. f. q. ſ. v. moribus ſint.* Idem.

6 *Pernicioſa domus ſarcina.*] Cui ſententiæ congruunt verba illa Varronis Ephebo ſeu Θεὶ ἐμμενῆς apud Nonium; *Crede mihi plures dominos ſervi comedere quàm canes. Quod ſi Actæon occupaſſet, & ipſe prius ſuos canes comediſſet, nunc non eſſet ſaltatoribus in theatro fabula.* Qui locus ſic rectè emendatur ex vet. cod. Nonii; in quo non *fieret*, ut in hactenus editis, ſed *fabula* optimè exaratum fuit. *Vall.*

Pernicioſa domus ſarcina.] MS. Erfurt. *perniciosa domus eſt ſarcina.* Sitzm.

1 *Quid*

aliena probitas numerabitur? Ex quibus omnibus nihil horum, quæ in tuis computas bonis, tuum eſſe bonum liquidò monſtratur. Quibus ſi nihil ineſt appetendæ pulcritudinis, [1] quid eſt, quòd vel amiſſis doleas, vel læteris retentis? Quòd ſi naturâ pulcra ſunt, quid id tua refert? Nam hæc per ſe à tuis quoque opibus [2] ſequeſtrata placuiſſent. Neque enim iccirco ſunt pretioſa, quòd in tuas venere divitias: ſed quoniam pretioſa videbantur, tuis ea divitiis annumerare maluiſti. Quid autem tanto fortunæ ſtrepitu deſideratis? Fugare, credo, indigentiam copia quæritis. Atqui hoc vobis in contrarium cedit. Pluribus quippe adminiculis opus eſt ad tuendam pretioſæ ſuppellectilis varietatem: verumque illud eſt, [3] permultis eos indigere, qui permulta poſſideant; contraque minimo, qui abundantiam ſuam naturæ neceſſitate, non ambitus ſuperfluitate metiantur. Itane autem nullum eſt proprium vobis, atque inſitum bonum, ut in externis, ac ſepoſitis rebus bona veſtra quæratis? [4] Sic rerum verſa conditio eſt, ut divinum merito rationis animal, non aliter ſibi ſplendere, niſi inanimatæ ſupellectilis poſſeſſione videatur? Et alia quidem ſuis con-

1 *Quid eſt, quod amiſſis doleas vel læteris.*] MS. *quid eſt quod, vel amiſſis doleas, vel læteris.* &c. *Idem.*

2 *Sequeſtrata.*] Id eſt, ſeparata, diviſa, ſejuncta. Hoc verbo, à *ſequeſtre* notiſſimo JC. deducto, uſi ſequioris ævi ſcriptores. Arnob. libro 5. Adv. Gentes: *Quibus furore mentito, & ſequeſtrata pectoris ſanitate circumplicatis vos anguibus?* Caſſiodorus lib. 1. Variar. 3. *Omnia bona ſuis ſunt conjuncta cum fructibus: nec credi poteſt virtus, quæ ſequeſtratur à præmio.* Inde *ſequeſtratim* pro ſeparatim, diviſim, apud eundem 11. Variar. 1. *Quæratis forſitan ſequeſtratim principis bona? abunde prædicat ſobolem, qui ejus laudat auctorem.* Idem.

3 *Permultis indigere eos, qui permulta poſſident.*] Horat. 4. Carm. Od. 9.

Non poſſidentem multa vocaveris
Recte beatum: rectius occupat
Nomen beati, qui Deorum
Muneribus ſapienter uti,
Duramque callet pauperiem pati;
Pejuſque leto flagitium timet.

Caſſiodorus 4. Variar. 39. *Avaritia talis ſorte punita eſt, ut cum multa rapiat, ſemper egeat.* Plura in hanc ſententiam habet Seneca Philoſophus. Et plura annotabo infra ad proſam 3. lib. 3. *Idem.*

4 *Sic rerum verſa conditio eſt.*] Auctior lectio MS. Rittersh. *ſic rerum verſa lex & conditio eſt.* Idem.

1 *Vos*

contenta sunt: [1] vos autem Deo mente consimiles, ab rebus infimis excellentis naturæ ornamenta captatis; nec intelligitis quantum conditori vestro faciatis injuriam. [2] Ille genus humanum terrenis omnibus præstare voluit: vos dignitatem vestram infra infima quæque detruditis. [3] Nam si omne cujusque bonum, eo cujus est, constat esse pretiosius, cùm vilissima rerum vestra bona esse judicatis, eisdem vosmet-ipsos vestra æstimatione summittis: quod quidem haud immeritò cadit. Humanæ quippe naturæ ista conditio est, ut tum tantùm ceteris rebus, [4] cùm se cognoscit,

1 *Vos autem Deo mente consimiles.*] Silius Ital. lib. 15. de homine:

Cui ratio & magnæ cælestia semina mentis
Munere sunt concessa Deûm —

Pindarus Neme. Od. 6. initio:

— ἀλλά τι θνατοφέρομεν
Ἔμπας, ἢ μέγαν νόον, ἢ —
Τοι φύσιν ἀθανάτοις.

Hinc & Oppian. ἀνθρωπὸν μακάρεσσι θεῷ vocavit humanum genus Halieutic. lib. 5. ℣. 7. ubi v. c. Rittersh. Commentaria. *Idem.*

2 *Ille genus humanum terrenis omnibus præstare voluit.*] Augustin. l. 11. De Civ. Dei, cap. 16. *In ipsorum hominum æstimatione, quorum certe natura tantæ est dignitatis, plerunque carius comparatur equus, quam servus: gemma, quam famula.* Idem.

3 *Nam si omne cujusque bonum eo cujus est.*] MS. Rittersh. *Nam si omne, quod cujusque bonum, id eo cujus est.* Idem.

4 *Cum se cognoscit.*] Cognitio sui ipsius, quod est præceptum verè divinum, duo apud philosophos complectitur, ne se infra dignitatem suam homo deprimat: ne se supra naturam suam efferat. Utriusque in id præceptum peccati una causa, falsum de rebus judicium. Ταπείνωσις enim illa, seu nimia demissio fit, cum timemus quod timendum non est, videlicet aut hominem animi impotentem, aut divitiarum jacturam; cum tamen vitæ nostræ studium esse potissimum sciamus ἐλεύθεραν ἀπολείσαι τὴν ἡμετέραν ψυχὴν, οἷαν αὐτὴν ὁ ποιήσας καὶ γενήσας δημιουργὸς καὶ πατὴρ προεβάλετο· ὥστε μήτε φοβεῖσθαί τι, μήτε λυπεῖσθαί ἐπί τινι, μήτε τοῦ τινῶν τῶν χρεών. *animum nostrum in eam asserere libertatem, in qua à parente & auctore Deo productus fuit: ut neque formidet quicquam, neque ulla re doleat, neque ulli deteriori naturæ serviat.* inquit Simplicius in Epict. Ench. Et eos etiam nobis naturæ lex divitiarum terminos statuat, *Non esurire, non sitire, non algere. Ut famem sitimque depellas, non est necesse superbis assidere liminibus, nec supercilium grave, & contumeliosam etiam humanitatem pati: non est necesse maria tentare, nec sequi castra. Parabile est quod natura desiderat, & expositum.* Seneca epist. 17. Ea igitur falsa bona [quæ Platonici fortunæ quidem commoda, non verò simpliciter bona nuncupant] dum animus noster esse vera bona credit, credendo ea exquirit, exquirendo verò se eis privari molestè fert. ideoque omni quod possidet bono ea præfert, seque miserum donec iis perfruatur existimat. hinc servitur potentiæ, opibus omnique alii fumo. Ἔπαρσις verò seu nimia elatio, cum quis ob earumdem rerum externarum possessionem superbit & inflatur. quem, quia id minime cum moderatione & judicio facit, in vanitatem & insipientiam labi necesse est. quod nimirum plus

scit, excellat: eadem tamen [1] infra bestias redigatur, si se nosse desierit. [2] Nam ceteris animantibus sese ignorare, natura est: hominibus verò, vitio venit. Quam verò latè patet vester hic error, qui ornari posse aliquid ornamentis existimatis alienis. At id fieri nequit. Nam si quid ex appositis luceat, [3] ipsa quidem, quæ sunt apposita, laudantur: illud vero his tectum, atque velatum [4] in sua nihilo minùs fœditate perdurat. [5] Ego verò nego illud esse bonum, quod noceat habenti. Num id mentior? Minimè, inquies. [6] Atqui divitiæ possidentibus persæpè nocuerunt, cùm pessimus quisque, eóque alieni magis avidus, quidquid auri usquam, gemmarumque est, se solum, qui habeat, dignissimum putat. Tu igitur, [7] qui nunc contum gladiumque solicitus

plus rebus quam earum natura patitur, attribuat. Rectè Apulejus libro de Intellectuali philosophia Platonis, seu de Deo Socratis, *Aliena autem voco quæ parentes peperierunt, & quæ Fortuna largita est: quorum nihil laudibus Socratis mei admisceo; nullam generositatem, nullam prosapiam, nullos longos natales, nullas invidiosas divitias. hæc enim cuncta, ut dixi, aliena sunt. Igitur omnia similiter aliena numeres licebit: Generosus est. parentes laudas. Dives est. non credo Fortunæ. Magis ista dinumero: Validus est. ægritudine fatigabitur. Pernix est. abibit in senectutem. Formosus est. expecta paulisper, & non erit.* Pro vero igitur sanctissimoque habeatur hoc Simplicii decretum, Οὐδὲν ὅπω φιλοσοφίας καὶ εὐζωΐας ἐστὶν ἀλλότριον, ὡς ἡ ἀνεπαισχύντου ὀφρύος καὶ κενῆς ἔπαρσις αὕτη τὸ γνῶθι σεαυτὸν ἐξ ἀρχῆς καὶ τέλους παύσης ἐπὶ φιλοσοφίας καὶ εὐζωΐας. *Nihil æquè à philosophia & recta vivendi ratione alienum est, quam elatum supercilium, & inanis ista elatio, divinum illud de seipso cognoscendo præceptum non reputans: quod & principium & finis est philosophiæ totius & omnis rectè vivendi rationis.* Vall.

1 *Infra bestias redigatur.*] Vid. Arist. 1. Polit. cap. 2. *Sitzm.*

2 *Nam ceteris animantibus sese ignorare.*] Eadem est opinio Turcarum, teste Augerio Busbequio Epist. 3. *Idem.*

3 *Ipsa quidem quæ sunt apposita.*] Ferri potest. cur tamen à veteri non stem? *ipsa siquidem.* Bern.

4 *In sua nihilominus fœditate perduret.*] MS. Rittersh. & edit. Flor. *Nihilominus in sua fœditate perdurat.* Sitzm.

5 *Ego vero nego illud esse bonum.*] MSS. *Ego vero nego ullum esse bonum.* Idem.

6 *Atqui divitiæ possidentibus persæpe nocuerunt.*] Nec vivis tantum, sed defunctis quoque. ut luculenta oratione demonstrarunt S. Chrysostomus homilia περὶ τελείας ἀγάπης, & hunc opt. magistrum imitatus optimus discipulus Isidorus Peluf. libro secundo epist. 146. Plautus in Captiv. Act. 2. Scen. 2.

Odi ego aurum: multa multis suasit perperam. Idem.

7 *Qui nunc contum.*] Tacitus Annal. XIV. *contis & remis & quæ fors obtulerat navalibus telis conficitur.* Suet. Caligula c. XXXII. *contis remisque detrusit in mare.* Epictetus apud Arrianum l. III. c. XXVI. ἐπ' ἄλλους ἔχεσι τοὺς ῥαδδοῦχους καὶ τοὺς κήρυκας,

tus pertimescis, si vitæ hujus callem vacuus viator intrasses, coram latrone cantares. O præclara opum mortalium beatitudo, quam cùm adeptus fueris, securus esse desistis!

METRUM V.

[1] *Felix nimium prior ætas,*
Contenta [2] *fidelibus arvis,*
Nec inerti perdita luxu;
[3] *Facili quæ sera solebat*

Jeju-

ηόντες, ἢ τὰς μαχαίρας. *Adversus alios habent fasces, & contos, & gladios.* Isidorus lib. XVIIII. cap. VII. *Hasta & contus cum ferro, cujus diminutivum facit hastile. Nomen autem hasta ab astu sumpsit, unde & astutia. contus ferrum non habet, sed tantùm cuspide acuta est.* Bern.

Qui contum gladiumque sollicitus pertimescis.] Alludit ad Historiam Dionysii, quam retulimus ad Prosa. 5. l. 3. Mutuatur autem hæc & sequentia ex Juvenale, cujus verba apponere non gravabor:

Pauca licet portes argenti vascula puri,
Nocte iter ingressus gladium contumque timebis,
Et motæ ad Lunam trepidabis arundinis umbram;
Cantabit vacuus coram latrone viator.

Apulejus lib. 1. Metam. *Quid viatori de summa pauperie latrones auferre possunt? An ignoras, inepte, nudum nec à decem palæstritis despoliari posse?* Eodem pertinet Jambicus Senarius iste:

Ἀπὸ γὰρ οὐδὲν ἔχοντι οὐδὲν ἂν λάβοις.

hoc est,

A nil habente auferre nil quisquam potest.

Et proverbium simile Græcorum refert Chrysostomus homil. 84. in Matth. ἢ οὐκ ἀκούεις τῆς παροιμίας λεγούσης ὅτι τὸ πένητα καὶ γυμνὸν ἐ δεῖ τὸ ὁμῶ σωιελθόντας ἀφαιρεῖσθαι ἀποδῦσαί πως; μειζόνως γὰρ ἔχει φοβεῖται τὸν πένητα, ὧν οὐδὲ ὁ βασιλεὺς αὐτὸς χρώ-

σασθαι δυνᾶται ἂν καὶ ἐλεῖν. Sitzm.

1 *Felix*, &c.] Cum toto hoc Carmine conferendus Virgil. 1. & 3. Geor. Tibull. l. 1. Eleg. 3. Lucret. lib. 5. in pr. Senec. in Med. ver. 329. & seqq. Horat. Epod. Od. 16. Ovid. 1. Metam. Juvenal. Sat. 6. aliique. *Idem.*

2 *Fidelibus arvis.*] Cur *fidelia arva*? forte quia tellus sponte sua fructus suppeditabat, nec unquam frustrabatur expectationem hominum, quod in aureo sæculo factum? Vid. Sen. in Hip. ver. 535. *Idem.*

3 *Facili quæ sera solebat.*] Antequam agrestem incultamque hominum vitam à communione brutorum animalium vel ferarum Liberi & Cereris sollertia & constitutio prima discerneret, mortales βαλανοφάγοι καὶ ὑδροπότης fuerunt, siquidem Poëtis aliisque scriptoribus (quod tamen majus fide) credimus; quorum testimoniis omissis apponam solummodo dulcissimos Sulpiciæ Poëtriæ versus. Ea in Satyra de statu Reipub. temporibus Domitiani, cum edicto Philosophos urbe exegisset, ita queritur:

—— quidnam pater ille Deorum
Cogitat? an terras & patria sæcula mutat?
Quasque dedit quondam morientibus eripit artes?
Nosque jubet tacitos, & jam rationis egenos,
Non aliter, primo quam cum surreximus ævo,

Glan-

[1] *Jejunia solvere glande.*
[2] *Non Bacchica munera norant*
[3] *Liquido confundere melle,*
[4] *Nec lucida* [5] *vellera Serum*
[6] *Tyrio miscere veneno.*

Somnos

Glandibus & puræ rursus procumbere lymphæ?

Notabile illud Cassiodori 6. Variar. 18. *Ceres frumenta dicitur invenisse: Pan autem primus conspersas fruges coxisse perhibetur: unde & nomine ejus panis est appellatus.* Idem.

1 *Jejunia solvere glande.*] Totum hunc versum Rustico suo inseruit Angelus Politianus:

Et perferre sitim & jejunia solvere glande,
Et lassare feras cursu ——

Idem.

2 *Non Bacchica munera norant.*] Virg. 1. Georg. De Baccho & Venere:

—— vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutavit aristâ
Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis.

Quod Virg. dixit *miscere*, noster *confundere*, pari significatu. *Idem.*

3 *Liquido confundere melle.*] Notus mos priscus, vinum & mel principio cænæ apponi consuevisse, ut conviva quisque pro arbitrio id temperans mulsum sibi conficeret. Adi Minervæ & Musarum amores J. Lipsium amicissimum cognatum meum Antiq. lection. lib. III. *Bern.*

4 *Nec lucida vellera Serum.*] Pellucebant siquidem sericæ vestes, ut Ammianus ait, *tenerrima subtilitate.* Idem.

5 *Vellera Serum.*] Vellera illa tenuia, quæ Seres foliis depectunt, *crines lactos* nominat Cassiodorus, qui carneo poculo bis terque satiati pulcerrima ebrietate rubeant. Senec. in Hippolyt. v. 386.

Removete famulæ purpura atque auro illitas
Vestes, procul sit muricis Tyrii rubor,
Quæ fila ramis ultimi Seres legunt.

In Thyest. ver. 378.

—— quocunque loco jacent
Seres vellere nobiles.

In Here. Oet. ver. 667.

Nec Mæonia distinguit acu,
Quæ Phœbeis subditus Eurus
Legit Eois Ser arboribus.

Avitus Alcimus lib. ad Fuscinam sororem:

Nec te Sidonium bis cocti muricis ostrum
Induit, aut rutilo perlucens purpura cocco,
Mollia vel tactu quæ mittunt vellera Seres.

Solinus cap. 53. de Seribus & Serico vellere: *Seres aquarum aspergine inundatis frondibus, vellera arborum adminiculo depectunt liquoris, & humoris teneram subtilitatem humore domant ad obsequium. Hoc illud est Sericum, in usum publicum damus severitatis admissum, & quo ostentare potius corpora, quam vestire, primo feminis, nunc etiam viris persuasit luxuriæ libido* &c. *Idem.*

6 *Tyrio miscere veneno.*] Puniceam infecturam, apud Tyrios inventam intelligit, de qua Cassiodor. 1. Variar. 2. *Verum talis tantaque res quam facili legitur inventa compendio? Nam cum fame canis avida in Tyrio littore projecta conchylia impressis mandibulis contudisset, illa naturaliter humorem sanguineum defluentia, ora ejus mirabili colore tinxerunt: & ut est mos hominibus, occasiones repentinas ad artes ducere, talia exempla meditantes fecerunt principibus decus nobile dare, quod substantiam noscitur habere mediocrem.* Propert. lib. 3. Eleg. 12. ver. 7.

—— Tyros ostrinos præbet Cadmea colores.

Alia ex Polluce & Nonno attulit politiss. Politianus Miscellaneor. cap. 12. *Idem.*

[1] *Somnos dabat herba salubreis,*
[2] *Potum quoque lubricus amnis,*
Umbras altissima pinus.
[3] *Non dum maris alta secabat,*
[4] *Nec mercibus undique lectis*
[5] *Nova litora viderat hospes.*
[6] *Tunc classica sæva tacebant,*
Odiis neque fusus acerbis
[7] *Cruor horrida tinxerat arma.*

Quid

1 *Somnos dabat herba.*] Senec. in Hippolyt. ℣. 508.

— *juvit aut amnis vagi*
Præbisse ripas, cespite aut nudo leves
Duxisse somnos —

Vide Jacob. Pontan. ad Virgil. Eclog. 1. *Idem.*

Somnos salubres.] Virgil. 3. Georg.

— *nec somnos abrumpit cura salubres.*

Idem.

2 *Potum quoque lubricus amnis.*] Lucret. lib. 5.

-- *sedare sitim fluvii, fonteſque vocabant.*

Senec. in Hipp. ℣. 513.

Excussa sylvis poma compescunt famem,
Et fraga parvis vulsa dumetis cibos
Facile ministrant. regios luxus procul
Est impetus fugisse: sollicito bibant
Auro superbi. quam juvat nuda manu
Captasse fontem! certior somnus premit
Secura duro membra versantem toro.

Idem.

3 *Nondum maris alta secabat.*] Senec. in Hipp. ℣. 228.

Nondum secabant credulæ pontum rates,
Sua quisque norat maria —

Idem.

4 *Nec mercibus undique lectis.*] Manil. lib. 1.

Et vagus incertum penetravit navita Pontum,
Fecit & ignotis itiner commercia terris.

Pariſima autem hiſce tribus verſibus illa Tibulli lib. 1. Eleg. 3.

Nondum cæruleas pinus contempserat undas,
Effusum ventis præbueratque sinum,
Nec vagus ignotis repetens compendia terris,
Presserat externa navita merce ratem. Idem.

5 *Nova litora.*] Senec. in Med. v. 331. & seqq.

Candida nostri sæcula patres
Videre, procul fraude remota;
Sua quisque piger litora tangens
Patrio senex factus in arvo,
Parvo dives, nisi quas tulerat
Natale solum, non norat opes.

Rex Colchorum ad Argonautas apud Val. Flacc. lib. 7.

Orbe satos alio, sua litora, regnaque habentes,
Quis furor has mediis tot fluctibus egit in oras?

De audacia primorum Nautarum multa Senec. in Medea, Chor. 2. Stat. lib. 1. Achill. Horat. 1. Carm. Od. 2. Phædrus 4. Fab. Claudian. in Præfat. lib. 1. de Rapt. Proserp. *Idem.*

6 *Tunc classica sæva tacebant.*] Virg. 2. Georg.

Nec dum etiam audierant instari classica, nec dum
Impositos duris crepitare incudibus enses.

Horat. Epod. Od. 2.

Nec excitatur classico miles truci,
Nec horret iratum mare.

Idem.

7 *Cruor horrida tinxerat arma.*] MS. *Cruor horrida tinxerat arva.* Senec. in Oct. ℣. 390. & seq.

— *humanum genus*

Non

[1] *Quid enim* [2] *furor hostilis ulla*
Vellet prior arma movere,
Cùm vulnera sæva viderent,
Nec præmia sanguinis ulla?
[3] *Utinam modò nostra redirent*
In mores tempora priscos!
[4] *Sed sævior ignibus Ætnæ*
[5] *Fervens amor ardet habendi.*
[6] *Heu, primus quis fuit ille,*
[7] *Auri qui pondera tecti,*

Gem-

Non bella norat, non tubæ fremitus truces,
Non arma gentes, cingere assueraut suas
Muris nec urbes —

Idem in Hipp. ℣. 531.

Non arma sæva miles aptabat manu.

Idem.

1 *Quid enim furor hostibus.*] MSS. *Quid enim furor hostilis ulla.* Idem.

2 *Furor.*] Statius 7. Thebaid. Satellites Martis ait esse, Impetum, Nefas, Iram, Metum, Insidias, Discordiam, Furorem, Crudelitatem, Mortem. *Idem.*

3 *Utinam modo nostra redirent.*] Prudentius 2. contra Symmachum in re quidem diversa, iisdem tamen verbis:

Edomiti jam triste fremant, iterumque ferinos
In mores redeant, atque ad sua prisca recurrant. Idem.

4 *Sed sævior ignibus Ætnæ.*] Senec. in Herc. Oet. ℣. 286.

— *quis ignis tantus in cælum furit*
Ardentis Ætnæ —

Lucret. lib. 2.

Eximiis vero furit ignibus impetus Ætnæ.

Idem.

5 *Fervens amor ardet habendi.*] Lucret. lib. 5.

Nimirum quia non cognovit qui sit habendi
Finis —

Evander apud Virgil. 8. Æneid.

Deterior donec paullatim ac decolor ætas,
Et belli rabies, & amor successit habendi.

Prudent. in Psychom.

Nec parcit propriis amor insatiatus habendi
Pignoribus —

Arnob. lib. 2. Adv. Gentes: *Iccirco animas misit, ut quæ secum commorantes possessionis alicujus nullum unquam habuissent amorem: avarissimæ hic fierent, & in habendi studium inexaturabili pectoris ardescerent appetitu: effoderent altos montes, & viscera ignota terrarum in materias verterent alieni nominis atque usus.* Idem.

6 *Heu primus quis fuit ille.*] Si credimus Cassiodoro, primi *aurum Æacus, argentum Indus rex Scythiæ repererunt.* & humano usui tradiderunt. Vid. 3. Variar. 25. Videtur autem noster imitari Tibullum qui lib. 1. Eleg. 10. inquit,

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses? Idem.

7 *Auri qui pondera tecti.*] At quanto meliores Babytaces incolæ? de quibus Solinus cap. 8. *A Susis Babytace oppidum 135. millibus passuum distat, in quo mortales universi odio auri coemunt hoc genus metalli, & abjiciunt in terrarum profunda, ne polluti usu ejus avaritiæ corrumpant æquitatem.* Et Cyreni, quos hoc encomio celebrat Severus Sulpicius Dialog. 1. De Miraculis S. Martini Episcopi: *Cum hominum mores quæreremus, illud præclarum animadvertimus, nihil eos neque emere neque vendere. Quid sit fraus atque furtum nesciunt. Aurum atque argentum, quæ prima mortales putant, neque habent neque habere cupiunt.* Quin & C. Julius Cæsar lib. 6. de Bello Gallico affirmat Germa-

Gemmasque latere volenteis,
[1] Pretiosa pericula fodit?

PROSA VI.

Quid autem de dignitatibus potentiaque differam, quas vos, veræ dignitatis ac poteſtatis inſcii, cælo exæquatis? Quæ ſi in improbiſſimum quemque cecideriſent, quæ [2] flammis Ætnæ eructantibus, quod diluvium tantas ſtrages dederint? Certè, uti meminiſſe te arbitror, [3] conſulare imperium, quod libertatis principium

nos veteres accuratius proſpexiſſe, *ne oriretur pecuniæ cupiditas, qua ex re factiones diſſenſioneſque naſcerentur.* Idem.

1 *Pretioſa pericula fodit.*] Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 8.

Non tamen hæc loca ſunt ullo pretioſa metallo:
Hoſtis ab agricola vix ſinit illa fodi. Id.

2 *Flammis Ætnæ.*] Silius Italicus lib. 14. eleganter Ætnæ montis ingenium depingit hiſce verſibus:

Aſt Ætna eructat tremefactis cautibus ignes,
Incluſi gemitus pelagique imitata furorem,
Murmure per cæcos tonat irrequieta fragores,
Nocte dieque ſimul fonte è Phlegetontis, ut atro
Flammarum exundat torrens, piceaque procella
Semiambuſta rotat liquefactis ſaxa cavernis.
Sed quanquam largo flammarum exæſtuat intus
Turbine, & aſſidue ſubnaſcens profluit ignis:
Summo cana jugo cohibet (mirabile dictu)
Vicinam flammis glaciem, æternoque rigore
Ardentes horrent ſcopuli, ſtat vertice ceſſi
Collis hiems, calidaque nivem tegit atra favilla:

Ovidius lib. 2. de Ponto, Eleg. 10. fingit Ætnæ Gigantem eſſe ſuppoſitum, qui flammas ore evomat. Ita enim ille:

Vidimus Ætnæa cœlum ſplendeſcere flamma,
Suppoſitas monti cum vomit ore gigas.

De Ætna præterea Pindarus Pyth. Od. 1. Oppian. 1. Cyneget. Lucret. libro primo & libro ſexto. Ælian. lib. 8. Variar. Hiſt. cap. 11. Solin. cap. 42. Seneca Epiſt. 80. Vibius Sequeſter de Montibus. B. Auguſt. libro 3. De Civ. Dei cap. 2. & libro quarto, cap. 2. ubi citat Apulejum de Mundo, qui ſcripſerit, flumina flammarum ex Ætna cucurriſſe, Martian. Capell. lib. 6. De Nupt. Philolog. Salvian. lib. 7. De Gubernatione Dei, aliique plurimi. *Idem.*

3 *Conſulare imperium.*] Tunc ſcilicet cum creati ſunt Decemviri: qui paulo poſt ob Virginiæ cædem ſeditione orta, coacti magiſtratu ſe abdicavere: ut legere eſt apud Livium decad. 1. lib. III. ubi inter cætera air, *Anno trecenteſimo altero, quam condita Roma erat, iterum mutatur forma civitatis ab Conſulibus ad Decemviros, quemadmodum ab Regibus an è ad Conſules venerat, tranſlato imperio. Minus inſignis, quia non diuturna mutatio fuit. Læta enim principia magiſtratus ejus nimis luxuriavere: repetitumque, duobus uti mandaretur Conſulum nomen imperiumque.* Vall.

Conſulare imperium.] B. Auguſtinus libro quinto De Civ. Dei, cap. 12. *Hinc eſt quod regalem dominationem non ſerentes, annua imperia binoſque imperatores ſibi fecerunt, qui Conſules appellati ſunt à conſulendo*, &c. Vide eundem libro tertio, cap. 16. *Sitzm.*

cipium fuerat, ob ſuperbiam conſulum [1] veſtri veteres abolere cupierunt: qui [2] ob eandem ſuperbiam priùs regium de civitate nomen abſtulerant. [3] At, ſi quando, quod perrarum eſt, probis honores deferantur, quid in eis aliud, quàm probitas utentium, placet? Ita fit, ut non virtutibus ex dignitate, ſed ex virtute dignitatibus honor accedat. Quæ verò eſt iſta veſtra expetibilis, ac præclara potentia? Nonne ô terrena animalia conſideratis, [4] quibus qui præſidere videamini? Nam ſi inter mures videres unum aliquem [5] jus ſibi, ac poteſtatem præ ceteris vendicantem; quanto movereris cachinno! [6] Quid verò, ſi corpus ſpectes, imbecillius homine reperire queas, quos ſæpè muſcularum quoque vel morſus, vel in ſecreta quæque reptantium necat introi-

1 *Veſtri veteres.*] Ὑμέτεροι πρόγονοι. Gellius lib. 1. c. 15. *Veteres quoque noſtri hoc genus homines in verba provectos, locululeios, & blaterones, & linguaces dixerunt.* Idem.

2 *Ob ſuperbiam regium de civitate nomen abſtulerant.*] Quod factum eſt regnante Tarquinio Superbo, qui occiſo Servio Tullio Romanorum Rege VI. imperium ſceleſte occupavit. Tum enim bini Conſules cœperunt pro uno Rege annis ſingulis adminiſtrare Rempub. L. Florus lib. 1. cap. 7. *Tamdiu ſuperbiam Regis populus Romanus perpeſſus eſt, donec aberat libido: hanc ex liberis ejus importunitatem tolerare non potuit, quorum cum alter ornatiſſimæ feminæ Lucretiæ ſtuprum intuliſſet, matrona dedecus ferro expiavit: imperium tum regibus abrogatum.* Tarquinium autem cognomen moribus meruiſſe, etiam confirmat Propertius libro tertio Eleg. 10. his verſibus:

Quid nunc Tarquinii fractas juvat eſſe ſecures,
Nomine quem ſimili vita ſuperba notat. Idem.

3 *At ſi quando, quod perrarum eſt, probis honores deferantur.*] MS. Erfurt. *At ſi quando, quod perrarum, pr. h. d.* prætermiſſo *eſt.* Idem.

4 *Quibus qui præſidere videamini.*] Imitari locum illum Arriani videtur cap. XIII. lib. 1. Ἀλλ' εἰ ἓν τινὶ τοιαύτῃ χώρᾳ περιέφυγες ὑπερηφάνου, δύνῃ τύραννον καθαρὰν στεῶν; ἢ μεμνήσῃ τίς εἶ, ἢ τίνων ἄρχεις; ὅτι συγγενῶν, ὅτι ἀδελφῶν φύσει, ὅτι δὲ Διὸς ἀπογόνων. *An ſi tali quopiam loco es conſtitutus, qui excellat, ſtatim ipſe tyrannidem occupabis? non recordaberis qui ſis & quibus imperes? nonne cognatis? nonne fratribus germanis? nonne à Jove optimo maximo oriundis?* Prudentius periſteph. Hymn. x. optimè

Dei parentis eſſe ab ore cœpimus,
Cui quiſque ſervit, ille verè eſt nobilis:
Patri rebellis invenitur deneger.

Vall.

5 *Jus ſibi ac poteſtatem præ ceteris vindicantem.*] MS. & edit. Flor. *vendicantem.* Sitzm.

6 *Quid vero, ſi corpus ſpectes, imbecillius homine reperire queas, quos ſæpe.*] MS. Rittersh. *Quid vero, ſi corpus ſpectes, imbecillius in homine reperire queas, quod ſæpe.* Idem.

troitus? [1] Quo verò quisquam jus aliquod in quempiam, nisi in solum corpus, & quod infra corpus est, fortunam loquor, possit exercere? [2] Num quidquam umquam libero imperabis animo? num mentem firma sibi ratione cohærentem de statu propriæ quietis amovebis? [3] Cùm liberum quendam virum suppliciis se tyrannus adacturum putaret, ut adversum se factæ conjurationis conscios proderet, linguam ille momordit atque abscidit, & in os tyranni sævientis abjecit: ita cruciatus, quos putabat tyrannus materiam crudelitatis, [4] vir sapiens fecit esse virtutis. Quid autem est, [5] quod in alium facere quisquam potest, quod sustinere ab alio ipse non possit? [6] Busiridem accipimus necare hospites solitum, ab Hercule hospite fuisse mactatum. [7] Regulus plures Pœnorum bello captos in vincula conjecerat: sed mox ipse victorum catenis manus præbuit. Ullamne igitur ejus hominis potentiam putas, qui, quod ipse in alio potest, ne id in se alter valeat, efficere non possit? Ad hæc, si ipsis dignitatibus ac potestatibus inesset aliquid naturalis ac proprii boni, numquam pessimis provenirent. Neque enim sibi solent adversa sociari. Natura respuit, ut contraria quæque jungantur. Ita cùm pessimos plerumque dignitatibus fungi dubium non sit, illud etiam liquet, natura sui

1 *Quo vero quisquam jus aliquod in quempiam, nisi in solum corpus.*] Senec. lib. 3. de Benefic. *Errat si quis existimat servitutem in totum hominem descendere. Pars melior ejus excepta est. Corpora obnoxia sunt & adscripta dominis. Mens quidem sui juris, quæ adeo libera & vaga est, ut ne ab hoc quidem carcere, cui inclusa est, teneri queat, quo minus impetu suo utatur, & ingentia agat, & in infinitum comes cœlestibus exeat. Corpus itaque est, quod domino fortuna tradidit.* Idem.

2 *Num quicquam libero imperabis animo.*] Vide Diog. Laërt. lib. 2. in Aristippo; Macrob. 1. Saturn. cap. 11. *Idem.*

3 *Cum liberum quendam.*] Zenonem, de quo ad lib. 1. differuimus. *Vall.*

4 *Vir sapiens fecit etiam virtutis.*] MSS. & edit. Flor. *Vir sapiens fecit esse virtutis.* Sitzm.

5 *Quod in alium quisquam facere possit.*] MS. Erfurt. *facere potest.* Idem.

6 *Busiridem.*] B. Augustinus lib. 18. De Civ. Dei, cap. 12. *Illo tempore vel Rex vel potius tyrannus Busiris suis Diis suos hospites immolabat, quem filium perhibent fuisse Neptuni, ex matre Libya, filia Epaphi.* Hinc notæ Busiridis aræ apud Poëtas.

7 *Regulus.*] Idem libro tertio, c. 18. *Nihil sane miserabilius primo bello Punico accidit, quam quod ita Romani victi sunt, ut etiam Regulus ille caperetur, cujus in prima*

sui bona non esse, quæ se pessimis hærere patiantur. Quod quidem de cunctis fortunæ muneribus dignius existimari potest, quæ ad improbissimum quemque uberiora proveniunt. De quibus illud etiam considerandum puto, quòd nemo dubitat esse fortem, cui fortitudinem inesse conspexerit: & [1] cuicumque velocitas adest, manifestum est, esse velocem. Sic musica quidem musicos, medicina medicos, rhetorica rhetores facit. Agit enim cujusque rei natura quod proprium est, [2] nec contrariarum rerum miscetur effectibus, & ultrò, quæ sunt adversa, depellit. [3] Atqui nec opes inexpletam restinguere avaritiam queunt; nec potestas sui compotem fecerit, quem vitiosæ libidines insolubilibus adstrictum retinent catenis. & [4] collata improbis

primo & in altero libro mentionem fecimus, vir plane magnus & victor antea domitorque Pœnorum, qui etiam ipsum primum bellum Punicum confeciſſet, niſi aviditate nimia laudis & gloriæ duriores conditiones, quam ferre poſſent, feſſis Carthaginienſibus imperaſſet. Illius viri & captivitas inopinatiſſima, & ſervitus indigniſſima, & juratio fideliſſima, & mors crudeliſſima ſi Deos illos non cogit erubeſcere, verum eſt quod ærei ſunt, & non habent ſanguinem. Sed & Agellius l. 6. Noct. Atticar. c. 4. Tuberonem in Historiis de Reguli supplicio ita scripsisse dicit: *In atras & profundiſſimas tenebras eum claudebant: ac din poſt ubi erat viſus ſol ardentiſſimus, repente educebant: & adverſus ictus ſolis oppoſitum continebant, atque intendere in cælum oculos cogebant. Palpebras quoque ejus ne connivere poſſent, ſurſum ac deorſum diductas inſuebant.* Alii autem somno diu prohibitum atque ita vita privatum referunt. Quorum sententiæ accedit Aur. Victor, de Viris illustribus, hisce verbis: *Legatus de permutandis captivis Romam miſſus, dato jurejurando, ut ſi non impetraſſet, ita demum rediret; in Senatu conditionem diſſuaſit: rejectiſque à ſe conjuge & liberis, Carthaginem regreſſus; ubi in arcam ligneam conjectus, clavis introrſum actis vigiliis ac dolore punitus eſt.* Hæc Victor. Nota quoque de jurejurando & exitu Reguli disputatio est Ciceronis in libris Officialibus &c. *Idem.*

1 *Cuicunque velocitas adeſt.*] Palmam velocitatis quinam fuerint adepti, percipies ex Solini Polyhistore, c. 6. *Idem.*

2 *Nec contrariarum rerum miſcetur effectibus, & ultro.*] Rectius MSS. *ſed altro.* Idem.

3 *Atqui nec opes inexpletam.*] Juvenalis Sat. 14.

Interea pleno cum turget ſaccus ære,
Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit,
Et minus hanc optat qui non habet —— Idem.

4 *Collata improbis dignitas non modo non.*] Salvian. lib. 4. De Gub. Dei: *Quid eſt, dignitas in indigno, niſi ornamentum in luto?* Pub. Syrus:

Loco ignominiæ eſt apud indignum dignitas.

Scite etiam Cassiodorus 6. Variar. 15. *Talis eſt unaquæque dignitas, qualis adminiſtrantium eſt voluntas. Nihil abjectum eſt, quod in Republ. geritur, niſi malis ſueris moribus forte vilioratum.* Idem.

bis dignitas, non modò non efficit dignos, ſed prodit potiùs, & oſtentat indignos. Cur ita provenit? Gaudetis enim res ſeſe aliter habentes [1] falſis compellare nominibus, quæ facilè ipſarum rerum redarguuntur effectu: itaque nec illæ divitiæ, nec illa potentia, nec hæc dignitas jure appellari poteſt. Poſtremò idem de tota concludere fortuna licet, in qua nihil expetendum, nihil nativæ bonitatis ineſſe manifeſtum eſt, quæ nec ſe bonis ſemper adjungit, & bonos, quibus fuerit adjuncta, non efficit.

METRUM VI.

[2] Novimus quantas dederit ruinas,
[3] Urbe flammata [4] patribuſque cæſis,
[5] Fratre qui quondam ferus interemto,
[6] Matris effuſo maduit cruore.

Corpus

1 *Falſis compellare nominibus.*] MS. Rittersh. *appellare nominibus.* Sitzm.

2 *Novimus, &c.*] In hoc Carmine perſtringit immanitatem Neronis, horrendoſque cruciatus & exempla, quæ in fratrem, matrem, alios denique edidit, evidenter recenſet. *Idem.*

Novimus quantas dederit ruinas.] Neque tamen impune. Dignum enim ſceleribus ſuis vitæ terminum μηδεγκλόνω iſte poſuit. Auſonius:

Matricida Nero proprio ſe perculit enſe.
Idem.

3 *Urbe flammata.*] Incendium Romæ reſpicit; à Nerone procuratum, ſi Suetonio credimus, Nerone cap. XXXVIII. Tacitus cautè Annal. XV. *Sequitur clades, forte, an dolo Principis incertum; nam utrumque Auctores prodidere; ſed omnibus quæ huic urbi per violentiam ignium acciderunt, gravior atque atrocior.* Bernart.

Urbe flammata.] Vide Sueton. lib. 6. Statius in Genethliaco Lucani, libro 2. Sylvar.

Dices culminibus Remi vagantis
Infandos Domini nocentis ignes. Sitzm.

4 *Patribuſque cæſis.*] Vide præter Suetonium, Tacitum lib. 16. Annalium. *Idem.*

5 *Fratre.*] Britannico ſcilicet. Cum enim Nero matris Agrippinæ artibus à Claudio adoptatus fuiſſet proprioque filio Britannico ex Meſſalina nato prælatus: eum Nero adoleſcentulum prius ſtupro pollutum, mox inter ſacra menſæ veneno tam lethali repetitum ſuſtulit, ut eo ſtatim ſumpto vox pariter & ſpiritus ejus raperentur. Fratricidium hoc infandum Tacitus lib. Annalium XIII. Suetonius & Dion in Nerone exponunt. *Vallin. Bernart.*

Fratre qui quondam.] De Britannico loquitur, quem Nero veneno aggreſſus eſt. Senec. in Oct. ℣. 240.

——*ſpiritum fratri abſtulit.*

Eutropius lib. 7. *Parricidia multa commiſit, fratre, uxore, matre interfectis.* Sitzm.

6 *Matris effuſo maduit cruore.*] Huc refer argutiſſimum mordaciſſimumque Epigramma quod extat apud Suetonium lib. 6.

Quis

[1] Corpus & viſu gelidum pererrans,
Ora non tinxit lacrymis, [2] ſed eſſe
Cenſor [3] exſtincti potuit decoris.
Hic tamen ſceptro populos regebat,
[4] Quos videt condens radios ſub undas
Phœbus, extremo veniens ab ortu:
[5] Quos premunt [6] ſeptem gelidi triones:
Quos Notus ſicco violentus æſtu
Torret, ardenteis recoquens arenas.
Celſa num tandem valuit poteſtas

Ver-

Quis negat Æneæ magna de ſtirpe Neronem?
Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem. Sitzm.

1 *Corpus & viſu gelidum pererrans.*] Id ne fecerit dubium relinquere Tacitus maluit. cum tam propudioſum facinus hominem, nedum Romanum principem admiſiſſe ſibi quidem perſuadere non poſſet ut crederet. Sed cur Suetonius vulgavit? *Adduntur*, inquit, *his atrociora, nec incertis auctoribus ad viſendum interfectæ* matris *cadaver accurriſſe, contrectaſſe membra, alia vituperaſſe, alia laudaſſe, ſitique interim oborta bibiſſe.* Sed ô pudet verborum Dionis! Μαθὼν δὲ ὁ Νέρων ὅτι τέθνηκεν, ὡς ἐπῄσθησεν. ὑπὸ γὰρ τῆς μεγέθους τῆς τολμήματος ἀπιστίας αὐτὸν ὑπεχώρησε, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἀπόπληξις ἐπεθύμησε τῆς πώσεως γλυκείας καὶ αὐτίκα τὰ πόδια εἰδὲ γυμνώσας, καὶ τὰ τραύματα αὐτῆς ἐπεσκέψατο. καὶ τέλος, πολὺ καὶ τῆς φόνου ἀνοσιώτερον ἔργον ἐφθέγξατο. εἶπε γὰρ ὅτι Οὐκ ᾔδειν ὅτι οὕτω καλὴ μητέρα εἶχον. Ita certè eſt; occidiſſe minus fuit. *Vall.*

Corpus & viſu gelidum pererrans.] Suetonius lib. 6. *Adduntur his atrociora, nec incertis auctoribus, ad viſendum interfectæ cadaver accurriſſe, contrectaſſe membra, alia vituperaſſe, alia laudaſſe, ſitique interim oborta bibiſſe.* Sitzm.

2 *Sed eſſe Cenſor extincti potuit decoris.*] Tacitus Annal. XIV. *Adſpexeritne matrem exanimem Nero, & formam corporis ejus laudaverit, ſunt qui tradiderunt, ſunt qui abnuunt.* Bernart.

3 *Extincti decoris.*] *Integer decor*, apud Vegetium lib. 4. cap. 9. De re militari: *Maluerunt enim pudicißimæ feminæ deformato ad tempus capite libere vivere cum maritis, quam hoſtibus integro decore ſervire.* Sitzm.

4 *Quos videt condens.*] Virgil. 1. Georg.

Sol quoque & exoriens, & cum ſe condet in undas
Signa dabit. ——

Senec. in Troad. ℣. 381.

Quicquid Sol oriens, quicquid & occidens
Novit: cæruleis Oceanus fretis
Quicquid vel veniens, vel fugiens lavat,
Ætas Pegaſeo corripiet gradu.

In Herc. Fur. ℣. 871.

—— *tibi creſcit omne*
Et quod occaſus vidit, & quod ortus.
Idem.

5 *Quos premunt ſeptem g. t.*] Senec. in Herc. Fur. ℣. 129.

Signum celſi glaciale poli,
Septem ſtellis Arcades urſæ
Lucem verſo temone vocant.
Idem.

6 *Septem triones.*] Quod ἑπτάζωον Græci, *Septentriones* Latini vocant. Adi Agell. lib. 2. cap. 21. *Idem.*

1 *Ver-*

[1]*Vertere insani rabiem Neronis?*
[2]*Heu gravem sortem, quoties iniquus*
Additur sævo [3]*gladius veneno!*

PROSA VII.

Tum ego, Scis, inquam, ipsa minimùm nobis ambitionem mortalium rerum fuisse dominatam: sed [4]materiam gerendis rebus optavimus, quo ne virtus tacita consenesceret. Et illa: Atqui hoc unum est, quod præstantes quidem natura mentes, sed non dum ad extremam manum virtutum perfectione perductas allicere possit, gloriæ scilicet cupido, & optimorum in rempublicam fama meritorum: [5]quæ quàm sit exilis & totius vacua ponderis, sic considera: [6]Omnem terræ ambitum, sicuti astrologicis demonstrationibus accepisti, ad cæli spatium, [7]puncti constat obtinere ratio-

1 *Vertere insani rabiem Neronis.*] MSS. & Edit. Norimberg. *Vertere pravi rabiem Neronis.* Sitzm.

2 *Heu grævem sortem.*] Ovid. De Ponto, Eleg. 9.

— *queror ô jucunde sodalis*
Accedunt nostris sæva quod arma malis.
Idem.

3 *Gladius veneno.*] Cum enim Nero ter matrem veneno tollere tentasset, sensisseque antidotis præmunitam; ubi eam neque naufragio quoque, neque navis solutilis ruina opprimere potuit: missus Anicetus, gladio occidit. Tacitus, Suetonius, Dion. *Vall.*

4 *Materiam gerendis rebus optavimus.*] Secus fecit Plato, qui ad Rempub. accedere noluit, licet maxime civilis esset. Vide Diog. Laërt. lib. 3. Et Arcesilaus omne tempus vixit in Academia, Reipub. negotia fugiens. vid. eund. lib. 4. *Sitzm.*

5 *Quæ quam sit exilis.*] De resecando amore laudis humanæ vide Augustin. lib. 5. de Civit. Dei, cap. 13. & plurimis locis Homiliarum suarum D. Ioan. Chrysostomus κενοδοξίαν insectatur. *Idem.*

6 *Omnem terræ ambitum.*] Macrob. lib. 2. in Somn. Scip. cap. 9. *Ideo terræ brevitas tam diligenter asseritur, ut parvi pendendum ambitum famæ vir fortis intelligat, quæ in tam parvo magna esse non poterit, ut contentus potius conscientiæ præmio gloriam non requirat.* Idem.

7 *Puncti.*] Hoc ante scripserat Cicero Tuscul. quæst. lib. 1. *Persuadent enim mathematici terram, in medio mundi sitam, ad universi cœli complexum quasi puncti instar obtinere, quod κέντρον illi vocant.* Quem locum imitatus est Amm. Marcellinus lib. xv. & Plinius libro II. cap. LXVIII. Quod demonstrat Ptolemæus magnæ συντάξεως lib. 1. cap. VI. & ad eum locum Theon. Imo, *Omnis terra*, inquit Macrobius cap IX. lib. II. in Somnium Scipionis, *ad quemvis cœlestem circulum, quasi centron, puncti obtinet locum.* Vall.

Puncti constat obtinere rationem.] Ammian. Marcellin. lib. 15. *Ambitus terræ totius quæ nobis videtur immensa, ad magnitudinem universitatis instar brevis obtinet puncti.* Martial. Capella, lib. 6. De Nupt. Philolog.

Tellus, quæ rapidum consistens suscipit orbem,
Puncti instar medio hæserat una loco.
Sitzm.

nem: id est, ut si ad cælestis globi magnitudinem conferatur, nihil spatii prorsus habere judicetur. Hujus igitur tam exiguæ in mundo regionis [1]quarta ferè portio est, sicut [2]Ptolemæo probante didicisti, quæ à nobis cognitis animantibus incolatur. Huic quartæ, si quantum maria, paludesque premunt, quantumque siti vasta regio distenditur, cogitatione subtraxeris, vix angustissima inhabitandi hominibus area relinquetur. In hoc igitur minimo puncti quodam puncto circumsepti, atque concluси, de pervulganda fama, de proferendo nomine cogitatis? At quid habet amplum, magnificumque gloria, tam angustis exiguisque limitibus arctata? Adde quòd hoc ipsum brevis habitaculi septum plures incolunt nationes, lingua, moribus, totius vitæ ratione distantes: ad quas tum difficultate itinerum, tum [3]loquendi diversitate, tum commercii insolentiâ, non modò fama hominum singulorum, sed ne urbium quidem pervenire queat. [4]Ætate denique Marci Tullii, [5]sicut ipse [6]quodam loco significat, non dum [7]Caucasum montem Romanæ

1 *Quarta fere portio.*] Vide Macrob. lib. 2. in somn. Scip. cap. 5. Lud. Vivem, in Comment. ad Augustin. lib. 16. De Civit. Dei, cap. 9. *Idem.*

2 *Ptolemæo probante.*] Initio lib. II. magnæ Συντάξεως cui consentit Plinius eod. loco: quem quia respexisse videtur hic Boëtius, tu quoque inspice. Eam tamen habitati orbis rationem veteribus creditam, minus veram fuisse, jamdudum nautarum nostrorum docuit crebris navigationibus parta experientia. *Vall.*

3 *Loquendi diversitate.*] Vide B. Augustin. lib. 19. de Civit. Dei, cap. 7. *Sitzm.*

4 *Ætate denique Marci Tullii, sicuti ipse quodam loco significat.*] In somnio Scipionis. *Ex his ipsis*, inquit, *cultis notisque terris, nem aut tuum aut cujusquam nostrum nomen ultra Caucasum hunc, quem cernis, transcendere potuit, vel illum Gangem transnatare?* Bernart.

5 *Sicut ipse quodam loco significat.*] In libro scilicet de Somnio Scipionis. Macrobius libro secundo, capite decimo: *Gangem transire, vel transcendere Caucasum Romani nominis fama non valuit.* Sitzm.

6 *Quodam loco.*] Libro VI. de Repub. in Somnio Scipionis. *Vall.*

7 *Caucasum.*] Jordanus de Rebus Geticis ita describit Caucasum: *Cujus montis quia facta iterum mentio est, non abre arbitror ejus tractum situmque describere, quando*

næ reipublicæ fama transcenderat, & erat tunc adulta, Parthis etiam, ceterisque id locorum gentibus formidolosa. Videsne igitur quàm sit angusta, quàm compressa gloria, quam propagare ac dilatare laboratis? An ubi Romani nominis transire fama nequit, Romani hominis gloria progredietur? Quid, quòd diversarum gentium mores inter se, atque instituta discordant, ut quod apud alios laude, apud alios supplicio dignum judicetur. Quo fit, ut si quem famæ prædicatio delectat, huic, in plurimos populos nomen proferre, nullo modo conducat. [1] Erit igitur pervagata inter suos gloria quisque contentus, & intra unius gentis terminos præclara illa famæ immortalitas coarctabitur. Sed [2] quàm multos clarissimos suis temporibus viros scriptorum inops delevit oblivio! [3] Quamquam quid ipsa scripta proficiant, quæ cum

quando maximam partem orbis nosci tur circuire jugo continuo. Is namque ab Indico mari surgens, qua meridiem respicit, sole vaporatus ardescit. Qua septentrioni patet, rigentibus ventis est obnoxius & pruinis. Mox in Syriam curvato angulo reflexus, licet amnium plurimos emittat; in Asianam tamen regionem Euphratem Tigrimque navigeros ad opinionem maximam perennium fontium copiosis fundit uberibus. Qui amplexantes terras Assyriorum, Mesopotamiam & appellari faciunt, & videri, in sinum maris rubri fluenta deponentes. Tunc in Boream revertens, Scythiam terram jugum antefatum magnis flexibus pervagatur: atque ibidem opinatissima flumina in Caspium mare profundens, Araxen, Cyssum, & Cambysen, continuatoque jugo ad Riphæos usque montes extenditur. Indeque Scythicis gentibus dorso suo terminum præbens, ad Pontum usque descendit: consertisque collibus Histri quoque fluenta contingit, quo amnis scissus debiscens, in Scythia quoque Taurus vocatur. Talis ergo tantusque & pæne omnium montium maximus excelsas suas erigens summitates, naturali constructione præstat gentibus inexpugnanda munimina. Sitzm.

1 *Erit igitur pervagata.*] MS. Rittersh. *Erit igitur pervulgata inter suos, &c.* Idem.

2 *Quam multos clarissimos sui temporis.*] Hac querimonia utitur etiam Sallust. in Catil. huncce in modum verba faciens: *Provenere ibi magna scriptorum ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maximis celebrantur. Ita eorum qui ea fecere virtus tanta habetur, quantum verbis ea potuere extollere præclara ingenia. At populo Romano nunquam ea copia fuit: quia prudentissimus quisque negotiosus maxume erat. ingenium nemo sine corpore exercebat. optimus quisque facere, quam dicere; sua ab aliis benefacta laudari, quam ipse aliorum narrare malebat.* Horat. 4. Carm. Od. 9.

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi. sed omnes illacrimabiles
Urgentur, ignotique longa
Nocte, carent quia vate sacro.

Idem.

3 *Quamquam quid ipsa scripta proficiunt.*] MS. Rittersh *proferant.* Idem.

1 *Quod*

cum suis auctoribus premit longior, atque obscura vetustas? Vos autem immortalitatem vobis propagare videmini, cùm futuri famam temporis cogitatis. [1] Quòd si ad æternitatis infinita spatia pertractes, quid habes, quod de tui nominis diuturnitate læteris? Unius etenim mora momenti, si decem millibus conferatur annis, quoniam utrumque spatium definitum est, minimam licet, habet tamen aliquam portionem. At hic ipse numerus annorum, ejusque quantumlibet multiplex, ad interminabilem diuturnitatem ne comparari quidem potest. Etenim finitis ad se invicem fuerit quædam; infiniti verò, atque finiti, nulla umquam poterit esse collatio. Ita fit, ut quamlibet prolixi temporis fama, si cum inexhausta æternitate cogitetur, non parva, sed planè nulla esse videatur. [2] Vos autem nisi ad populareis auras, [3] inaneisque rumores, rectè facere nescitis, & [4] relicta conscientiæ, vir-

1 *Quod si ad æternitatis inf.*] Vide Macrobium lib. 2. in Somn. Scip. c. 10. & quæ notavi ad fin. lib. 5. *Sitzm.*

2 *Vos autem nisi ad populares aulas.*] MSS. *Vos autem nisi ad populares aures.* Videtur tamen recepta lectio esse plausibilior, quam confirmat illud Senecæ in Herc. Fur. v. 179. & seqq.

Illum populi favor attonitum,
Fluctuque magis mobile vulgus
Aura tumidum volvit inani.

Idem.

3 *Inanesque rumores.*] Alcimus Avitus lib. ad Fuscinam sororem:

Una tibi modo constiterit mens conscia recti,
Neglige quid de te rumor divulget inanis.

Idem.

4 *Relicta conscientiæ virtutisque.*] Juvenal. Sat. 10.

— *Tanto major famæ sitis est, quam*
Virtutis. quis enim virtutem amplectitur ipsam
Præmia si tollas? —

Ovid. 2. de Ponto, Eleg. 3.

Nec facile invenies multis in millibus unum,
Virtutem precium qui putet esse sui.

Pub. Syrus:

Conscientiæ potius quam famæ attenderis.

Plinius Secundus lib. 1. Epist. 8. *Meminimus quanto majore animo honestatis fructus in conscientia quam in fama reponatur. Sequi enim gloria, non appeti debet.* Et Epist. 22. lib. eod. *Magnitudo animi nihil ad ostentationem, omnia ad conscientiam refert: rectèque facti non ex populi sermone mercedem, sed ex facto petit.* Idem lib. 3. Epistol. 20. *Multi famam, conscientiam pauci verentur.* Macrobius lib. 2. in Somn. Scip. cap. 10. *Virtutis fructum sapiens in conscientia ponit, minus perfectus in gloria.* Ennodius Ticinensis, in Panegyr. Theoderico dicto: *Rex meus vitam agat ex fructu conscientiæ, nec requirat pomposæ vocabula nuda jactantiæ.* B. August. lib. 12. De Civ. Dei, cap. 8. *Nec jactantia vitium est laudis humanæ, sed*

virtutisque præstantiâ, [1] de alienis præmia sermunculis postulatis. Accipe in hujusmodi arrogantiæ levitate quàm festivè aliquis illuserit. Nam cùm quidam adortus esset hominem contumeliis, qui non ad veræ virtutis usum, [2] sed ad superbam gloriam falsum sibi philosophi nomen induerat, adjecisseque jam se sciturum, an ille philosophus esset, siquidem illatas injurias leniter, patienterque tolerasset. Ille patientiam paullisper assumsit, acceptâque contumeliâ velut insultans, Jam tandem, inquit, [3] intelligis me esse philosophum? Tum ille nimium mordaciter, [4] Intellexeram, inquit, si tacuisses. [5] Quid autem est, quod ad præcipuos viros (de his enim sermo est) [6] qui virtute gloriam

sed animæ perverse amantis laudari ab hominibus, spreto testimonio conscientiæ. D. etiam Basilius in Orat. De Poëtar. Orator. Historicor. & Philosophor. scriptis legendis, ait: *Nihil est quod æque fugere sapiens debeat, quam ad ostentationem vivere.* Sitzm.

1 *De alienis præmia sermunculis postulatis.*] Plinius, *ut sermunculis etiam & fabulis ducantur.* Bernart.

2 *Sed ad superbam gloriam.*] Ita scripti: excusi insulsè *superbiam.* Idem.

3 *Intelligisne me esse Philosophum.*] MSS. & edit. Florent. *Intelligis me esse philosophum? ne* omisso. Insipientem vero sophum! qui propriæ laudis studiosior patientiam suam verbis gloriosis adornavit. Næ! quod admiratione dignum referente alio fuisset, ipso, qui injurias pertulerat, recensente, evanuit. *Sitzm.*

4 *Intellexeram, inquit, si tacuisses.*] Eximie eximius ille sapientum. Proverb. cap. XVII. *Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est, & pretiosi spiritus vir eruditus. Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur; & si compresserit labia sua, intelligens.* Bernart.

5 *Quid autem est quod ad præcipuos viros.*] Atqui alia mens fuit Platoni, qui optabat memoriam sui vel in amicis, vel in litteris vigere superstitem, teste Laërtio lib. 3. Pindarus Olymp. Od. 7.

-.- ὁ δ' ὄλβιος, ὃν
Φάμαι κατέχοντ' ἀγαθαί.

Silius Ital. lib. 13.

Ipsa quidem Virtus sibimet pulcerrima merces,
Dulce tamen venit ad manes cùm gloria vitæ
Durat apud superos, nec edunt oblivia laudem.

Ang. Politianus in Sylva, cui titulus Ambra:

Namque licet Virtus semet contenta quiescat,
Sola tamen justos Virtus assciscit honores,
Solaque se merito laudum fulgore coronat.

Philosophos vero qui negant appetendam gloriam esse, eamque rectius à Virtute, velut minime necessariam negligi autumant, ingeniosè refellit ille ipse Politianus in Præfatione ad Suetonium. Marquardus item Freherus, egregius nostri ævi Jurisconsultus, lib. 2. de Fama, cap. 9. n. 3. De duplici gloria, cui integrum, legat Manuelem Palæologum, in Instit. Regia, Orat. 2. Sitzm.

6 *Qui virtute gloriam petunt.*] MS. Rittersh. *Qui virtute gloriam quærunt.* Sitzm.

gloriam petunt; quid, inquam, est, quod ad hos de fama post resolutum morte suprema corpus attineat? [1] Nam si, quod nostræ rationes credi vetant, toti moriuntur homines, nulla est omnino gloria: cùm is, cujus ea esse dicitur, non exstet omnino. Sin verò bene mens sibi conscia, [2] terreno carcere resoluta, cælum libera petit, nonne omne terrenum negotium spernet, quæ se, cælo fruens, terrenis gaudet exemtam?

METRUM VII.

[3] *Quicumque solam mente præcipiti petit,*
Summumque credit gloriam,
Latè patentes ætheris cernat plagas,
Arctumque terrarum situm:
Brevem replere non valentis ambitum
Pudebit aucti nominis.
Quid ô superbi colla mortali jugo
Fruſtrà levare gestiunt?
[4] *Licet remotos fama per populos means*
Diffusa, linguas explicet,
[5] *Et magna titulis fulgeat claris domus,*
[6] *Mors spernit altam gloriam,*

Involvol-

Rittersh. *Qui virtute gloriam quærunt.* Sitzm.

1 *Nam sit, &c. toti moriuntur homines.*] Falsissima Lectio. Recte MS. cum Edit. Norimb. & Flor. *Nam si, &c. toti moriuntur homines.* Idem.

2 *Terreno carcere resoluta.*] Nemo damnet. nec illud quoque, quod in Lipsii codice, *resoluto.* Bernart.

3 *Quicunque, &c.*] Hoc Carmine graviter invehitur in eos, qui, quoniam vita ipsa, qua fruuntur, brevis est, memoriam sui quam maxime longam efficere conantur. *Sitzm.*

Quicunque solam ment. p.] MS. Rittersh. *Quicunque solùm m. p.* —— Idem.

4 *Licet remotos fama per pop.*] Senec. in Herc. Fur. ℣. 591.

Alium multis gloria terris
Tradat, & omnes fama per urbes
Garrula laudet, cæloque parem
Tollat, & astris.

Idem.

5 *Et magna titulis fulgeat claris domus.*] Silius lib. 4.

—— *multusque in imagine claris*
Præfulgebat avus titulis ——

Senec. in Oct. ℣. 602.

Simulacra, titulos destruit. —— Idem.

6 *Mors spernit altam gloriam.*] Vetus quidem, nimis tamen verum verbum est, *omne humanum genus histrioniam in terris*

[1] *Involvit humile pariter, & celsum caput,*
[2] *Æquatque summis infima.*
[3] *Ubi nunc [4] fidelis ossa Fabricii jacent?*
*Quid [5] Brutus, aut rigidus *Cato?*

Signat

rerùm agere. Posteaquam enim personam quam Deus nobis imposuit exuimus, vitaque privati sumus, mista divitum & pauperum funera densantur, nullumque caput sæva fugit Proserpina. Sibylla Scipioni fata recludura apud Silium Italic. lib. 13.

— *hic tenebras agitant volitantque per umbras*
Immemori quondam populi, domus omnibus una
In medio vastum late se tendit inane,
Huc quicquid terræ, quicquid fœta & igneus æther
Nutrivit primo mundi genialis ab ævo,
Mors communis agit. descendunt cuncta, capitque
Campus iners quantum interiit restatque futurum.

Sitzm.

1 *Involvit humile pariter ac celsum caput.*] Pindarus Nem. Od. 7.

Ἀ'φυές τε πενιχρός τε θανάτῳ
Παρὰ σᾶμα νέον).

Lucretius lib. 3. de Scipione:

Ossa dedit terræ proinde ac famul infimus esset.

Horat. Carm. 1. Od. 4.

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas
Regumque turres. —

Idem.

2 *Æquatque summis infima.*] Claudian. de Raptu Proserpinæ lib. 2. ℣. 300.

Sub tua purpurei venient vestigia Reges,
Depositoque luxu turba cum paupere mixti.
Omnia Mors æquat. ——

Silius Ital. lib. 13.

— *Cræsi mox advolat umbra*
Dives apud superos, sed mors æquarat egenis. Idem.

3 *Ubi nunc fidelis ossa Fabricii jacent.*] MSS. *Ubi nunc f. o. F. manent?* Idem.

4 *Fidelis Fabricii.*] Merito *fidelis* nuncupandus, qui muneribus Pyrrhi Regis Epirotarum, promissa etiam quarta parte regni, à Romulea civitate non potuerit divelli, sed potius ibi in sua paupertate privatus manere voluerit. Quid? qui etiam infensissimo patriæ hosti æquus fuerit? *eam sciens veram esse victoriam, quæ salva fide & integra pietate pararetur*; planeque respuens illud Poëtæ: *Dolus an virtus quis in hoste requirat?* Istud vero verius: Cum vicina castra ipse & Rex haberent, medicus Pyrrhi nocte ad eum venit, promittens se Pyrrhum veneno occisurum, si sibi quicquam pollicitaretur; Fabricius vinctum reduci jussit ad dominum, Pyrrhoque dici, quæ contra caput ejus medicus spondisset. Quam magnanimitatem fidelitatemque Rex admiratus, dixisse fertur: *Ille est Fabricius, qui difficilius ab honestate, quam sol à suo cursu averti posset.* Quid idem dixerit fecerit-que C. Fabricius, cum ei Samnites, tanquam indigenti, grave aurum donarent, docet Agellius libro 1. cap. 14. De hoc etiam Claudian. de Bello Getico, ℣. 131.

— *& nulli pervia culpæ*
Pectora Fabricii, donis invicta vel armis.

Vide præterea Florum libro 1. cap. 18. Senecam Epistol. 120. Martiál. lib. 11. Epig. 6. Aurel. Vict. de viris illustribus urbis Romæ, Lactant. lib. 6. Divin. instit. cap. 6. in fin. B. Augustin. De Civit. Dei lib. 5. cap. 18. Salvian. lib. 1. De Gub. Dei, Manil. libro 1. Astron. multosque alios. *Idem.*

5 *Brutus.*] Senec. in Oct. ℣. 489. istius Bruti meminit, qui cum aliis interfecit Cæsarem:

— *Brutus in cædem ducis*
A quo salutem tulerat armavit manus.

Facile autem statuerim, nostrum Auctorem

[1] *Signat superstes fama tenuis pauculis*
[2] *Inane nomen litteris.*
Sed quòd decora novimus [3] vocabula,
Num scire consumtos datur?
Facetis ergo prorsus ignorabiles,
Nec fama notos efficit.
Quod si putatis longiùs vitam trahi
Mortalis aura nominis,
Cum sera vobis rapiet hoc etiam dies,
[4] Jam vos secunda mors manet.

PROSA

Actorem non loqui de isto, sed intelligere L. Brutum, qui Tarquiniis expulsis libertatem Romanis asseruit, de quo Claudianus lib. 2. de Laudib. Stiliconis ℣. 320.

Libertas populi primo tunc consule Bruto
Reddita per fasces, his fascibus expulit ipsis
Servitium. ——

Et argutissime Casanova:

Natorum cæde orbasti te nomine patris,
Cerneret ut verum te tua Roma patrem.
Et semel optasti pulcram per vulnera mortem,
Ut nullo posses tempore Brute mori.

Sitzm.

* *Cato.*] Ad Censorium aut Uticensem respicit. Fuerunt & alii, sed minus clari Catones, quos Sulpitius Apollinaris sigillatim enumerat, apud Agellium lib. 13. cap. 18. *Idem.*

1 *Signat superstes.*] Primo perit homo, inde cadaver, deinde nomen ipsum. Nec saltem hoc fit in homine, sed etiam in celebribus urbibus. Reipub. Romanæ forma & materia periit: vix nomen adhuc supereſt. *Idem.*

2 *Inane nomen.*] Hannibal apud Silium lib. 3.

Et pace & bello cunctis stat terminus ævi,
Extremumque diem primus tulit: ire per ora
Nomen in æternum paucis mens ignea donat,
Quos Pater æthereis cælestum destinat oris. Idem.

3 *Vocabula.*] Nomina. Cic. 10. Epist. Famil. *Crede igitur, mi Plance, omnes quos adhuc gradus dignitatis consequutus sis (es autem adeptus amplissimos) eos honorum vocabula habituros, non dignitatis insignia, nisi te cum libertate populi Romani, & cum senatus auctoritate conjunxeris.* Solinus cap. 41. de appellationibus montis Tauri agens: *Ad hæc vocabula multa habet alia.* Apuleius libro 2. Metam. *Hic, utpote virus quidem, sed tantum sopore mortuus, quod eodem mecum vocabulo nuncupetur, ad suum nomen ignarus exurgit.* Arnobius lib. 6. *Cum vocabulum templo daret.* Cassiod. 10. Var. 12. *Minorum fluminum vocabula major amnis absorbet.* Silius in princip. lib. 5.

Lydius huic genitor Timoli decus, æquore longe
Mæoniam quondam in Latias advexerat oras
Tyrrhenus pubem, dederatque vocabula terris.

Prudentius Peristeph. Hymn. 1,

Scripta sunt cælo duorum martyrum vocabula,
Aureis quæ Christus illic annotavit litteris. Idem.

4 *Jam vos secunda mors manet.*] In Epigrammate Sulpitii Carthaginiensis de Æneide Virgilii:

Infelix gemino cecidit prope Pergamon igne,
Et pæne est alio Troja cremata rogo.

PROSA VIII.

[1] Sed ne me inexorabile contra fortunam gerere bellum putes, est aliquando, cùm de hominibus fallax illa non nihil bene mereatur; tum scilicet, cùm se aperit, cum frontem detegit moresque profitetur. Nondum fortè quid loquar, intelligis. Mirum est, quod dicere gestio, eoque sententiam verbis explicare vix queo. Etenim plus hominibus reor adversam, quàm prosperam prodesse fortunam. Illa enim semper specie felicitatis, cùm videtur blanda, mentitur: hæc semper vera est, cùm se instabilem mutatione demonstrat. illa fallit; hæc instruit: [2] illa mendacium specie bonorum, mentes fruentium ligat; hæc cognitione fragilis felicitatis absolvit. Itaque illam videas ventosam, fluentem, suique semper ignaram: hanc sobriam, succinctamque, & ipsius adversitatis exercitatione prudentem. Postremò felix, à vero bono devios blanditiis trahit: [3] adversa plerumque ad vera bona reduces unco retrahit. An hoc inter minima æstimandum putas, quòd amicorum tibi fidelium menteis hæc aspera, hæc horribilis fortuna detexit: hæc tibi certos sodalium vultus, ambiguosque secrevit; discedens, suos abstulit, tuos reliquit? Quanti hoc integer, &, ut videbaris tibi, fortunatus emisses? Desine nunc & amissas opes quærere, quod pretiosissimum divitiarum genus est, [4] amicos invenisti.

ME-

1 *Sed ne me inexorabile contra fortunam gerere bellum putes.*] Johannes Saresberiensis in Policratici lib. 5. cap. 10. *Ne tamen cum his me bellum inexorabile gerere putes, munera Curiales licenter accipiant, dum non extorqueant impudenter.* Sitzm.

2 *Illa mendacium specie bonorum mentes fruentium ligat.*] MS. Rittersh. *Illa mendax specie bonor. &c.* Idem.

3 *Adversa plerumque ad vera bona reducens, unco retrahit.*] Assentior libens scriptis: *reduces unco retrahet.* Bernart.

4 *Amicos invenisti.*] Epaminondas non prius discessit è foro quotidie, quam novum aliquem amicum ad veteres adjecisset. Ælian. lib. 14. Variar. Hist. cap. 8. Et Alexander interrogatus à quodam in quo loco essent thesauri ipsius, demonstravit amicos, vide Chreian 1. Progymnasmat. Libanii Sophistæ. Manil. lib. 4.

Iccirco

METRUM VIII.

[1] *Quod mundus stabili fide*
[2] *Concordes variat vices,*
[3] *Quòd pugnantia semina*
[4] *Fœdus perpetuum tenent,*
Quòd Phœbus roseum diem
Curru provehit aureo,
Ut quas duxerit Hesperus
[5] *Phœbe noctibus imperet,*
Ut fluctus [6] *avidum mare*
[7] *Certo fine coërceat,*

Ne

Iccirco nihil ex semet Natura creavit
Pectore Amicitiæ majus, nec rarius unquam. Sitzm.

1 *Quod mundus, &c.*] Hoc Carmen potissimum illustrabit Apulejus de Mundo, ubi de Elementorum concordia disserit. Item Arnobius in princip. lib. 1. Adversus Gentes. *Idem.*

2 *Concordes variat vices.*] Manil. libro 1.

Omnia concordi tractu veniuntque caduntque
Qua semel incubuit cælum, versumque resurgit. Idem.

3 *Quod pugnantia semina.*] Quintil. Declamat. 4. *Dissentientia* appellat *primordia.* Claudian. de Raptu Proserp. lib. 1. ℣. 42.

Pœne reluctatis iterum pugnantia rebus
Rupissent elementa fidem. ——
Prudent. lib. 2. Contra Symmach.

—— *servant elementa suum pugnantia cursum.*
Cassiodor. lib. 2. Var. 39. *Merito dicunt Philosophi elementa sibi mutuis complexionibus illigari, & mirabili conjungi fœderatione, quæ inter se contraria intelliguntur varietate pugnare.* Martian. Capella libro primo Nupt. Philolog. de Hymenæo:

Semina qui arcanis stringens pugnantia vinclis,
Complexuque sacro dissona nexa foves:
Namque elementa ligas vicibus, mundumque maritas:
Atque auram mentis corporibus socias.
Fœdere complacito sub quo Natura jugatur,
Sexus concilias & sub amore fidem. Idem.

4 *Fœdus perpetuum tenent.*] Lucret. lib. 5.

—— *doceo dictis quo quæque creata*
Fœdere sint, neo quam sit durare necessum,
Nec validas ævi valeant rescindere leges. Idem.

5 *Phœbe noctibus imperet.*] Lactant. de Ira Dei, cap. 13. *Luna quoque nocturni temporis gubernatrix, & amissi ac recepti luminis vicibus menstrua spacia moderatur, & cæcas tenebris horrentibus noctes fulgore suæ claritatis illustrat, ut æstiva itinera & expeditiones & opera sine labore ac molestia confici possint.* Idem.

6 *Avidum mare.*] Lucret. lib. 1.

Efficit ut longis avidum mare fluminis undis
Integrent amnes. ——
Idem.

7 *Certo fine.*] Propert. l. 3. Eleg. 4. ℣. 59.

Ne terris liceat vagis
[1] *Latos tendere terminos.*
Hanc rerum seriem ligat,
Terras, ac pelagus regens,
Et [2] *cælo imperitans amor.*
[3] *Hic si frena remiserit,*
Quidquid nunc amat invicem,
[4] *Bellum continuò geret:*
Et quam nunc socia fide
Pulcris motibus incitant,
Certent solvere machinam.
Hic sancto [5] *populos quoque*

Jun-

— suos fines altum non exeat æquor. Sitzm.

1 *Latos tendere terminos.*] MS. Erfurt. & Edit. Norim. *Latos tendere terminos.* Alteram tamen lectionem rectam esse, probo hisce Tibull. lib. 2. Eleg. 4.

— cautes obnoxia ventis
Naufraga quam vasti tunderet unda maris.

Minutius Felix: *Ibi arenas extimas, velut sterneret ambulacro, perfundens leni aura tundebat.* Prudentius Cathm. Hymno 7.

Qua murmuranti fine fluctus frangitur,
Salsosque candens spuma tundit pumices. Idem.

2 *Cœlo imperitans amor.*] In animo habuit versus illos Empedoclis, qui exstant in Com. Simplicii ad 1. Phys. quibus omnia cœlestia inferioraque regi temperamento illo τῆ φιλίας καὶ τοῦ νείκους amoris ac litis scribit. *Cœlo imperitans amor.* Deos quoque, inquit ille, amor ligat.

Καί τε θεοὶ δολιχαίωνες πρῶτοι φέρεσθαι.

Dii quoque longævi præstantes laudibus. Vall.

3 *Hic si frena remiserit.*] Phædrus l. 1. Fab. 2.

Frenumque solvit pristinum licentia.

Silius lib. 1.

Hæc postquam Tyrio gentes cessere tyranno,
Utque dati rerum freni. ——

Hinc *Frenare*, pro regere. Val. Flaccus lib. 1.

Hæmoniam primis Pelias frenabat ab annis,
Jam gravis, & longus populis metus. —

Senec. in Medea, ℣. 3.

— quæque domitorem freti
Tiphyn novam frenare docuisti ratem.

In Agamemnone ℣. 201.

Regina frena temet, & siste impetus. Sitzm.

4 *Bellum.*] Cassiodor. 1. Var. 30. *Inter ipsos adversarios, ut scitis, non erant prius armata certamina, sed pugnis se, quamlibet fervida, lacessebat intentio. Unde & pugna nomen accepit. Postea Belus ferreum gladium primus produxit, à quo & bellum placuit nominari.* Idem.

5 *Populos quoque Junctos fœdere continet.*] Seneca in Medea de Venere:

Quæ das belligeris fœdera gentibus.

Huc pertinet exclamatio illa Silii Italici, libro 13.

Fœdera mortales ne sævo rumpite ferro,
Sed castam servate fidem. fulgentibus ostro
Hæc potior regnis. Dubio qui frangere rerum

Gau-

Junctos fœdere continet:
Hic & conjugii sacrum
[2] *Castis nectit amoribus:*
[3] *Hic fidis etiam sua*
Dictat jura [4] *sodalibus.*

O felix

Gaudebit pacta, ac tenues spes linquere amici,
Non illi domus, aut conjux, aut vita manebit
Unquam expers luctus, lacrimæque, aget æquore semper
Ac tellure premens, aget ægrum nocte dieque
Despecta ac violata fides. adit omnia jamque
Concilia & mensas contingit, & abdita nube,
Accumbitque toris, epulaturque improba Erinnys.
Ipsa etiam Stygio spumantia pocula tabo
Porrigit, & large pœnas lethumque ministrat. Sitzm.

1 *Hic &.*] Ita Claudian. de Fide, lib. 2. de Laudibus Stiliconis, ℣. 38.

Hæc & amicitias longo post tempore firmat,
Mansuroque adamante ligat. ——

Idem.

Hic & conjugii sacrum.] Salvianus lib 7. De Gub. Dei: *Venerabilis conjugii sacramentum.* Seneca in Agamemnone ℣. 79.

— jura pudorque
Et conjugii sacrata fides
Fugiunt aulas. — —

Idem.

Conjugii.] Evagabor, vel vocabuli hujus causa, quod mihi valde arridet. Arnob. lib. 2. Adversus Gentes: *Conjugalia copulatis consortia, non futura esse credentes casta & officiosi fœderis in maritos?* Hæc Arnobius. Unde disco, *Conjugalia consortia* poni pro ipsis conjugibus, qua significatione boni Auctores usurpant vocem *Conjugium.* Helena apud Senecam in Troade, ad Andromacham:

— tale conjugium tibi
Non ipsa sospes Troja, non Priamus daret.

Propertius lib. 3. Eleg. 12.

Et certamen habent lethi, quæ viva sequatur
Conjugium; pudor est, non licuisse mori.

Ovidius in Epist. Heroid.

Hæc ego conjugio fraudata Thoantias oro.

Seneca in Troad. ℣. 59. & seq. pulcre variat:

Hic Hectoris conjugia despondet sibi,
Hic optat Heleni conjugem, hic Antenoris

Aurelius Victor de Romulo: *Cum videret conjugia deesse, per legatos à finitimis civitatibus petiit.* Cassiodorus lib. 5. Variar. 43. *Nulli æstimamus nos aliquid simile contulisse, quam quod germanam nostram vestrum fecimus esse conjugium: feminam prudentiam vestræ parem.* Ita etiam accipio illa Alcimi Aviti libro de Origine Mundi:

Femina persistat de semine sumpta virili
Conjugio servare fidem. ——

Hæc de Conjugalibus consortiis sive conjugio. Nunc in viam liber reflectam. *Idem.*

2 *Castis nectit amoribus.*] Seneca in Octavia versu 189.

Amor perennis conjugis castæ manet.

Idem.

3 *Hic fidis etiam sua Dictat jura sodalibus.*] Convenienti iteratione utitur Cassiodorus libro quinto Variarum 40. *Hæc inter socios amicitiam servat; hæc dominis pura integritate famulatur; hæc supernæ majestati reverentiam piæ credulitatis impendit: & si beneficium tantæ rei latius quæras, incommutabilis fidei est omne, quod bene vivitur.* Idem.

4 *Fidis sodalibus.*] Prudentius Peristephanon Hymno 1.

O felix hominum genus,
Si vestros animos [1] *amor,*
Quo cælum regitur, regat!

Hic duorum chara fratrum convalescunt pectora,
Fida quos per omne tempus junxerat sodalitas. Sitzm.

1 *Amor quo cælum regitur.*] Quem Θείων φιλοτητα appellavit Oraculum apud Ælianum Variæ Historiæ 2. *Sitzman.*

ANICII MANLII SEVERINI BOETII CONSOLATIONIS PHILOSOPHIÆ LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM LIBRI.

Validioribus jam argumentis agit Philosophia. omnes mortales beatitudinem quidem appetere; sed in ea adipiscenda aberrare; dum scilicet hi in cumulandis divitiis eam reponunt, illi verò in dignitatibus, regum amicitia, præclarè factorum gloria, nobilitate, corporis voluptatibus. quam minimè in iis esse demonstrat; quòd non bona, imo multis malis implicita sint, sed in Deo, qui est summum bonum atque unum. ejusque gubernaculis mundum regi.

PROSA I.

TAM cantum illa finierat, cum me audiendi avidum, stupentemque arrectis adhuc auribus carminis mulcedo defixerat. Itaque paulo post, O, inquam, summum lassorum solamen animorum, quantum me vel sententiarum pondere, vel canendi etiam jucunditate refovisti! adeò [1] ut jam me posthac imparem fortunæ ictibus non arbitrer. Itaque remedia, quæ paullò acriora esse dicebas, non modò non perhorresco, sed audiendi avidus

1 *Ut jam me posthac imp. fortunæ ictibus non arbitrer.*] MSS. *non esse arbitrer.* Sitzm.

1 *Qui*

dus vehementer efflagito. Tum illa, Sensi, inquit, cum verba nostra tacitus, attentusque rapiebas, eumque tuæ mentis habitum vel exspectavi, vel, quod est verius, ipsa perfeci. talia sunt quippe, quæ restant, ut degustata quidem mordeant, interius autem recepta dulcescant. Sed quòd tu te audiendi cupidum dicis, quanto ardore flagrares, si, quonam te ducere aggredimur, agnosceres. Quonam, inquam? Ad veram, inquit, felicitatem, quam tuus quoque somniat animus; sed occupato ad imagines visu, ipsam illam non potest intueri. Tum ego: Fac obsecro, & quæ illa vera sit, sine cunctatione demonstra. Faciam, inquit illa, tui causa libenter: sed quæ tibi causa notior est, eam prius designare verbis, atque informare conabor: ut ea perspecta, cum in contrariam partem flexeris oculos, veræ specimen beatitudinis possis agnoscere.

METRUM I.

[1] *Qui serere ingenuum volet agrum,*
Liberat arva prius fruticibus,
Falce rubos, [2] *filicemque resecat,*
Ut nova fruge [3] *gravis Ceres eat.*
[4] *Dulcior est apium mage labor,*

Si

1 *Qui serere ingenuum volet agrum*] Prudent. Cathem. Hymn. 3.

Fundit opes ager ingenuas
Dives aristifera segetis.

Probati scriptores varie & frequenter voce *ingenii* utuntur. *Ingenium loci*, Florus lib. 2. cap. 2. Statius 2. Sylvar. *collis*, Silius libro 4. *metalli*, Apulejus 9. Metam. *herbarum*, Tertullianus de Habitu Muliebri. *venti*, Politianus in Rustico. *lympharum*, Claudianus de Crystallis. Observandum & illud apud eundem de Bello Getico v. 227.

Utque est ingenioque loquax, & plurima fingi
Permittens credique timor. —

Sitzm.

2 *Filicemque resecat.*] MS. Rittersh. *felicemque res.* Flav. Caper: *Filicem, non felicem dicere debemus: unde & filicata opera dixerunt celata.* Virg. 2. Georg.

Et filicem curvis invisam pascit aratris.

Columella lib. 11. *Filix quoque aut carex ubicunque nascitur, Augusto mense recte exstirpatur, melius tamen circa Idus Julias, ante caniculæ exortum.* Idem.

3 *Gravis Ceres eat.*] Martianus Capella, libro 1. de Nupt. Philol. *Cum his grata Ceres admodum gravis femina, alumnaque terrarum ac nutrix mortalium videbatur.* Idem.

4 *Dulcior est apium labor.*] Cassiodor. Variar. 10. Epist. 33. *Dulcior solet esse gratia, post amaritudines expiatas.* Idem.

[1] *Si malus ora prius ſapor edat.*
Gratiùs aſtra nitent, ubi Notus
Deſinit [2] imbriferos dare ſonos.
Lucifer ut tenebras pepulerit,
Pulcra dies [3] roſeos agit equos:
Tu quoque falſa tuens bona prius,
Incipe colla jugo retrahere;
Vera dehinc animum ſubierint.

PROSA II.

Tum defixo paullulum viſu, [4] & velut in auguſtam ſuæ mentis ſedem recepta, ſic cœpit: Omnis mortalium cura, quam multiplicium ſtudiorum labor exercet, diverſo quidem calle procedit, ſed ad unum tamen beatitudinis finem nititur pervenire. [5] Id autem eſt bonum, quo quis adepto, nihil ulterius deſiderare queat. Quod quidem eſt omnium ſummum bonorum, cunctaque intra ſe bona continens: cui ſi quid abforet, ſummum eſſe non poſſet, quoniam relinqueretur extrinſecus, quod poſſet optari. Liquet igitur, eſſe beatitudinem ſtatum bonorum omnium congregatione perfectum. Hunc, uti diximus, diverſo tramite mortales omnes conantur adipiſci. Eſt enim mentibus hominum veri boni naturaliter inſerta cupiditas: ſed ad falſa devius error abducit. Quorum quidem alii ſummum eſſe bonum nihilo indigere credentes, ut divitiis affluant, elaborant: alii verò bonum, quòd ſit digniſſimum veneratione, judicantes, [1] adeptis honoribus, reverendi civibus ſuis eſſe nituntur. Sunt qui ſummum bonum in ſumma potentia eſſe conſtituant: hi vel regnare ipſi volunt, vel regnantibus adhærere conantur. At quibus optimum quiddam claritas videtur; [2] hi vel belli, vel pacis artibus glorioſum nomen propagare feſtinant. Plurimi verò boni fructum gaudio, lætitiâque metiuntur: hi feliciſſimum putant voluptate diffluere. [3] Sunt etiam, qui horum fineis, cauſaſque alterutro permutant. ut, qui divitias ob potentiam, voluptateſque deſiderant, vel qui potentiam ſeu pecuniæ cauſsâ, ſeu proferendi nominis petunt. In his igitur, ceteriſque talibus humanorum actuum, votorumque verſatur intentio; veluti nobilitas, [4] favorque popularis, quæ videntur quandam claritudinem comparare; uxor, ac liberi, qui jucunditatis gratia petuntur. Amicorum vero, quod

1 *Si malus ora prius ſapor edat.*] Υ' παλλαγὴ, pro, ſi ora prius imbuantur malo ſapore. *Sitzm.*

2 *Imbriferos dare ſonos.*] *Imbriferum anhelitum* vento attribuit Prudentius Cathemer. Hymno 4. *Idem.*

3 *Roſeos agit equos.*] *Agere* interdum verbum eſt curſorium. Lucret. lib. 3.
Currit agens mannos in villam præcipitanter.
Manilius lib. 5.
Aut mulos aget, aut mannos, miſtoſque jugabit
Semine quadrupedes, aut curru celſior ibit.
Aurelius Victor, de Tullia: *Cum domum rediret, viſo patris corpore, mulionem evitantem ſuper ipſum corpus carpentum agere præcepit.* Q. Curtius, lib. 8. *Illi, qui currus agebant, illud ultimum auxilium ſuorum rati, effuſis habenis in medium diſcrimen ruere cœperunt.* Et *Agitare.* Virg. 3. Georg.
Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.
Propertius lib. 2. Eleg. 15. ℣. 32.
Et citius nigros Sol agitabit equos.
Idem.

4 *Et velut in auguſtam.*] A Lipſii bono boni ſcriptoris libro eſt. vulgati: *auguſtam.* Bernart.

5 *Id autem eſt bonum, quo quis adepto.*] B. Auguſt. de Civit. Dei lib. 8. cap. 8. *Reliqua eſt pars moralis, quam Græco vocabulo dicunt ἠθικὸν, ubi quæritur de ſummo bono: quo referentes omnia quæ agimus, & quod non propter aliud, ſed propter ſe ipſum appetentes, idque adipiſcentes, nihil quo beati ſimus ulterius requiramus. Ideo quippe & finis eſt dictus, quia propter hunc cetera volumus: ipſum autem non, niſi propter ipſum.* Vide totum caput, quod maxime facit ad illa, quæ mox in noſtro ſequentur auctore. Item lib. 19. cap. 1. 2. 3. & 4. *Sitzm.*

1 *Adeptis*

1 *Adeptis honoribus reverendi civibus.*] MS. Rittersh. *adeptis h. verendi civibus.* Sitzm.

2 *Hi vel belli.*] Quod fecit Jul. Cæſar, qui ſibi magnum imperium, exercitum, bellum novum exoptabat, ubi virtus enitescere poſſet. Vide B. Auguſtin. lib. 5. de Civit. Dei, cap. 12. *Idem.*

3 *Sunt etiam qui horum fines cauſaſque alterutro permutant.*] MSS. *permutent.* Idem.

4 *Favor popularis.*] Petron. Arbiter:
— *nullos trepidum timere caſus,*
Nec vano populi favore tangi.
Symmachus libro 4. Epiſt. 61. *Quare ex ſummis opibus juva Romani animi ſpecioſum calorem; venturus in partem popularis favoris, ſi nobis ex tuo beneficio celebrior fama provenerit.* Quam facile autem populus capiatur, palpoque obtruſo in diverſa rapiatur, demonſtrat & deplorat Ariſtophanes in Equitibus, Act. 3. Scen. 2. Unde ob hanc inconſtantiam Euripo eleganter ab optimis auctoribus, ut Cicerone & aliis, comparatur. *Idem.*

1 *Quibus*

quod ſanctiſſimum quidem genus eſt, non in fortuna, ſed in virtute numeratur. Reliquum verò vel potentiæ cauſa, vel delectationis aſſumitur. Jam verò corporis bona promtum eſt, ut ad ſuperiora referantur. Robur enim magnitudoque videntur præſtare valentiam; pulcritudo atque velocitas celebritatem; ſalubritas, voluptatem. [1] Quibus omnibus ſolam beatitudinem [2] deſiderari liquet. Nam quod quiſque præ ceteris petit, [3] id ſummum eſſe judicat bonum. Sed ſummum bonum beatitudinem eſſe definivimus. Quare beatum eſſe judicat ſtatum, quem præ ceteris quiſque deſiderat. Habes igitur ante oculos propoſitam fere formam felicitatis humanæ, opes, honores, potentiam, gloriam, voluptates. [4] Quæ quidem ſola conſiderans Epicurus, conſequenter ſibi ſummum bonum voluptatem eſſe conſtituit, quòd cetera omnia jucunditatem animo videantur afferre. Sed ad hominum ſtudia revertor: quorum animus, & ſi caligante memoria, tamen bonum ſummum repetit, ſed velut ebrius, domum quo tramite revertatur, ignorat. Num enim videntur errare hi, qui nihilo indigere nituntur? Atqui non eſt aliud, quod æquè perficere beatitudinem poſſit, quàm copioſus bonorum omnium ſtatus, nec alieni egens, ſed ſibi ipſe ſufficiens. Num verò labuntur hi, qui quod ſit optimum, id etiam reverentiæ cultu digniſſimum putant? minimè. Neque enim vile quiddam, contemnendumque eſt, quod adipiſci omnium ferè mortalium laborat intentio. An in bonis non eſt numeranda potentia? Quid igitur? Num imbecillum, ac ſine viribus æſtimandum eſt, quod omni-

1 *Quibus omnibus ſolam beatitudinem deſiderare liquet.*] Emenda ex MSS. *deſiderari liquet.* Sitzm.

2 *Deſiderare liquet.*] Repoſui ex veteribus, oratione flagitante, *deſiderari.* Bernart.

3 *Id ſummum judicat bonum.*] MS. & Edit. Norimb. *id ſummum judicat eſſe bonum.* Sitzm.

4 *Quæ quidem ſola conſid. Epicurus.*] Vide B. Auguſt. lib. 19. De Civit. Dei, cap. 1. *Idem.*

1 *Po-*

omnibus rebus conſtat eſſe præſtantius? An claritudo nihili pendenda eſt? Sed ſequeſtrari nequit, quin omne quod excellentiſſimum ſit, id etiam videatur eſſe clariſſimum. Nam non eſſe anxiam, triſtemque beatitudinem, nec doloribus, moleſtiiſque ſubjectam quid attinet dicere, quando in minimis quoque rebus id appetitur, quod habere, fruique delectet? Atqui hæc ſunt, quæ adipiſci homines volunt, eaque de cauſa divitias, dignitates, regna, gloriam, voluptateſque deſiderant, quòd per hæc ſibi ſufficientiam, reverentiam, [1] potentiam, celebritatem, lætitiamque credunt eſſe venturam. Bonum eſt igitur, quod tam diverſis ſtudiis homines petunt: in quo quanta ſit naturæ vis, facilè monſtratur, cùm licet variæ diſſidenteſque ſententiæ, tamen in deligendo boni fine conſentiunt.

METRUM II.

Quantas rerum flectat habenas
Natura potens, [2] quibus immenſum
Legibus orbem provida ſervet,
Stringatque ligans irreſoluto
Singula nexu, placet arguto
Fidibus lentis promere cantu.
Quamvis [3] Pœni pulcra leones
Vincula

1 *Potentiam, celebritatem, lætitiam credunt eſſe venturam.*] MSS. *potent. cel. lætitiamque credunt venturam.* Sitzm.

2 *Quibus immenſum Legibus orbem pr. ſ.*] Statius libro 3. Sylvar.

— *quid enim terriſque poloque*
Parendi ſine lege manet —

Sitzm.

3 *Pœni leones.*] Africani, quorum major eſt feritas & ſævitia. vide Solin. cap. 30. & Oppian. Cynegetic. Seneca in Hippolyt. vſ. 347.

Pœni quatiunt colla leones
Cum movit amor —

Similia fere verba ſunt apud Statium 2. Achill. quem noſter imitatur:

Ut leo materno cum raptus ab ubere mœres
Accepit, pectique comas, hominemque vereri
Edidicit, nullaſque ruit niſi juſſus in iras:
Si ſemel adverſo radiavit lumine ferum,
It jurata fides, domitorque inimicus in illum
Prima ſames, timidoque pudet ſervire magiſtro.

Senec.

Vincula gestent, manibusque datas
Captent escas, [1] metuantque trucem
Soliti verbera ferre magistrum:
Si cruor horrida tinxerit ora,
Resides olim redeunt animi,
Fremituque gravi meminere sui,
Laxant nodis colla solutis,
Primusque lacer dente cruento
Domitor rabidas [2] imbuit iras.
[3] Quæ canit altis garrula ramis
Ales, caveæ clauditur antro:
Huic licet illita pocula melle,
Largasque dapes dulci studio

Ludens

Senec. Ep. 86. *Tigres Leonesque nunquam feritatem exuunt, aliquando submittunt, & cum minime expectaveris, exasperatur tarditas mitigata.* Idem.

1 -- *Metuantque trucem Soliti verbera ferre magistrum.*] Ex illo Martialis lib. 2. Epigram. 75.

Verbera securi solitus leo ferre magistri. Idem.

2 *Imbuit iras.*] Multiplex usus hujus verbi ex sequentibus patebit. Senec. in Herc. Fur. ℣. 455.

Primus sagittas imbuit Phœbi Draco.

Lucretius lib. 6.

Multaque præterea prius ipso tacta vapore
Eminus ardescunt, quam comminus imbuat ignis.

Propertius lib. 4.

Imbuis exemplum primæ tu Romule pugnæ.

Phalaris Perillo, apud Ovid. 3. Trist. Eleg. 11.

Ipse tuum præsens imbue, dixit, opus.

Martialis lib. 7. Epig. 25.

— *hoc facetum carmen imbuant aures.*

Silius Ital. lib. 3.

Virgineis juvenem tedis, primoque Hymenæo
Imbuerat conjux, memorique tenebat amore.

Val. Flaccus lib. 2.

Sævit amor, thalamos excussaque vincla quod ausæ
Imbuere, atque iterum tales admittere curas.

Idem lib. 3. de Triptolemo:

— *ignaras Cererîs qui vomere terras*
Imbuit, & flava quercum donavit aristæ.

C. Plinius Secundus libro 8. Epist. 14. *Adulescentuli statim castrensibus stipendiis imbuebantur.* Vegetius libro tertio, capite nono: *Sed ante minoribus prælis imbuendi.* Q. Curtius libro sexto de Alexandro: *Lacere humi venerabundos pati cœpit, paullatimque servilibus ministeriis tot victores gentium imbuere, & captivis pares facere expetebat.* Cassiodorus lib. 8. Variar. 12. *Grues, qui classem consociant, alphabeti formas, natura imbuente, describunt. Imbui dapibus,* Prudentius in Psychomachia. Idem Cathemer. Hymno 3. dixit:

Nec juvat ore quid appetere,
Pocula ni prius atque cibos
Christe tuus favor imbuerit,
Omnia sanctificante fide.

Idem.

3 *Quæ canit altis garrula ramis.*] Sen. in Oed. ℣. 454.

Garrula per ramos avis obstrepit.

In Herc. Fur. de Philomela:

Pendet summo stridula ramo. Idem.

1 *Pe-*

Ludens hominum cura ministret,
Si tamen, arto saliens tecto,
Nemorum gratas viderit umbras;
Sparsas [1] pedibus proterit escas,
[2] Silvas tantum mœsta requirit,
Silvas dulci voce susurrat.
Validis quondam viribus acta
Pronum flectit virga cacumen:
Hanc si curvans dextra remisit,
Recto spectat vertice cælum.
[3] Cadit Hesperias Phœbus in undas;
Sed secreto tramite rursus
Currum solitos vertit ad ortus.
[4] Repetunt proprios quæque recursus,
Redituque suo singula gaudent.
Nec manet ulli traditus ordo,
Nisi quod fini junxerit ortum,
[5] Stabilemque sui fecerit orbem.

PRO-

1 *Pedibus proterit escas.*] Prudent. Peristeph. Hymn. 3.

Idola protero sub pedibus.

Claud. De Rapt. Proserp. lib. 1. v. 129.

— *pedibus quæ nondum proterit escas.*

Idem.

2 *Sylvas tantum mœsta requirit.*] Ovid. lib. 2. de Ponto, Eleg. 4.

Cum bene sint clausæ cavea Pandione natæ,
Nititur in sylvas quæque redire suas.

Idem.

3 *Cadit Hesperias Phœbus in undas.*] Seneca in Thyest. versu 791.

Cur Phœbe tuos rapis aspectus?
Nondum seræ nuncius horæ,
Nocturna vocas lumina vesper:
Nondum Hesperiæ flexura rotæ
Iubet emeritos solvere currus.

Idem.

Hesperias undas.] Quas *Phœbæa cubilia* nominat Silius libro tertio:

Non aliter quoties perlabitur æquora curru
Extremamque petit Phœbæa cubilia Tethyn
Frenatis Neptunus aquis ——

Idem.

4 *Repetunt proprios quæque recursus.*] Senec. Epist. 36. *Observa orbem rerum in se remeantium, videbis in hoc mundo nihil extingui, sed vicibus descendere ac resurgere. Æstas abit, sed alter annus illam adducit. Hiems cecidit, referent illam sui menses. Solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiget. Stellarum iste discursus quicquid præterit, repetit, pars cæli levatur assidue, pars mergitur &c.* Idem.

5 *Stabilemque sui fecerit orbem.*] Planudes reddidit malè

Ὡς ἂν τόσιμοι τὸ δεῦμον ἔξῃ.

Hujus loci hic sensus est; Is orbis seu potius circulus perfectus demum est, cujus extrema junguntur. data enim aliqua ejusdem continuitatis solutione & interruptione, certum est circulum esse desinere: idcoque ut verus circulus constet, fini jungi initium necesse est. Sic

animæ

PROSA III.

Vos quoque ô terrena animalia, tenui licet imagine, veſtrum tamen principium ſomniatis, verumque illum beatitudinis finem, licet minimè perſpicaci, qualicumque tamen cogitatione proſpicitis, eoque vos, & ad verum bonum naturalis ducit intentio, & ab eodem multiplex error abducit. Conſidera namque, an per ea, quibus ſe homines adepturos beatitudinem putant, ad deſtinatum finem valeant pervenire. Si enim vel pecunia, vel honores, [1] ceteraque tale quid afferunt, cui nihil bonorum abeſſe videatur, nos quoque fateamur fieri aliquos horum adeptione felices. Quòd ſi neque id valent efficere, quod promittunt, boniſque pluribus carent, nonne liquidò falſa in eis beatitudinis ſpecies deprehenditur? Primum igitur te ipſum, qui paullo antè divitiis affluebas, interrogo. Inter illas abundantiſſimas opes numquam ne animum tuum concepta ex qualibet injuria confudit anxietas? [2] Atqui, inquam, tam libero me fuiſſe animo, quin aliquid ſemper angeret, reminiſci nequeo. Nonne quia vel aberat, quod abeſſe non velles; vel aderat, quod adeſſe noluiſſes? Ita eſt, inquam. Illius igitur præſentiam, hujus abſentiam deſiderabas. Confiteor, inquam. [3] Eget verò, inquit,

animæ noſtræ peregrinationis atque errorum ſuorum ambages, dum vivitur, abſolventi, nulla quies eſſe debet, donec motu ſibi naturali ad ſummum bonum, hoc eſt, ad Deum pervenerit; & veluti orbem ſtabilem à Deo creatore ad Deum quo fruendum eſt, quique ſolus eſt & ſtat, effecerit. Hinc alibi noſter,

Hic eſt cunctis communis amor,
Repetuntque boni fine teneri,
Quia non aliter durare queant
Niſi, converſo rurſus amore,
Refluant cauſæ quæ dedit eſſe.

Hic nimirum eſt vitæ κύκλος. Empedoclis verſus exprimit, qui ſunt apud Simplicium. & locum Ariſtotelis l. VII. Phyſ. ante medium. *Vall.*

1 *Ceteraque tale quid afferunt.*] MS. Rittersh. *quid appetunt.* Sitzm.

Ceteraque tale.] Meus codex: *talia.* benè. *Bern.*

2 *Atqui, inquam, tam libero me fuiſſe animo, quin aliquid ſemper angeret, reminiſci nequeo.*] MSS. omittunt particulam *tam*: & pro *angeret*, habent *angerer.* Sitzm.

3 *Eget vero, inquit, eo, quod quiſque deſiderat.*] MS. Rittersh. *Eget vero quiſque, inquit, eo, quod deſiderat.* Idem.

1 *Num*

quit, eo, quod quiſque deſiderat. Eget, inquam. Qui verò eget aliquo, [1] num eſt uſquequaque ſibi ipſe ſufficiens? Minimè, inquam. Tu itaque hanc inſufficientiam [2] plenus, inquit, opibus ſuſtinebas? Quid ni? inquam. Opes igitur nihilo indigentem, ſufficientemque ſibi facere nequeunt, & hoc erat, quod promittere videbantur. Atqui hoc quoque maximè conſiderandum puto, quod nihil habeat ſuapte naturâ pecunia, ut his, à quibus poſſidetur, invitis nequeat auferri. Fateor, inquam. Quidni fateare, cùm eam cotidie valentior aliquis eripiat invito? Unde enim forenſes querimoniæ, niſi quòd vel vi, vel fraude à nolentibus pecuniæ repetuntur ereptæ? Ita eſt, inquam. Egebit igitur, inquit, extrinſecus petito præſidio, quo ſuam pecuniam quiſque tueatur. Quis, inquam, neget? Atqui non egeret eo, niſi poſſideret pecuniam, quam poſſet amittere. Dubitari, inquam, nequit. In contrarium igitur relapſa res eſt: nam quæ ſufficientes ſibi facere putabantur opes, alieno potiùs præſidio faciunt indigentes. Quis autem modus eſt, quo pellatur divitiis indigentia? Num enim divites eſurire nequeunt? num ſitire non poſſunt? num frigus hibernum pecunioſorum membra non ſentiunt? Sed adeſt, inquies, opulentis, quo famem ſatient; quo ſitim, friguſque depellant. Sed hoc modo conſolari quidem divitiis indigentia poteſt, auferri penitus non poteſt. [3] Nam ſi hæc hians ſemper, atque aliquid poſcens, opibus non expletur, maneat neceſſe eſt, quæ poſſit expleri. Taceo, quòd naturæ minimum, quòd [4] avaritiæ nihil ſatis eſt. Quare ſi opes

nec

1 *Num eſt uſquequaque ſibi ipſe ſufficiens.*] MSS. *ſibi ipſi ſufficiens.* Idem.

2 *Plenus, inquit, opibus ſuſtinebas.*] Et hîc meus, *opibus ſuſtentabas.* placet. *Bern.*

3 *Nam ſi hæc hians ſemper atque aliquid poſcens.*] MS. Rittersh. *Nam ſi hæc inhians* &c. Ita Seneca in Hercul. Fur. verſu 107.

— *hic nullo fine beatus*
Componit opes, gazis inhians.

Sitzm.

4 *Avaritiæ nihil ſatis eſt.*] Appoſite Theognis, v. 227. & ſeqq.

Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πέφασθαι ἀνθρώποισιν.

nec ſummovere indigentiam poſſunt, & ipſæ ſuam faciunt, quid eſt quòd eas ſufficientiam præſtare credatis?

METRUM III.

[1] *Quamvis fluente dives auri gurgite*
Non expleturas cogat avarus opes,
[2] *Oneretque baccis colla* [3] *rubri litoris;*

Rura-

Οἱ ᾧ νῦν ἡμῶν πολῖται ἔχουσι βίον, Διπλάσιον ἀπόδοσι. Τίς ἂν χορέσειεν ἀπαιδευσίαν;

Salluſtius in Bello Catil. *Avaritia pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens concupivit. ea quaſi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effeminat; ſemper infinita, inſatiabilis eſt; neque copia neque inopia minuitur.* Publius Syrus: *Avarum irritat, non ſatiat pecunia.* Idem: *Inopiæ deſunt pauca, avaritiæ omnia.* Scytharum Legatus ad Alexandrum, recenſente Q. Curtio libro ſeptimo: *Quid tibi divitiis opus eſt, quæ te eſurire cogunt? Primus omnium ſatietate paraſti famem, ut quo plura haberes, acrius, quæ non haberes, cuperes.* Caſſiodorus libro 12. Variar. 1. *Reginam illam procacium vitiorum Avaritiam fuge, cui cuncta crimina deteſtabili devotione famulantur. Quæ dum pectus hominis ingreſſa fuerit, gregatim quoque maleſidas cohortes admittit. Ferri non poteſt recepta, quia neſcit eſſe ſolitaria. Agmen habet blandiſſimum; arma ſuſcipit ex talentis, & per dulcedinem ſuperat, quos amara deceptione captivat.* Idem lib. 4. Var. 39. *Avaritiam ſiquidem radicem eſſe omnium malorum, & lectio divina teſtatur* (1. Tim. 6. ℣ſ. 10.) *quæ tali ſorte punita eſt, ut cum multa rapiat, ſemper egeat.* Optime & Phocylides:

Ἡ φιλοχρηματίη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.

hoc eſt,

Mater avaritia eſt vitiorum quicquid ubique eſt. Idem.

1 *Quamvis fluente.*] Ov. 3. Am. El. 6.

Quid mihi ſortunæ tantum? quid regna ſine uſu?
Quid niſi poſſedi dives avarus opes?

Sic aret mediis taciti vulgator in undis,
Pomaque, quæ nullo tempore tangat, habet. Idem.

2 *Oneretque baccis colla.*] Non per *baccas* hic ſignificat quaſlibet gemmas & lapillos pretioſos, ut ſcribunt & volunt Commentatores, ſed uniones: à figura nempe. ſimilitudine enim referunt palmæ, lauri, oleæ, corni, aliarumque arborum fructus; qui baccæ dicuntur. Sic Virgilius Culice,

— nec Indi
Conchea bacca maris pretio eſt.

Et Horatius Epod. ode VIII.

Non ſit marita quæ rotundioribus
Onuſta baccis ambulet.

Et Satyra III. lib. II.

— aceto
Diluit inſignem baccam.

Dixit colla onerari; quo conſtaret eſſe uniones ſeu margaritas. *auribus* enim, *collo* & *capite*, ait Plinius circumferebantur, *gemmæ digitis*. quin & matronarum quoque digitis ſuſpendi, imo earum crepidis ſocculiſque addi olim idem obſervat, pudendo luxu. *Vallin.*

Ornetque baccis.] Nec damnes ſcriptum: *oneretque*. Tertull. De Hab. Mulier. *Saltus & inſulas tenera cervix fert. Graciles aurium cutes calendarium expendunt, & ſiniſtra per ſingulos digitos de ſaccis ſingulis ludit. Hæ ſunt vires ambitionis, tantarum uſurarum ſubſtantiam uno & muliebri corpuſculo bajulare.* Seneca: *Non ſatis muliebris inſania viros ſubjecerat, niſi bina ac terna patrimonia auribus ſingulis pependiſſent.* Bern.

Ornetque baccis.] MS. Erfurt. & Edit. Norimb. *Oneretque baccis* — Sitzm.

3 *Rubri littoris.*] Seu Erythræi. In eo enim

[1] *Ruraque centeno ſcindat opima bove:*
[2] *Nec cura mordax deſerit ſuperſtitem,*
[3] *Defunctumque leves non comitantur opes.*

PROSA IV.

[4] Sed dignitates honorabilem, reverendumque, cui provenerint, reddunt. Num vis ea eſt magiſtratibus, ut utentium mentibus virtutes inſerant, vitia depellant?

enim mari præſtantiſſimos forma, craſſitudine, & colore uniones inveniri ſcribit Plinius cap. XXXV. lib. IX. *Præcipuè autem laudantur*, inquit, *circa Arabiam in Perſico ſinu maris rubri.* Teſtis Tibullus:

Quidve in Erythræo legitur quæ littore concha?

Unde paſſim λίθος Ἐρυθραῖος dicitur. *Vall.*

Rubri littoris.] Q. Curtius, lib. 10. *Cetera incolis crediderat: inter quæ Rubrum mare non à colore undarum, ut plerique crederent, ſed ab Erythro rege appellari.* Martianus Capella, lib. 6. De Nupt. Phil. *Ultra Peluſiacum oſtium Arabia eſt, ad rubrum pertingens mare, quod Erythræum ab Erythro rege, Perſæ & Andromedæ filio, vocitatum, à colore etiam dictum rubrum. Nam ſons eſt in litore, quem cum greges biberint, in rubrum colorem incipiunt mutare lanas.*

Seneca in Thyeſt. ℣ſ. 370.

Qui rubri vada littoris,
Aut gemmis mare lucidum
Late ſanguineum tenent.

Tibullus lib. 4. Carm. 2.

— quaſcunque niger rubro de litore conchas
Proximus Eois colligit Indus aquis.

Sitzm.

1 *Ruraque centeno ſcindat opima bove.*] Seneca in Troad. verſu 1020.

— removeto centum
Rura qui ſcindant opulenta bobus,
Pauperi ſurgent animi jacentes.

in Hippolyto ℣ſ. 497.

— ſinge nec ſparſi ſacra
Centena nivei colla ſubmittunt boves.

Encomium numeri centenarii habes apud Julianum Imperatorem Epiſt. 24. *Idem.*

2 *Nec cura mordax deſerit ſuperſtitem.*] Ironice, ut ſolet, Juvenalis, Satyra 14.

Scilicet & morbis & debilitate carebis,
Et luctum, & curam effugies, & tempora vitæ
Longa tibi poſthæc fato meliora dabuntur:
Si tantum culti ſolus poſſederis agri,
Quantum ſub Tatio populus Romanus habebat.

Varro περὶ γεωργ.

Non ſit theſauris non auro pectus ſolutum,
Non demunt animis curas ac relligiones
Perſarum montes, non atria divitis Cræſi.

Idem.

Cura mordax.] Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 1.

-- mea perpetuos curarum pectora morſus
Fine quibus nullo conficiantur habent.

Cornel. Gallus:

Iurabam curis animum mordacibus uri.

Idem.

3 *Defunctumque leves non comitantur opes.*] Propertius lib. 3. Eleg. 6. ℣ſ. 35.

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas:
Nudus ad infernas ſtulte vehere rates.

Huc commode referes Epigramma Auſonii, in quo Diogenes Cræſum omnium Regum ditiſſimum deridet. *Idem.*

4 *Sed dignitates.*] Quomodo Ariſtoteles erga honores & dignitates affectus fuerit, docet Ælian. lib. 14. Variar. Hiſtor. cap. 1. *Idem.*

lant? Atqui non fugare, sed illustrare potiùs nequitiam solent. quò fit, ut indignemur eas sæpè nequissimis hominibus contigisse. [1] unde Catullus licet in curuli [2] Nonium sedentem, [3] strumam tamen appellat. Videsne quantum malis dedecus adjiciant dignitates? Atqui

1 *Unde Catullus licet in curuli Nonium sedentem, strumam appellat.*] Non dubiè intelligit Catulli versus. *ad seipsum de Struma & Vatinio:*

Quid est Catulle, quid moraris emori?
Stella in curuli Struma Nonius sedet.

At videamus tamen, ne guttulam hic hauserit è flumine Lethes vir maximus. scimus quidem quodnam morbi genus vitiumve struma notet, sed & illud non ignoramus Plinium de Opali gemma lib. xxxvii. cap. vi. scripsisse: *Siquidem extat hodieque hujus generis gemma, propter quam ab Antonio proscriptus Nonius senator est, filius Strumæ Nonii, ejus quem Catullus poëta in sella curuli visum indignè tulit*: ut meritò ambigas an sine ulla metaphora hominem nominarit Catullus, an glandulas respexerit, quæ pure & sanguine plenæ oriuntur in corpore, unde strumosi dicuntur, quod Boëtius credidit. *Bern.*

Unde Catullus.] Carmine lii.

Quid est, Catulle, quid moraris emori?
Sella in curuli Struma Nonius sedet:
Per consulatum pejerat Vatinius.
Quid est, Catulle, quid moraris emori?

Sitzm.

2 *Nonium Strumam appellat.*] Notanda hoc loco ἀνισορησία nostri Boëtii, in eo quod Strumam non cognomen Nonii putat, sed convicium. Plinius lib. 37. cap. 6. *Ab Antonio proscriptus Nonius est, filius Strumæ Nonii ejus, quem Catullus Poëta in sella curuli visum indigne tulit.* Vide Castigationes in Val. Catullum illustris & incomparabilis viri Josephi Scaligeri: item Commentar. M. Anton. Mureti ad ejusdem Poëtæ Carmin. 53. *Idem.*

3 *Strumam appellat.*] Neque hic guttulam è flumine Lethes hausit vir maximus, neque ἀνισορησία in eo notatur, quod strumam in Catulli versu convicium esse existimaverit; ut post Joh. Murmelium scripserunt Joh. Bernartius & Theod. Sitzmanus. Fuerit quidem Nonio, Strumæ prænomen, ut ex Plinio colligere sibi videntur, quis vero neget non eo fortasse tumore deformem fuisse Nonium, atque inde id nominis adeptum, ut Fabii, Lentuli, Cicerones, Cæsares, Frontones, Flacci, Strabones dicti sunt atque alii? Videtur sanè, tum quia nemo est qui agnoscat ullam istius nominis familiam, tum quia peculiare hoc illi agnomen fuit, quo illum à filio distingui volunt. Ad hoc facit quod Romani veteres inter laudandum nomina agnominaque congerebant, ut *Cai Cæsar*, Ciceroni; *Marce Tulli*, Catullo; & aliis aliter: cum vero inveherentur aut convitiarentur, non item, ut passim apud oratores poëtasque videre est. Unde apparet ignominiæ conviciique, non autem versus aut honoris causa Nonium *strumam* appellatum à Catullo poëtarum omnium castigatissimo. qui Asinium quoque, convicio in stupidos vulgari, Marrucinum vocat. neque enim ex Marrucinis Campaniæ populis ortum fuisse indicat: quod tamen si scripsisset Plinius, nemo non illi fidem habiturus fuerat. Postremo quid si, quoniam Vatinius struma notatus erat, voluit Catullus gemino versu, geminas strumas, seu strumosorum par componere, multumque salis in eo posuit? id certè nisi intelligas, præcipua Catulliani epigrammatis vis acumenque perierit. Vatinium autem struma insignitum fuisse ait ipse inimicus ejus Cicero, oratione pro Sestio, epist. ad Atticum ix. lib. ii. Unde ejusdem in eundem causam quandam agentem jocus, *Tumidum habemus oratorem.* Vall.

1 *Ho-*

Atqui minus eorum patebit indignitas, si nullis [1] honoribus inclarescant. Tu quoque num tandem tot periculis adduci potuisti, ut [2] cum Decorato gerere magistratum putares, cùm in eo mentem nequissimi scurræ, [3] delatorisque respiceres? Non enim possumus ob honores reverentia dignos judicare, quos ipsis honoribus judicamus indignos. At si quem sapientia præditum videres, num posses eum vel reverentia, vel ea, qua præditus est, sapientia, non dignum putare? Minimè. Inest enim dignitas propria virtuti, quam protinus in eos, quibus fuerit adjuncta, transfundit. Quod quia populares facere nequeunt honores, liquet eos propriam dignitatis pulcritudinem non habere. In quo illud est animadvertendum magis: nam si eò abjectior est, quò magis à pluribus quisque contemnitur, cùm

1 *Honoribus inclarescant.*] Veteres, *clarescant.* Bern.

2 *Cum Decorato.*] Is ipse est ad quem apud Cassiodorum scribit Theodericus. Eum vero *virum Devotum* vocat, nomine Adjutoribus peculiari. Adjutor enim Magistro Officiorum judicanti aderat. cujus ille opera ad condenda Acta, responsa, rescriptaque utebatur. Adjutores viros devotos vocari, confirmat ea subscriptio à doctiss. Cujacio prolata, Theodori Memorialis epistolarum sacri scrinii atque unius ex iis qui Quæstori sacri palatii Adjutorum nomine, sub ditione tamen Magistri Officiorum constituti, inserviebant. Ea sic se habet, FLAVIUS THEODORUS V. D. MEMORIALIS SACRI SCRINII EPISTOLARUM ET ADJUTOR V. M. QUÆSTORIS SACRI PALATII, SCRIPSI MANU MEA IN URBE ROMA CONSTANTINOPOLITANA III. KAL. JUNII. MAVORTIO V. C. COS. JUSTINO ET JUSTINIANO IMPP. Hoc est anno Christi DXXVII. Unde jam clarum est, cur pessimus ille scurra delatorque Boëtii V. D. hoc est, *vir Devotus.* & *Devotio tua*, dicatur in illa epistola quæ apud Cassiodorum est XXXI. lib. V. Notæ quoque Probi V. D. *Vir Devotus* alio omnino sensu, quàm quo accepit doctiss. Scaliger ad Ausonium. Una cum Magistro Officiorum jus dixisse ejusque vices suppleviisse certum est. principi quoque ab eo præsentari, antequam ad id officii admitteretur, solitum, apud Cassiodorum legas in formula Magisteriæ dignitatis l. VI. his verbis, *Adjutor etiam Magistri nostris præsentatur obtutibus: ut vicaria sorte beneficii eligamus ejus præsidium, qui nobis præstat fide solatium.* Porro Decoratus hic filius fuisse videtur Decorati Quæstoris, fratris natu majoris Honorati, qui fratri in Quæstura palatina successit, apud Cassiodorum ep. III. & IV. lib. V. De quibus doctiss. Sirmondus ad epist. XVII. lib. IV. Ennodii, quæ est ejus ad eundem Decoratum seniorem. *Vall.*

Ut cum Decorato.] Quis ille? Nequissimus scurra & delator, ut noster subdit. hæreo num idem ad quem Theodorici Regis extat epistola apud Cassiodorum lib. V. Epist. XXXI. *Bern.*

3 *Delatoris respiceres.*] Melius Manuss. *vidisses.* Idem.

[1] cùm reverendos facere nequeat, quos pluribus ostentat, despectiores potiùs improbos dignitas facit. Verùm non impunè: [2] reddunt namque improbi parem dignitatibus vicem, quas sua contagione commaculant. Atque ut agnoscas veram illam reverentiam per has [3] umbratilcis [4] dignitates non posse contingere; Si quis multiplici [5] consulatu functus in Barbaras nationes fortè devenerit, venerandum ne Barbaris honor faciet? Atqui si hoc naturale munus dignitatibus foret, ab officio suo quoquo gentium nullo modo cessarent. sicut ignis ubique terrarum, numquam tamen calere desistit. Sed quoniam id eis non propria vis, sed hominum fallax adnectit opinio, vanescunt illico, cùm ad eos venerint, qui dignitates eas esse non æstimant. Sed hoc apud exteras nationes, Inter eos verò, apud quos ortæ sunt, num perpetuò perdurant? [6] Atqui prætura magna

1 *Cum reverendos facere nequeant.*] MSS. cum Edit. Nor. & Flor. *fac. nequeat.* Sitzm.

2 *Reddunt improbi parem dignitatibus vicem.*] Vide quæ notavi ad Prosp. 6. l. 2. *Idem.*

3 *Umbratiles dignitates.*] Umbræ enim instar vanescunt illico. *Imperium umbratile*, Ammian. Marcellin. in fin. lib. 21. *Eidem Iovino imperium quidem, sed cassum & umbratile, ut ministro rerum funebrium portendebant.* Idem.

4 *Dignitates non posse contingere. sic collige.*] MSS. posteriora illa verba, *sic collige*, non habent; & omitti sane optime possunt. *Idem.*

5 *Consulatu.*] Elogia præcipua hujus dignitatis congessit Fr. Juretus in Miscellan. ad Symmachi librum quartum Epist. 8. *Idem.*

6 *Atqui prætura.*] Sic legimus ex cod. altero Thuano, jamdudum idem censente doctiss. Ja. Cujacio. Vigente repub. Rom. dignitatis hujus magna potestas fuit. postquam Imperatores tot post magistratus instituerunt, ea oneri exercentibus senatoribus tantum fuit, quod suis sumptibus Circenses & Scenicos ludos exhiberent. *Vall.*

Atqui Præfectura magna olim potestas.] Rectissime MS. Erfurt. *Atqui Prætura*, &c. Prætores enim non sine immensis sumptibus ludos Circenses edere solebant. Priorem lectionem falsam esse, ante aliquot annos etiam observavit excellentiss. Cujacius. Lex 1. t. 2. De Prætoribus & honore Præt. &c. l. 12. *Nemo ex clarissimis & spectabilibus, qui in Provinciis degunt, ad Præturam postea devocetur: maneat unusquisque domi suæ tutus atque securus, sua & dignitate lætetur.* Ad quam l. ille: Prætura, inquit, onus fuit Senatorium, No. Th. ne dec. ad Senat. dig. asp. Hanc enim dignitatem Senator qui suscipiebat, suis sumptibus Circenses & Scenicos ludos exhibebat. Boëtius 3. De Consolat. *Prætura magna olim potestas, nunc inane nomen & Senatorii census gravis sarcina.* ubi vulgo male legitur *Præfectura*, sicut & in hac lege quibusdam codicibus, & in l. ult. infra de Silent. Hæc magnus ille Juris antistes. Vide etiam Alex. ab Alexand. Genial. dier. lib. 2. c. 15. in quo agit quando Prætores creari cœperint, & quod jus, quæve illorum potestas fuerit. *Sitzmanus.*

magna olim potestas, nunc inane nomen est, & senatorii census gravis sarcina. [1] Si quis quondam populi curasset annonam, [2] magnus habebatur. Nunc ea præfectura quid abjectius? Ut enim paullo antè diximus, quòd nihil habet [3] proprii decoris, opinione utentium nunc splendorem accipit, nunc amittit. Si igitur reverendos facere nequeunt dignitates, si ultrò improborum contagione sordescunt, si mutatione temporum splendere desinunt, si gentium æstimatione vilescunt, quid est, quod in se expetendæ pulcritudinis habeant, ne dum aliis præstent?

METRUM

1 *Si quis quondam populi curasset annonam, magnus habebatur. Nunc ea præfectura quid abjectius?*] Quàm magnus, inde colligas, quod Augustus ipse acceptam à populo præfecturam annonæ tenuit dum vixit: aut certè paullò ante mortem substituit sibi C. Turranium. qui inter primos in verba Tiberii juravit, quasi inter præcipuos magistratus. Adi Tacitum Annal. 1. Quàm vilis verò Boëtii sæculo fuerit, ex formula Præfecturæ annonæ videre licet, quæ apud Cassiodorum lib VI. Variarum, formula XVIII. exstat. *Bern.*

Si quis quondam populi curasset annonam.] Symmachus libro 3. Epist. 36. *Filius meus Cæcilianus, Vir CL. qui nunc communis patriæ gubernat annonam*, &c. ad quem locum vide Fr. Juretum. *Sitzmanus.*

2 *Magnus habebatur.*] Intelligere Pompejum videtur, quem ob res præclarè gestas, sed præcipuè ob procuratam populo Rom. rem frumentariam, qua fames ingens sedata est, idem populus Magnum vocavit. ut & existimat Cassiod. var. lib. VI. in Formula Præfecti annonæ. De ea re videndi Dio & Plutarchus in Pompejo. Nihil ea Præfectura tempore Boëtii abjectius, ex quo scilicet annonæ per provincias cogendæ, non annonæ sed prætorio Præfectus potestate fungeretur. ita ut nulla illi præterquam in urbis pistores & suarios censura & animadversio superesset: ut ex ead. Cassiodori Formula quivis intelligat. *Vall.*

Magnus habebatur.] Cassiodorus in Formula Præfecti annonæ ejusque Excellentiæ l. 6. Variar. *Non immerito Pompejus fertur copiæ quantitate prævisa, usque ad rerum perveniisse fastigia. Quia merito singularis est amor populi, cum potuit à penuria liberari. Hinc ille gratificationem meruit, plausumque populorum. Hinc unice semper amatus est, & in gratia civium omnium vicit facta majorum: qui ne aliquando in honore diceretur, cum nominis taxatione vocabatur Magnus.* Sitzm.

3 *Proprii decoris.*] Aristoteles quoque lib. Ethic. 1. cap. v. ex eo quod honor sit potius in honorante quam in honorato, honorem non esse felicitatem concludit, & τ' ἀγαθὸν οἰκεῖόν τι καὶ δυσαφαίρετον εἶναι, *Bonum esse proprium quiddam & , quod auferri difficulter potest.* Vall.

METRUM IV.

[1] *Quamvis se,* [2] *Tyrio superbus ostro,*
[3] *Comeret & niveis lapillis,*
Invisus tamen omnibus vigebat
[4] *Luxuriæ Nero sævientis.*
Sed quondam dabat improbus verendis
Patribus indecores curules.
[5] *Quis illos igitur putet beatos,*
Quos miseri tribuunt honores?

PROSA V.

An verò regna regumque familiaritas efficere potentem valent? Quid ni, quando eorum felicitas perpetuò

1 *Quamvis se Tyrio superbus ostro.*] De purpura sive ostro quædam notavimus ad Met. 5. lib. 2. ℣. 9. Vestem autem principalem ex hac confici solitam præter alios etiam indicat Cassiodor. 1. Var. 2. simulque tantum non ad vivum virtutes ostri depingit: *Color* (ait) *nimio lepore vernans, obscuritas rubens nigreolo sanguine regnantem discernit, dum conspicuum facit: & præstat humano generi, ne de aspectu principis possit errari. Mirum est. substantiam illam morte confectam, cruorem de se post spatia tam longi temporis exudare, qui vix solet vivis corporibus vulnere sauciatis effluere. Nam cum sex pæne mensibus marinæ delitiæ à vitali fuerint vigore separatæ, sagacibus naribus nesciunt esse gravissimæ. Scilicet ne sanguis ille nobilis aliquid spiraret horroris. Hæc cum infecta semel substantia perseverat, nescit ante subtrahi, quam vestis possit absumi.* Sitzm.

2 *Tyrio ostro.*] Senec. in Thyest. v. 952.

Libet & Tyria saturas ostro
Rumpere vestes

In Herc. Oet. ℣. 644.

Cessbes Tyrio mollior ostro
Solet impavidos ducere somnos.

Idem.

3 *Comeret.*] Artemidorus l. 1. Oneirocrit. cap. 20. Κομᾶν τὸ ἐπιμελεῖσθαι ἑαυτοῦ. Suidas: Κομμῶζω, τὸ ἐπιμελῶμαι. Κομμὸς, ἐπιμέλεια κόσμησις. Vide Notas Nic. Rigaltii ad d. l. Artemidori. *Idem.*

4 *Luxuriæ Nero sævientis.*] Suetonius Tranquillus libro sexto: *Petulantiam, libidinem, luxuriam, avaritiam, crudelitatem sensim quidem primo & occulte, velut juvenili errore exercuit: sed ut tunc quoque dubium nemini foret, naturæ illa vitia, non ætatis esse.* Et paullo post: *Divitiarum & pecuniæ fructum non alium putabat, quam profusionem: sordidos ac deparcos esse, quibus ratio impensarum constaret: prælautos vereque magnificos, qui abuterentur ac perderent.* De Luxuria Seneca in Oed. ℣. 417.

Totum per orbem maximum exortum est malum
Luxuria, pestis blanda, cui vires dedit
Roburque longum tempus, atque error gravis.

Eandem depingit Claudianus lib. 2. De Laudib. Stiliconis ℣. 131. & seqq. Item Prudent. in Psychom. *Idem.*

Luxuriæ Nero sævientis.] Senec. in Oed. ℣. 763. de Diana:

Nimium sævi Diva pudoris.

5 *Quis illos igitur putes beatos.*] MSS. & Edit. Nor. & Flor. *putet beatos.* Idem.

1 *Præ-*

petuò perdurat? Atqui plena est exemplorum vetustas, plena etiam [1] præsens ætas, [2] qui reges felicitatem cala-

1 *Præsens ætas, qui reges felicitatem calamitate mutaverint.*] Nulla quippe tot in Cæsares ac Reges patrata scelera aut cædes vidit, nedum fortasse post homines natos. Notiores tantum libet referre, qui in hostium potestatem venere interfective sunt, aut se imperio abdicarunt. Anno Christi

CDLV. *Valentinianus princeps dolo Maximi Patricii, cujus etiam fraude Aëtius perierat, in campo Martio per Optilam & Transtilam Aëtii Satellites truncatus est. Idem Maximus invasit Imperium, tertioque tyrannidis suæ mense membratim Romæ à Romanis tractus discerptusque est.* Marcelinus Comes.

CDLVI. *Avitus ante Olybrium paucos dies tenens imperium, ultro recessit Placentiam ibique episcopus est ordinatus.* Jornandes de reb. Geticis.

CDLX. *Majorianus Cæsar apud Dertonam, juxta fluvium qui Hyra dicitur immissione Ricimeris, interemptus est.* Marcellinus Comes Chronico.

CDLXIII. Rex *Alanorum Bergur apud Bergomum à Patricio Ricimere peremptus est.* Cassiod. Chron.

CDLXIV. *Ricimeris fraude Severus Imp. Romæ in palatio veneno peremptus est.* Cassiod. Chron.

CDLXXII. *Patricius Ricimer Romæ facto Imp. Olybrio Anthemium socerum contra reverentiam principis & jus affinitatis cum gravi clade civitatis extinxit.* Cassiod. Chronico.

CDLXXIV. *Glycerius Cæs. Romæ imperium tenens à Nepote, Marcellini quondam Patricii sororis filio, imperio expulsus in portu urbis Romæ ex Cæsare episcopus ordinatus est, & interiit.* Marcell. Com.

CDLXXV. *Orestes Nepote in Dalmatias fugato, filio suo Augustulo dedit imperium.* Cassiod. Chron.

CDLXXVI. *Basiliscus tyrannus cum Marco filio suo Cæs. facto, & cum Zenonida uxore sua; jam Zenone pristinum ad imperium remeante, in exilium missus est, atque in oppidulum, quod Leminis in provincia Cappadociæ dicitur, trusus fame extabuit.* Mar. Com.

Eod. anno. *Odoacer rex Gothorum,* Herulorum, *Romam obtinuit. Orestem Odoacer ilico trucidavit. Augustulum filium Orestis Odoacer in Luculiano Campaniæ Castello exilii pœna damnavit. Hesperium Rom. gentis imperium, quod septingentesimo nono urb. conditæ anno primus Augustorum Octavianus Augustus tenere cœpit, cum hoc Augustulo periit.* Marcellin. Comes.

CDLXXXVIII. *Leontius rex & Illus tyrannus, in Papyrio Isauriæ castello capti decollatique sunt. capita eorum Constantinopolim allata præfixa hastilibus tabuere.* Marcell. Com.

CDLXXXIX. *Syagrius Romanorum rex Ægidii filius apud civitatem Suessionas, quam quondam memoratus Ægidius tenuerat, sedem habebat. Is cum in pugna victus esset ad Alaricum regem Tholosam confugit. Chlodovæus verò ad Alaricum mittit ut eum redderet: alioquin noverit, sibi bellum ob ejus retentionem inferri. At ille metuens, ne propter eum iram Francorum incurreret, vinctum legatis tradidit. Quem Chlodovæus receptum custodiæ manciparí præcepit. regnoque ejus accepto, eum gladio clam feriri mandavit.* Greg. Turon.

DIX. *Eurico mortuo, Alaricus filius ejus apud Tolosensem urbem princeps efficitur eosque rexit annis XXIII. Qui cum à pueritia vitam in otio & convivio peregisset, provocatus à Francis, in regione Pictaviensis urbis prælio inito extinguitur; eoque interfecto regnum Tolosanum occupantibus Francis destruitur.* Isidorus Chron. Hæc Boëtii ævo visa terris portenta, rupto pietatis fideique omni fœdere. Sic nimirum mortales agi finit Deus, & moribus principum populorumque offensus, urbes adfligit, provincias pessundat, regna evertit, cum transferre libet imperia. *Vall.*

2 *Qui Reges felicitatem calamitate muta-*

calamitate mutaverint. O præclara potentia, quæ ne ad conservationem quidem sui satis efficax invenitur! Quòd si hæc regnorum potestas beatitudinis auctor est, nonne si qua parte defuerit, felicitatem minuat, miseriam importet? Sed [1]quamvis latè humana tendantur imperia, plures necesse est gentes relinqui, quibus regum quisque non imperet. Qua verò parte beatos faciens desinit potestas, hac impotentia subintrat, quæ miseros facit: hoc igitur modo majorem regibus inesse necesse est miseriæ portionem. [2]Expertus sortis suæ periculorum [3]Tyrannus, regni metus pendentis supra verticem gladii terrore simulavit. Quæ est igitur hæc potestas, quæ solicitudinum morsus expellere, quæ formidinum aculeos vitare nequit? Atqui vellent ipsi vixisse securi, sed nequeunt. dehinc de potestate gloriantur. An tu potentem censes, quem videas velle, quod non possit efficere? [4]Potentem censes,

verint.] Manilius lib. 1.

Quot post excidium Trojæ sunt eruta regna?
Quot capti populi? quoties Fortuna per orbem
Servitium imperiumque tulit, varieque reverrit
Trojanos cineres? ——

Idem.

1 *Quamvis late humana tendantur imperia.*] Vide Augustinum libro quarto De Civitate Dei, capite: An congruat bonis latius velle regnare. Item Isocratem, Oratione ad Nicoclem. *Idem.*

2 *Expertus sortis suæ periculorum Tyrannus.*] Macrob. lib. 1. in Somn. Scip. cap. 20. *Dionysius aulæ Siculæ inclementissimus incubator, familiari quondam suo solum beatam existimanti vitam tyranni, volens quam perpetuo metu misera, quamque impendentium semper periculorum plena esset ostendere, gladium vagina raptum, & à capulo de filo tenui pendentem, mucrone demisso, jussit familiaris illius capiti inter epulas imminere: cumque ille inter & Siculas & tyrannicas copias præsentis mortis periculo gravaretur, Talis est, inquit, Dionysius, vita quam beatam putabas: sic nobis semper mortem imminentem videmus. æstima quando esse felix poterit, qui timere non desinit.* Nota etiam ex Cicerone hæc historia. *Idem.*

3 *Tyrannus.*] Nota historia Dionysii Siciliæ tyranni, & Damoclis, ex ejus assentatorum numero; ex Cicer. Tusc. quæst. l. v. Macrobii in som. Scip. l. 1. cap. xx. & ex Horatii clarissimo illo carmine lib. 11.

Districtus ensis cui semper impia
Cervice pendet, non Siculæ dapes
Dulcem elaborabunt saporem,
Non avium citharæque cantus
Somnum reducent. Vall.

4 *Potentem censes, qui satellite latus ambit.*] Senec. in Herc. Oet. ℣. 604.

Tu quicunque es, qui sceptra tenes,
Licet omne tua vulgus in aula
Centum pariter limina pulset;
Cum tot populis stiparis eas,
In tot populis vix una fides.

Ausonius:

Multis terribilis, caveto multos.

Præ-

ses, qui satellite latus ambit, qui quos terret, ipse plus metuit; qui ut potens esse videatur, in servientium manu situm est? Nam [1]quid ego de regum familiaribus differam, cùm regna ipsa tantæ imbecillitatis plena demonstrem? quos quidem regia potestas sæpè incolumis, sæpè autem lapsa prosternit? [2]Nero Senecam familiarem, præceptoremque suum ad eligendæ mortis coëgit arbitrium. [3]Papinianum diu inter aulicos

Præclara, & quæ huc referantur plane digna verba Marci Imp. apud Herodian. lib. 1. *Neque enim aut pecuniæ vis tyrannidis luxuriam explere; aut stipantia satellitum agmina tueri principem possunt, nisi eorum, quibus imperat, prius adsit benevolentia. Quippe ii demum diu tutoque imperant, qui non metum ex crudelitate, sed sui desiderium ex bonitate civium suorum animis instillant. Neque enim quos servire necessitas coëgit, sed quos obtemperare sua quemque voluntas adegit, ii sunt in agendo patiendoque à suspicione omni assentationeque vacui: numquamque imperia detrectant, nisi violenter contumelioseque sint habiti.* Sitzm.

1 *Quid de Regum familiaribus differam.*] Solon, referente Diogene Laërtio, eos qui penetrant aulas & limina Regum, auctoritateque valent aliqua, calculis, quibus in componendis rationibus utimur, elegantissime comparare est solitus, quorum pro situ alius atque alius est valor. *Idem.*

2 *Nero Senecam familiarem.*] Vide quæ notavi ad Prosam 2. lib. 1. *Idem.*

3 *Papinianum militum gladiis Antoninus objecit.*] Severus Imperator, principatum victrici manu penitus adeptus, cum multas urbes sumptuosis admodum ædificiis ornasset, & Antoninum filium designassent imperatorem, moriturus ipsi Getæque, alteri filio, imperii heredibus institutis, Papinianum sibi longe amicissimum, affinemque per secundam uxorem, tutorem reliquit. Vir ille erat justissimus, & qui tam cognitione quam expositione Legum omnes ante pares & post se Romanos Jurisconsultos superavit. Hunc autem in cothurnum magnæ potestatis erectum, Præfectique Prætorio munere fungentem, suspectum Antoninus habebat, alia nulla de causa, quam quod Papinianus animadvertens eum infesto erga Getam fratrem animo esse, quo illi minus insidiaretur, pro viribus, impediret. Quod impedimentum è medio removere volens, & magnum illum virum, multosque alios qui vel concordiæ faverant, vel partium Getæ fuerant, per milites interemit: ita ut utriusque ordinis viri & in balneo cœnantes, & in publico percuterentur: Papinianus ipse securi (non gladio, ut noster Auctor tradit) percussus interierit, improbante Bassiano, quod non gladio res peracta esset. Enimvero gravior & quodammodo ignominiosior erat, censeturque adhuc securis pœna quam gladii. Multi dicunt Ant. Bassianum occiso fratre illi mandasse, ut in Senatu & apud populum facinus diluceret, illum autem respondisse: *Haudquaquam pari facilitate velari parricidium, qua fieret.* Est etiam hoc: quod dictare noluerit Orationem, qua invehendum erat in fratrem, ut causa ejus melior fieret, qui occiderat: illum autem negantem respondisse: *Aliud est parricidium, accusare innocentem occisum.* Utut sit, constat eum quasi fautorem Getæ occisum. Et fertur quidem Papinianum, cum raptus à militibus ad palatium traheretur interficiendus, prædivinasse dicentem, *Stultissimum fore qui in suum subrogatur locum, nisi appetitam crudeliter Præfecturam vindicaret.* Quod factum est. Nam Macrinus Antoninum occi-

cos potentem, militum gladiis [1] Antoninus objecit. Atqui uterque potentiæ suæ renuntiare voluerunt; [2] quorum Seneca opes etiam suas tradere Neroni, seque in otium conferre conatus est. sed dum ruituros moles ipsa trahit, neuter, quod voluit, effecit. Quæ est igitur ista potentia, quam pertimescunt habentes, quam, nec, cùm habere velis, tutus sis, & cùm deponere cupias, vitare non possis? An præsidio sunt amici, quos non occidit, ad quem postea devenit imperium, non tam quod eum milites benevolentia prosequerentur eique fiderent, quam necessitate, & quod eo tempore id expediret. Vide Xiphilinum in Anton. Caracalla; Zosim. lib. 1. Hist. Spartian. in Anton. Carac. & in Anton. Geta; Aurel. Victorem de Cæsarib. Pet. Fabrum 1. Semestr. *Idem.*

1 *Antoninus.*] Bassianus Antoninus Caracalla, Imper. Romanorum post C. Jul. Cæsarem XXI. Hujus vitam, mores, facinora, exitum, ejusmodi inclusit tetrasticho Ausonius Burdegalensis,

Dissimilis virtute patri, & multo magis illi,
Cujus adoptivo nomine te perhibes:
Fratris morte nocens; punitus fine cruento.
In risu populi tu Caracalla magis.

Idem.

2 *Quorum Seneca opes etiam suas tradere Neroni, seque in otium conferre conatus est.*] In mente habuit Senecæ orationem, quæ apud Tacitum extat Annal. lib. XIV. Digna ut non ibi solùm legatur. vel ut juventus discat non suasisse solùm Sophum nostrum, sed exemplo docuisse, sapientes divitias in domum quidem sed non in animum recipere. *Quartusdecimus annus est, Cæsar, ex quo spei tuæ admotus sum, octavus ut imperium obtines. Medio temporis tantum honorum atque opum in me cumulasti, ut nihil felicitati meæ desit, nisi moderatio ejus. Utar magnis exemplis, nec meæ fortunæ sed tuæ. Atavus tuus Augustus, M. Agrippæ Mitilenense secretum; C. Mæcenati, urbe in ipsa, velut peregrinum otium permisit: quorum alter bellorum socius, alter Romæ pluribus laboribus jactatus, ampla quidem, sed pro ingentibus meritis præmia acceperant. Ego quid aliud munificentiæ adhibere potui quàm studia, ut sic dixerim, in umbra educata? è quibus claritudo venit, quod juventæ tuæ rudimentis affuisse videor, grande hujus rei pretium. At tu gratiam immensam, innumeram pecuniam dedisti, adeò ut plerumque intra me ipsum volvam: Egone equestri & provinciali loco ortus, proceribus civitatis annumeror? Inter nobiles & longa decora præferentes, novitas mea enituit? ubi est animus ille modicis contentus? Tales hortos instruit, & per hæc suburbana incedit, & tantis agrorum spatiis, tam lato fœnore exuberat? una defensio occurrit, quòd muneribus tuis obniti non debui. Sed utereque mensuram implevimus, & tu quantum Princeps tribuere amico posset, & ego quantum amicus à Principe accipere. Cetera invidiam augent: quæ quidem, ut omnia mortalia, infra tuam magnitudinem jacet, sed mihi incumbit. mihi subveniendum est. Quo modo in militia aut via fessus adminiculum orarem, ita in hoc itinere vitæ, senex, & levissimis quoque curis impar, cùm opes meas ultrà sustinere non possum, præsidium peto. Iube eas per procuratores tuos administrari, in tuam fortunam recipi. Nec me in pauperiatem ipse detrudam, sed traditis quorum fulgore perstringor, quod temporis hortorum aut villarum curæ seponitur, in animum revocabo. Superest tibi robur, & tot per annos nixum fastigii regimen: possumus seniores amici quietè respondere. hoc quoque in tuam gloriam cedet, eos ad summa vexisse, qui & modica tolerarent.* Bern.

1 *Quem*

non virtus, sed fortuna conciliat? [1] Sed quem felicitas amicum fecit, infortunium faciet inimicum. [2] Quæ verò pestis efficacior ad nocendum, quàm familiaris inimicus?

METRUM V.

Qui se volet esse potentem,
Animos domet ille feroces,
Nec victa libidine colla
Fœdis summittat habenis.
Etenim licet Indica longè
[3] *Tellus tua jura tremiscat,*
[4] *Et serviat ultima Thule;*
Tamen atras pellere curas,
Miserasque fugare querelas
Non posse, [5] *potentia non est.*

PROSA VI.

Gloria verò quàm fallax sæpè, quàm turpis est! Unde

1 *Quem felicitas amicum fecit, infortunium faciet inimicum.*] De Vertumnis istis qui amicitias utilitate probant, neque indignum putant se fieri comites stantis in orbe Deæ, venuste Petron. Arbiter:

Cum Fortuna manet vultum servatis amici:
Cum cecidit turpi vertitis ora fuga.

Huc etiam faciunt illa Ovid. 2. de Ponto, Eleg. 3.

Diligitur nemo nisi cui fortuna secunda est:
Quæ simul intonuit, proxima quæque fugat.

Sitzm.

2 *Quæ pestis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus.*] Vide B. Augustin. libro 19. De Civit. Dei, capite 5. *Idem.*

3 *Tellus tua jura tremiscat.*] MSS. Rittersh. *timescat.* Idem.

4 *Et serviat ultima Thule.*] Senec. Med. v. 359.

—— *Tiphysque novos*
Detegat orbes, nec sit terris
Ultima Thule.

Solinus Polyhist. cap. 25. *Multæ & aliæ circum Britanniam insulæ, è quibus Thule ultima, in qua æstivo solstitio Sole de Cancri sidere faciente transitum, nox pæne nulla.* Totus vero ille versus desumptus ex illo Virg. 1. Georg.

—— *ac tua nautæ*
Numina sola canant, tibi serviat ultima Thule.

Idem.

5 *Potentia non est.*] Huc pertinent vere aurea Isocratis verba in Orat. ad Nicoclem: Ἄρχε σεαυτῆς μηδὲν ἧττον, ἢ τῶν ἄλλων· καὶ τοῦτο ἡγοῦ βασιλικώτατον, ἐὰν μηδεμιᾶς δουλεύῃς τῶν ἡδονῶν, ἀλλὰ κρατῇς τῶν ἐπιθυμιῶν μᾶλλον ἢ τῶν πολιτῶν. Idem.

1 *Non*

[1] Unde non injuria Tragicus exclamat: Ὦ δόξα, δόξα, μυρίοισι δὴ βροτῶν, Οὐδὲν γεγῶσι βίοτον ὠφέλησας μέγαν. [2] Plures enim magnum sæpè nomen [3] falsis vulgi opinionibus abstulerunt, quo quid turpius excogitari potest? Nam [4] qui falso prædicantur, suis ipsi necesse est

1 *Non injuria Tragicus exclamat:* Ὦ δόξα, δόξα, μυρίοισι δὴ βροτῶν Οὐδὲν γεγῶσι βίοτον ὠφέλησας μέγαν.] Scilicet Tragicum illum, quem hic laudat Boëthius noster, Euripidem esse: cujus sunt isti versus in Andromacha: ex qua fabula pretium operæ est etiam sequentia adscribere, cum totius loci Latina interpretatione Georgii Ratalleri JC. præsidis clariss.

Εὐκλεᾶ δ' οἷς μὴ ἔστ' ἀληθείας ὕπο,
Εὐδαιμονίζω· τοὺς δ' ὑπὸ ψευδῶν, ἔχειν
Οὐκ ἀξιώσω, πλὴν τύχῃ φέρειν δοκεῖ

Opinio, ô opinio; quam multa tu
Milia hominum nihili, locique nullius
Inflas tumente spiritu! Sed gloriam,
Quæ fonte vero prosuit, egregiam puto:
Quæ falsa origine nascitur, flocci æstimo.
Fortunæ enim acceptum hoc referre convenit.

Alium ejusdem Euripidis locum laudat Philosophia Boëthiana infra prosa VII. *Sitzm.*

Unde non injuria Tragicus exclamat Ὦ δόξα, δόξα, μυρίοισι δὴ βροτῶν, ὃν οὐδὲν γεγῶσι, βίοτον ὠφέλησας μέγαν.] Id est, ô gloria, gloria, decies mille hominibus, cùm nihil sint, animum tumidum reddis. *Bern.*

2 *Plures magnum sæpe nomen falsis vulgi opinionibus abstulerunt.*] Ælianus de Gorgia & Protagora: ἔοικε γάρ πως ἡ δόξα μὴ πάνυ τι ἀκριβὲς μήτε ὁρᾶν, μήτε ἀκούειν. ἔνθεν τοι καὶ πολλὰ σφάλλει, καὶ τὰ μὲν καθαιρεῖ, τὰ δὲ ψεύδεται. Alexander Magnus apud Q. Curtium libro nono: *Nunquam ad liquidum fama producitur: omnia, illa tradente, majora sunt vero. Nostra quoque gloria cum sit ex solido, plus tamen habet nominis quam operis.* Libanius Sophista: πῶς γὰρ ὁ δόξαν κτῆμα νομίζων, οὐκ ἀγαθὸς εἶ ὡς ἀληθῶς κτημάτων φύλαξ. ἀλλ' ὁ προσελθὼν, καὶ κολακεύσας, ἀπῆλθέ τι λαθών, ὁ δ' ὀρθὰ καλέσας, μισθὸν ἔχει βῆμα. εἶτ' οὐ τούτων, οἱ μὲ ἀποφέρουσι χρυσόν· αὐτὸς δ' εἰρωνείαν. Sitzm.

3 *Falsis vulgi opinionibus.*] Vulgus enim (ut Persium loquentem faciam) aut nunquam aut rarissime

—— *veri Speciem dignoscere callet,*
Ne quæ subærato mendosum tinniat auro.

Et mirum! si sæpius à fortuna, quam à judicio celebris fama proficiscatur? Exemplum memorabile de Pallante Claudii liberto omnium nebulonum postremissimo invenies apud Plin. Secundum libro septimo, Epistol. 29. & libro nono Epist. 6. *Idem.*

4 *Qui falso prædicantur, suis ipsi, &c.*] Cassiodor. 8. Variar. 18. *Cum omnis appellatio ad declarandas res videatur imposita, nimis absurdum est portare nomen alienum, & aliud dici, quam possit in moribus inveniri.* Huc pertinet quod Jurisconsulti ajunt: *Nomina rebus consequentia esse debere.* Et divinitus scribit Gregorius Nyssenus in libro περὶ τελειότητος, τὸ ὀφεῖλον χρὴ εἶναι τὸ χρισιανόν. Οὐκοῦν ἐπειδὴ δ' μεγίστε τὸ θειοτάτῃ τῇ πρώτῃ τῶν ὀνομάτων μέτεστε ὠφελῆ δ' ἀγαθὸς δεσπότε ἡμῖν κοινωνία, ὥστε τοὺς τῆ ἐπωνυμίας δ' χρισὸς μεθέντας χρισιανοὺς ὀνομάζεσθαι. ἀναγκαῖον ἂν εἴη, πάντα τὰ ἑρμηνευόμενα τ τοιαύτης φωνῆς ὀνόματος ἐν ἡμῖν καθορᾶσθαι. ὡς μὴ ψεύδωνυμον ἐφ' ἡμῖν εἶναι τὸ κλῆσιν, ἀλλ' ὂν δ' βιε τὸ μαρτυρίαν ἔχειν. ἐ γὰ

se est laudibus erubescant. Quæ si etiam meritis conquisitæ sint, quid tamen sapientis adjecerint conscientiæ, qui bonum suum non populari rumore, sed conscientiæ veritate metitur? Quod si hoc ipsum propagasse nomen, pulcrum videtur; consequens est, ut fœdum non extendisse judicetur. Sed cum, uti paullo ante disserui, plures gentes esse necesse sit, ad quas unius fama hominis nequeat pervenire, fit, ut [1] quem tu æstimas glorioſum, pro maxima parte terrarum videatur inglorius. [2] Inter hæc verò popularem gratiam, ne commemoratione quidem dignam puto, quæ nec judicio provenit, nec umquam firma perdurat. Jam verò quàm sit inane, quàm futile [3] nobilitatis nomen,

ἐ γὰ οὐκ ἔ καλεῖσθαί τι τὸ εἶναι χίνε· ἀλλ' ἡ ὑποκειμένη φύσις, οἷα δή ἂν ᾖσα τύχῃ, λέγε τ προσφυᾶς ἔ ὀνόματος σημασίας γνωρίζει· οἷόν τι λέγω, εἰ δένδρῳ τις ἢ πόᾳ προσηγορίαν ἀνθρώπε χαρίσαιτο· ἆρα ἀνθρώπ ἔστιν ἐξω τῶν κλήσιν ἢ τὸ φυτὸν ἢ ὁ λίθ: οὐκ ἔστι παντὸ· ἀλλὰ χρὴ πρῶτον εἶναι ἄνθρωπον, εἶθ' ἕτως ὀνομαζόμενον τῇ προσηγορίᾳ τ φύσεως. Et quæ ibidem plura sequuntur. quem locum ex sacris lectionibus suis mihi condonavit C. Rittershusius. *Idem.*

1 *Quem tu æstimas glorioſum.*] MS. Rittersh. *quem tu æstimas esse glorioſum.* Idem.

2 *Inter hæc verò popularem gratiam.*] MS. Rittersh. *pop. gloriam.* Recepta tamen lectio non destituitur auctoritate quorundam vett. exemplarium, & confirmatur ab Herodiano, qui de Commodo sic scribit: μέχρι μὲ τούτων, οἱ τῆ βασιλείας τὸ πρεπόμενα ἦν ἀλλότρια, πλὴν ἀνδρείας καὶ δυσχρίας ὠφελῆ τοῖς δημοσίοις εἶχε πνὰ χάριν. Idem.

3 *Nobilitatis nomen.*] Nobilitatis apud omnes fere populos magna semper laus fuit, non γνώσεως, aut λαμπρότητος, sed εὐγλείας, à genere. Hinc εὐγλόφα, inquit Aristoteles libro VI. Politic. παρ' ἐνίοις οἶκοι τίμιοι. ἔτι διὸ βέλτιους εἰκὸς τοὺς ἐκ βελτόνων εὐγλεῖς εἶναι· ἡ γὰρ εὐγλεια ἔστιν ἀρετὴ γένους. *Nobilitas enim apud cunctos mortales domi honorata. propterea quod meliores verisimile est è melioribus procreari: nobilitas enim est generis virtus.* Inde crevit adeo resp. illa Romana, in qua ut plurimum probi iique nobiles & nobilibus nati, non ut Athenis quivis è populo, præfuere. *Omnes boni*, inquit ejusdem reip. lumen Cicero, *semper nobilitati favemus, & quia utile est reip. nobiles homines esse dignos majoribus suis; & quia valet apud nos clarorum hominum & benè de republ. meritorum memoria, etiam mortuorum.* Neque aliunde extremis ejusdem reip. temporibus, nobilitatis nomen tanto in honore habitum, ut ipsi Imperatores quos sibi successores deligebant, prius Nobilissimos declararent. Id fecisse Justinum, antequam Justinianum sororis filium Cæsarem successoremque crearet, auctor est in Chronico Marcellinus Comes anno DXXVI. Hinc Augustinus contra Cresconium lib. III. c. XXIX. significaturus annum CCCXXV. scribit, *Constantio Maximo Augusto, & Constantino juniore, nobilissimo Cæsare, Consulibus, &c.* Et ut auctor Miscellæ M. Aurel.

men, quis non videat? [1]quæ si ad claritudinem refertur, aliena est. Videtur namque esse nobilitas, quædam de meritis veniens laus parentum. Quòd si claritudinem prædicatio facit, illi sint clari necesse est, qui prædicantur. Quare [2]splendidum te, si tuam non habes, aliena claritudo non efficit. [3]Quod si quid est in nobilitate bonum, id esse arbitror solum, ut imposita nobilibus necessitudo videatur, ne à majorum virtute degenerent.

METRUM VI.

[4]*Omne hominum genus in terris*

Simili

Aurel. Antoninum verum, tot virtutibus ornatum, imperio dignissimum ostendat, nobilissimum quoque fuisse probat. *Vall.*

1 *Quæ si ad claritudinem refertur, aliena est.*] Juvenalis Satyr. 8.

—*sed te censeri laude tuorum,*
Pontice, noluerim, sic ut nihil ipse futuræ
Laudis agas. Miserum est aliorum incumbere famæ,
Ne collapsa ruant subductis tecta columnis. Sitzm.

2 *Splendidum te, si tuam non habes, aliena claritudo non efficit.*] Hinc etiam Plato illud præstantissimum nobilitatis genus esse dixit, si quis per se animi magnitudine excelleret. Vide Diog. Laërt. in ejus vita. Cassiodorus Var. 3. Ep. 17. *Tantum quis nobilior erit, quantum & moribus probis & luculenta facultate reluxerit.* Idem libro quinto Variar. 12. *Hæc est indubitata nobilitas, quæ moribus probatur ornata.* Theodoricus Rex apud Ennodium in Panegyrico: *Sine causa parentum titulis nitimur, nisi propriis adjuvemur.* Auctor Carminis ad Pisonem:

Nam quid imaginibus, quid avitis fulta triumphis
Atria, quid pleni numeroso consule fasti
Profuerint, si vita labat? perit omnis in illo
Gentis honos, cujus laus est in origine sola. Idem.

3 *Quod si quid est in nobilitate bonum.*] Cassiodorus 8. Var. 16. *Similitudinem suorum felix vena custodit: quando pudet delinquere, qui similia nequeunt reperire. Hinc est, quod melius agnoscitur, elegisse nobilem, quam fecisse felicem: quia iste commonitus, per veterum se facta custodit: ille exemplum non habet, nisi quod fecerit.* Idem.

4 *Omne, &c.*] In hoc Carmine suggillat illos, qui memores magni generis, virtute illud minime adaugebant: sed claritate majorum tantummodo gloriantes, non animo reputabant illud Cleobuli: *Majorum meritis gloria non datur*; multoque minus illud Solonis: *Pulcrius parari, quam creari nobilem.* De quibus vide And. Tiraquellum De Nobilitate cap. 22. in quo hosce versus Boëthii citat, aliaque ibidem lectu dignissima more suo ex variis congerit auctoribus. *Idem.*

Omne humanum genus.] MS. Rittersh. *Omne hominum genus.* Ita Virgilius 3. Georg.

Omne adeo genus in terris hominumque ferarumque.

Et Silius lib. 7.

Omne hominum in terris trepidat genus. ——

Idem.

1 *Simili*

[1]*Simili surgit ab ortu:*
[2]*Unus enim rerum pater est,*
Unus cuncta ministrat.
Ille dedit Phœbo radios,
[3]*Dedit & cornua Lunæ.*
Ille homines etiam terris
Dedit, & sidera cælo.
Hic [4]*clausit membris* [5]*animos*
Celsa sede petitos.
[6]*Mortaleis igitur cunctos*
Edit, nobile germen.
[7]*Quid genus, & proavos strepitis?*

Si

1 *Simili surgit ab ortu.*] Manuel Palæologus Orat. 7. Institut. Regiæ, De Humilitate: πάντες ἐσμὲν ἐξ ἑνὸς φυράματος, χεὶρ μιᾶς τῆς θείας πλασμάτων ἅπαντες ἐσμέν. Sitzm.

2 *Unus rerum pater est.*] Prima Dei appellatio, inquit Hermes Poëmandri cap. 11. est τ' ἀγαθὸν, *Ipsum bonum.* quæ essentiam Dei spectat. Η' ἑτέρα προσηγορία ἐστὶν ἡ Θεὸς πατήρ. πάλιν λέγω τὸ ποιητικὸν πάντων. πατὴρ δὲ τὸ ποιεῖν. *Altera vero appellatio, Pater est. ideo quia omnia gignit. patris est enim generare.* quam ex totius universi creatione & providentia sortitus est. Unde persequitur Boëtius,

Unus cuncta ministrat, &c.

Vall.

3 *Dedit & cornua Lunæ.*] Lactant. lib. 1. Div. Instit. cap. 21. *Lunæ taurus mactatur, quia similiter habet cornua.* Sitzman.

4 *Clausit membris animos.*] Lactant. De Opif. Dei, cap. 20. *Corpusculum hoc, quo induti sumus, hominis receptaculum est. Nam ipse homo neque tangi, neque adspici, neque comprehendi potest, quia latet intra hoc quod videtur.* Claudian. lib. 1. De Rapt. Proserpinæ, v. 65.

—— *corporeos animæ mittuntur in artus.*

Similia sunt apud Platonem & Ciceron. in Somnio Scipionis. Est enim hoc Socraticum dogma. *Idem.*

5 *Animos.*] L. *animas.* Lucret. libro 3.

Nunc animas quoque ut in membris cognoscere possis
Esse. —— Idem.

6 *Mortales igitur cunctos Edit, nobile germen.*] Ita lego, ut sit appositio. *Germen* metaphora pulcra dicit pro sobole. Vide non vulgaria hac de re in Comment. Rittersh. ad 1. Cyneget. Oppian. *Idem.*

7 *Quid genus & proavos strepitis.*] Lycus Thebanus apud Senecam in Herc. Fur. v. 137.

Non vetera patriæ jura possideo domus
Ignavus heres: nobiles non sunt mihi
Avi, nec altis inclytum titulis genus;
Sed clara virtus. qui genus jactat suum,
Aliena laudat. ——

Juvenal. Sat. 8.

—— *quis enim generosum dixerit hunc, qui*
Indignus genere, & præclaro nomine tantum
Insignis? ——

Min. Felix in Oct. *Nobilitate generosus es? parentes tuos laudas. Omnes tamen pari sorte nascimur, sola virtute distinguimur.* Ælian. lib. 12. Variar. Hist. cap. 6. ὅτι γελᾶν ἔξεστιν ἐπὶ τοῖς μεγάλως φρο-

Si [1] primordia vestra,
Auctoremque Deum spectes,
[2] Nullus degener exstat,
Ni vitiis pejora fovens
Proprium deserat ortum.

PROSA VII.

[3] Quid autem [4] de corporis voluptatibus loquar, quarum appetentia quidem plena est anxietatis, [5] satietas

φρονῆσι δ᾽ ἀφ᾽ τὰς πατέρας. Quam pulcre vero Romanus Martyr apud Prudent. Peristeph. Hymno 10.

— *absit ut me nobilem*
Sanguis parentum præstet, aut lex Curiæ,
Generosa CHRISTI *secta nobilitat viros.*
Si prima nostris quæ sit incunabulis
Origo textu stemmatis recenseas,
Dei parentis esse ab ore cœpimus,
Cui quisque servit, ille vere est nobilis,
Patri rebellis, invenitur degener.

Sitzm.

1 *Primordia.*] *Primordia rerum* Lucret. libro 1. *vocum*, idem lib. 4. *vini*, idem l. 6. *ignis*, l. eod. *generis*, Ovid. l. 2. Amor. *cladis*, Silius l. 4. *belli*, idem lib. 17. *tedæ*, Val. Flacc. lib. 8. *noctis*, Claud. l. 1. de Raptu Proserp. ℣. 112. *mentis*, Alcimus Avitus de l. de Diluvio, *legis*, idem l. cod. *gentis*, idem l. de Transf. maris. *Primordiis rationis imbutus*, Arnobius l. 3. *Idem.*

2 *Nullus degener exstat.*] Silius libro 10.

——— *proh degener altæ*
Virtutis patrium. ———

Idem.

3 *Quid autem de corporis voluptatibus.*] Confer B. August. lib. 14. de Civ. Dei, cap. 16. & seqq. *Idem.*

4 *De corporis voluptatibus.*] Quam voluptatem probaverit Plato, recenset Apulejus lib. de ejusd. Philosophia naturali. *Voluptatem vero neque bonum esse absolute, neque simpliciter malum. Sed eam quæ sit honesta nec pudendis rebus, sed gloriosis actibus veniat, non esse fugiendam. illam vero quam aspernatur natura ipsa turpi delectatione quæsitam, vitari oportere censebat.* Eandem esse mentem Aristotelis suamque aperit Alexander Aphrodis. natur. quæstion. lib. IV. cap. XXIII. nimirum eam non fugiendam quæ cum honestate conjuncta est; quæ vero ab turpibus actionibus proficiscitur, pœnitentia finiri. Nec ii solum, sed omnis semper Philosophia, ait Seneca epistol. XC. *damnavit mixtas pœnitentiæ voluptates.* Quas in pudendi gulæque intemperantia positas sic Turpilius Thrasyleone expressit, *Venerem; mensam, talos, vinum: in hæc hujusmodi, quibus rebus vita amatur, tum invitari solemus.* sic enim ex vet. cod. mss. Nonii legendum. Juvenalis quoque

— *dum bibimus, dum serta, unguenta, puellas*
Poscimus, obrepit non intellecta senectus.

Sardanapali quoque [bovis maluisset Aristotelés] sepulchro inscriptum fuit,

Hæc habeo quæ edi, quæque exsaturata libido
Hausit: at illa jacent multa & præclara relicta.

Vallin.

5 *Satietas vero pœnitentiæ.*] Respicit forte ad verba Demosthenis, rem cum Thaide habere volentis. Vid. Agell. l. 1. Noct. Atticar. cap. 8. *Sitzm.*

1 *Quan-*

tietas verò pœnitentiæ? [1] Quantos illæ morbos, quàm intolerabileis dolores, quasi quendam fructum nequitiæ fruentium solent referre corporibus! quarum motus quid habeat jucunditatis, ignoro. Tristeis verò esse voluptatum exitus, quisquis reminisci libidinum suarum volet, intelliget. Quæ si beatos explicare possunt, [2] nihil causæ est, quin pecudes quoque beatæ esse dicantur; quarum omnis ad explendam corporalem lacunam festinat intentio. [3] Honestissima quidem conjugis foret, liberorumque jucunditas, sed nimis [4] è natura dictum est, [5] nescio quem filios invenisse

1 *Quantos illæ morbos!*] Teste enim Pindaro in Isthm. Oda 7.

--- τὸ πὶς δίκαν
Γλυκὺ πικρὸ πάτε μᾶφ᾽ πλοῦτό.

Sitzm.

2 *Nihil causæ est, quin pecudes quoque beatæ dicantur.*] Graviter in hunc modum disputat Maximus Tyrius, Sermone 32. ὐπεῦθεν ἄρξομ, τί ἀνθρώπε ἀφροσυνικόν; ἡδονή. πρᾶσμά μοι κοινὸν λέγᾳς, ἐπὶ πάσας φυσὶς ἐξικνύμενον, κ᾽ ἀφ᾽ τᾶτ᾽ αὐτᾶ τὼ σεβυμίαν ὄσι ἀνέχομαι. ἥδεῖ κ᾽ βᾶς κ᾽ ὄνο κ᾽ σὺς κ᾽ πίθηκο. Idem.

3 *Honestissima quidem conjugis.*] Augustinus lib. 19. De Civit. Dei, cap. 1. *Pertinet ad virtutis officium, & vivere patriæ, & propter patriam filios procreare, quorum neutrum fieri potest sine corporis voluptate.* De puritate autem consuetudinis conjugalis memorabile est apophthegma illud Pythagoricum, quod Theano quidam adscribunt, ὡς ἀπὸ μᾶ σωοικᾶντο ἀνδρὸς ὅσιόν ἐσιν αὐθήμερον σεσπένας τοῖς ἱεργῖς· ἀπὸ δ᾽ μὰ σεσηκυῖο, ἁδέ ποτε. ut est apud Jamblichum de vita Pythag. c. 11. ubi σεισόηδο ἀπόφθεγμα vocat: sicut capite 27. καλὸν κ᾽ σεισλεπὸν ῥῆμα censet, τὸ τὼ γωναῖκα δεῖν ἦναι αὐθήμεραν ἀνισαμένω ἀπὸ ᾶ ἑαυτᾶς ἀνδρός. Nec minus est memorabile judicium D. Chrysostomi, eum qui à coetu complexuque maritali surgat, purum esse etiam ante quam se abluerit: secus atque qui à meretrice veniat. hunc etenim nullis lavacris mundari. Paulo durius & iniquius est S. Hieronymi hac de re judicium in libb. contra Jovinianum. *Idem.*

4 *E natura dictum est.*] Designat, ut mihi videtur, locum illum Aristotelis Ethic. lib. VIII. cap VI. Ἐ᾽π πᾶς φυσικαῖς συγχώρησι μᾶλλον ἀκολυθεῖν ὀρέξεσιν. ὁ δ᾽ θυμὸς, φυσικώτερον, κ᾽ ἡ χαλεπότης τ᾽ ἐπιθυμιῶν, τ᾽ τ᾽ ὕβρεις κ᾽ ὧν μὴ ἀναγκαίων. ὥσπερ ὁ ἀπολογούμνο, ὅτι τ᾽ πατέρα τύπτοι. κ᾽ γὰ ἔτο, ἔφη, τ᾽ ἑαυτᾶ· κἀκεῖνο, τ᾽ ἄνωθεν. κ᾽ τὸ παιδίον δεῖξας, κ᾽ ὅτο ἐμέ, ἔφη, ὅταν αὐτὸς γήρᾳ. συγχωρεῖ γὰ ἡμῖν. *Præterea naturales appetitiones sequi majori venia dignum est.* Et, *Ira vero & asperitas magis è natura est, quam exsuperantia cupiditatum & eorum quæ necessaria non sunt. Quemadmodum ille, qui se defendebat, quod patrem verberasset; nam hic, inquit, suum, & ille item suum verberavit; & commonstrans filiolum, Et iste me, inquit, verberabit, cum vir factus fuerit. hoc enim proprium familiæ nostræ est.* Vall.

5 *Nescio quem filios invenisse tortores.*] Eueni pentameter hujus sententiæ memorabilis est, apud Plutarchum & Artemidorum relatus:

nisse tortores: quorum quàm sit mordax quæcumque conditio, neque aliàs expertum te, neque nunc anxium necesse est admonere. In quo [1] Euripidis mei sententiam probo, qui carentem liberis infortunio dixit esse felicem.

METRUM VII.

Habet omnis hoc [2] voluptas,
[3] Stimulis agit fruenteis,
[3] Apiumque par volantum,
Ubi
Illi anima. qui dictum hoc inexpertus negans
Sugillat, ille & angitur animo minus,
Eaque in ipsa adversitate beatus est.

Γ'δὴ, ὅση λύπη παῖς παλαὶ πάντα χρόνον.

hoc est:

Tristitia ex nato est tempus in omne patri.

Apud Artemidorum lib. 1. Onirocrit. cap. 16. male editum est nulloque sensu initium versus: υἱὸς ἡ λύπη. Sed indicio magnorum virorum restituendum didici, ἰδὴ, ὅση λύπη, ut apparet ex Plutarcho περὶ φιλοσοργίας, sub finem. *Sitzm.*

1 *Euripidis mei.*] Scilicet non solum Ciceronem tanti fecisse hunc scenicum philosophum, ut singulos ejus versus pro singulis habuerit testimoniis (quemadmodum Tironi suo per Epistolam significat) verum etiam Boëtium nostrum. Sententia vero ista, *Carentem liberis infortunio esse felicem*, exstat in Andromacha Euripidis, ubi sic Menelaus:

-- πᾶσι δ' ἀνθρώποις ἀρ' ἴσ'
Ψυχὴ τέκν'. ὅστις δ' αὖτ' ἄπειρος ὢν ψέγει,
Ἧσσον μὲ ἀλγεῖ, δυτυχὴς δ' ὐδαιμονεῖ.

hoc est, interprete C. R.

— mortalibus quippe omnibus
Sunt liberi anima. Ignarus hoc qui carpserit,
Dolet minus, felix suo infortunio.

Clariss. Ratallerus ita vertit:

— Mortalibus sunt omnibus
Jucundiores liberi vita, ipsa sunt

2 *Voluptas Stimulis agit fruentes.*] Plinius Secundus l. 8. *Fruenti voluptatibus crescit carendi dolor.* P. Syrus:

Omnis voluptas, quemcumque arrisit, nocet.

Idem.

3 *Apiumque par volantum.*] Socrates, apud Xenophontem tantam osculo vim inesse permonet, ut phalangiorum, tenuium licet animalium, acerbis tamen morsibus tumoremque inducentibus comparet. nec apte minus in re simili apium mella, morsusque statim inde sequentes, Boëtius descripsit: quo alludit & ille amator poëta Græco epigrammate nondum edito,

Ποιεῖς πόνον Μέλισσα φιλάνθεον ἔρχα μελίσσης.
Οἶδα κὴ ἐς κραδίην τὴν γυίαν πέτεσαι.
Καὶ μέλι μὲν ταξεις τοῦτο χείλεσιν ἡδὺ φιλεῖσαι,
Ἦν δ' αὖτῆς κέντρῳ τύμμα φέρῃς ἄδικον.

Nec solum sequitur voluptatem dolor, sed & comitatur: Antiphanes,

Ἐν τῷ αὐτῷ δέ γε τάφῳ, ἔνθα τὸ Ἡδὺ,

[1] Ubi grata mella fudit,
[2] Fugit, & nimis tenaci
Ferit icta corda morsu.

PROSA VIII.

Nihil igitur dubium est, quin hæ ad beatitudinem viæ deviæ quædam sint, nec perducere quemquam eò valeant, ad quod se perducturas esse promittunt. [3] Quantis vero implicitæ malis sint, brevissime monstrabo. Quid enim? pecuniamne congregare conaberis? sed eripies habenti. Dignitatibus fulgere velis? danti supplicabis; & qui præire ceteros honore cupis, poscendi humilitate vilesces. Potentiamne desideras? subjectorum insidiis obnoxius, periculis subjacebis. [4] Gloriam petis? sed per aspera quæque distractus, secu-

Ἡδὺ ἔνεστι, τοῦτο πᾶν κὴ τὸ λυπηρόν. αἱ γὰρ ἡδοναὶ
Οὐκ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν ἐμπεφύκασιν, ἀλλ' ἀκολουθοῦσ' αὐταῖς
Λύπαι κὴ πόνοι.

Id est,

At in eodem ipso, in quo
Jucunditas inest, propè sanè & molestia præsto est. voluptates enim
Non ipsæ solæ ingrediuntur, sed earum comites sunt
Dolores ac labores.

Vallin.

1 *Ubi grata mella fudit.*] Voluptas ad Mercurium, apud Martian. Capellam, lib. 7. De Nupt. Philologiæ:

Nec te cura tori? nec te puer ambit herilis?
Nec mea mella rapis?

Sitzm.

2 *Fugit.*] Periander apud Diogen. Laërt. lib. 1. αἱ μὲν ἡδοναὶ φθαρταὶ· αἱ δὲ τιμαὶ ἀθάνατοι. Porro hoc metrum sic Græce reddidit Cunradus Rittershusius:

Τόσ' ἔχει ἄπαν τὸ ἡδύ,
Ἔτυπε ξωνόκα κέντρῳ·
Μέλι χοῦσ' ὅταν παθεινὸν

Παιφάων δίκλω μελισσῶν
Δεξιπέτοιν, ἠδ' ἀπίωσι
Κραδίαν ἔτρωσεν ἕλκη.

Quoniam vero de Voluptatibus cujus gaudia non remanent, sed fugitiva volant, dicere cœpimus, subjiciam memorabiles Silii Italici versus, apud quem ita in Voluptatem Virtus invehitur:

Quippe nec ira Deûm tantum, nec tela, nec hostes,
Quantum sola noces animis illapsa Voluptas.
Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circa te semper volitans infamia pennis.
Mecum honor, & laudes, & lato gloria vultu,
Et decus & niveis victoria concolor alis,
Me cinctus lauro perducit ad astra triumphus.

Idem.

3 *Quantis vero implicitæ malis sint.*] Tenebras tibi has illuminavi litterula mutata ex scriptis: *Quantis vero implicitæ.* Bern. Sitzm.

4 *Gloriam petis? sed per aspera quæque distractus, securus esse desistis.*] MS. Rittersh. *securus esse desistes.* Sitzm.

ſecurus eſſe deſiſtis. Voluptariam vitam degas. ſed quis non ſpernat, atque abjiciat viliſſimæ fragiliſſimæque rei, corporis, ſervum? Jam verò qui bona præ ſe corporis ferunt, quàm exigua, quàm fragili poſſeſſione nituntur! [1]Num enim elephantos mole, [2]tauros robore ſuperare poteritis? [3]num tigres velocitate præibitis? Reſpicite cæli ſpatium, firmitudinem, celeritatem, & aliquando deſinite vilia mirari. Quod quidem cælum non his potius eſt, quàm ſua, qua regitur, ratione, mirandum. [4]Formæ vero nitor ut rapidus eſt, ut velox, & vernalium florum mutabilitate fugacior! Quòd ſi, [5]ut Ariſtoteles ait, Lynceis oculis homines uterentur, ut eorum viſus obſtantia penetraret, nonne introſpectis viſceribus, illud Alcibiadis ſuperficie pulcerrimum corpus, turpiſſimum videretur? Igitur te pulcrum videri, non tua natura, ſed oculorum ſpectantium reddit infirmitas. Sed æſtimate, quam vultis nimio corporis bona, dum ſciatis hoc, quodcumque miramini, triduanæ febris igniculo poſſe diſſolvi. Ex quibus omnibus illud redigere in ſummam licet: quod hæc, quæ nec præſtare, quæ pollicentur,

1 *Num Elephantes mole.*] Vide Solinum in Polyhiſt. cap.28. Caſſiod. 10. Variar.30. Veget. libro tertio de re militari,cap.24. I.Lipſium Cent.1. Ep.10. *Sitzm.*

2 *Tauros robore ſuperare poteritis?*] De Taurorum ingenio & robore videndus Oppian. in princip. lib.2. Cyneget. & in eundem Commentar. C. Rittershuſii. *Idem.*

3 *Num tigres velocitate præibitis.*] Martialis libro 12. Epigr. 36. in Labullum:

Vis curſu pedibuſque gloriari?
Tigrim vince. ——

Solinus in Polyhiſt. cap.21. De Hircanis: *Gens ſylvis aſpera, copioſa immanibus feris, fœtaque tigribus. Quod beſtiarum genus inſignes maculis notæ, & pernicitas memorabile reddiderunt.* Eidem vero credentes, comperimus tigride animal quoddam eſſe pernicius. ita enim cap. 55. ait: *Leucrocota velocitate præcedit feras univerſas.* Idem.

4 *Formæ vero nitor ut rapidus eſt, ut velox, &c.*] Iſocrates ad Demonicum: Κάλλος μὲν ἢ ἰσχὺς ἀνάλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανε. Ovidius lib. 2. De Arte:

Forma bonum fragile eſt, quantumque accedit ad annos
Fit minor, & ſpatio carpitur illa ſuo.

Tibullus lib.1. Eleg.4. ℣ſ.36.

Forma nos unam fata dedere moram.
Idem.

5 *Ut Ariſtoteles ait.*] Locum illum ſummi Philoſophi, ſicut & librum deſiderari puto. *Vall.*

centur, bona poſſunt, nec omnium bonorum congregatione perfecta ſunt, ea nec ad beatitudinem, quaſi quidam calles, ferunt, nec beatos ipſa perficiunt.

METRUM VIII.

[1]*Eheu, quæ miſeros tramite devios*
Abducit ignorantia!
Non aurum in viridi quæritis arbore,
Nec vite gemmas carpitis,
Non altis laqueos montibus abditis,
Ut piſce ditetis dapes.
Nec vobis capreas ſi libeat ſequi,
Tyrrhena captatis vada.
Ipſos quin etiam fluctibus abditos
Norunt receſſus æquoris,
Quæ gemmis niveis unda feracior,
Vel quæ rubentis purpuræ,
Nec non quæ tenero piſce, vel [2]*aſperis*
Præſtent echinis litora.
Sed quonam lateat, quod cupiunt bonum,
[3]*Neſcire cæci ſuſtinent,*
Et, quod [4]*ſtelliferum trans abiit polum,*
Tellure

1 *Quam miſeros tramite devio Abducit ignor.*] Lactant. de Ira Dei, cap.7. *Cum ſæpe philoſophi per ignorantiam veritatis à ratione deſciverint, atque in errores inciderint inextricabiles (id enim ſolet his evenire, quod viatori viam neſcienti, & non fatenti ſe ignorare ut vagetur, dum percontari obvios erubeſcit) illud tamen nullus philoſophus aſſeruit unquam, nihil inter hominem & pecudem intereſſe.* In eandem fere ſententiam Octavius, apud Min. Felicem. *Sitzm.*

2 *Aſperis echinis.*] Horat in Epod. Od.8.

Horret, capillis ut marinus aſperis
Echinus, aut currens aper.

De Echinis Ælian. l.4. Var. Hiſt. c.13. Caſſiodor. 3. Varior.48. Oppian. lib.2. Halieut. verſu 228. & ſequentibus, Johan. Maria Catanæus in Comment. ad Plinii Secundi librum 1. Epiſtola 15. *Idem.*

3 *Neſcire cæci ſuſtinent.*] Seneca in Thyeſte, ℣ſ.1003.

—— *ſuſtines tantum nefas*
Geſtare tellus? ——

Idem.

4 *Stelliferum polum.*] Senec. in Hipp. ℣ſ.782.

—— *de ſtellifero deſpiciens polo*
Sidus. ——

Lactant. de Phœnice:

—— *veres*
Stellifero teneri quæ cecidere polo.

Idem.

Tellure demersi petunt.
[1] *Quid dignum stolidis mentibus imprecer?*
Opes, honores ambiant,
Et cùm falsa gravi mole paraverint,
Tum vera cognoscant bona.

PROSA IX.

Hactenus mendacis formam felicitatis ostendisse suffecerit; [2] quam si perspicaciter intueris, ordo est deinceps, quæ sit vera monstrare. Atqui video, inquam, nec opibus sufficientiam, nec regnis potentiam, nec reverentiam dignitatibus, [3] nec celebritatem gloriâ, nec lætitiam voluptatibus posse contingere. [4] An etiam causas, cur id ita sit, deprehendisti? Tenui quidem veluti rimulâ mihi videor intueri; sed ex te cognoscere malim apertiùs. Atqui promtissima ratio est. Quod enim simplex est, indivisumque naturâ, id error humanus separat, & à vero, atque perfecto ad falsum, imperfectumque traducit. An tu arbitraris, quod nihilo indigeat, egere potentia? Minimè, inquam. Rectè tu quidem: nam si quid est, quod in ulla re imbecillioris valentiæ sit, in hac præsidio necesse est egeat alieno. Ita est, inquam. Igitur sufficientiæ, potentiæque una est, eademque natura. Sic videtur. Quod verò hujusmodi sit, spernendum ne esse censes, an contra rerum omnium veneratione dignissimum? At hoc, inquam, ne dubitari quidem potest. Addamus igitur sufficientiæ, potentiæque reverentiam, ut hæc tria unum esse judicemus. Addamus, siquidem vera volumus confiteri. Quid igitur? inquit,

1 *Quid dignum stolidis mentibus imprecer.*] Martial. lib. 1. Epigr. 99.
Quid dignum meritis precemur istis.
Prudent. Peristeph. Hymno 10.
Quid imprecabor officinis Græciæ,
Quæ condiderunt gentibus stultis Deos?
Idem.

2 *Quam si perspicaciter.*] Meus: *si veraciter.* Bern.

3 *Nec celebritatem gloria.*] Malim, *celebritati gloriam.* Idem.

4 *An etiam causas cur ita sit, deprehendisti.*] MS. Rittersh. *An etiam causas, cur ita sit, depr.* Sitzm.

quit, obscurum ne hoc, atque ignobile censes esse, an omni celebritate clarissimum? Considera verò, ne, quod nihilo indigere, quod potentissimum, quod honore dignissimum esse concessum est, egere claritudine, quam sibi præstare non possit, atque ob id aliqua ex parte videatur abjectius. [1] Non possum, inquam, quin hoc uti est, ita etiam celeberrimum esse confitear. Consequens igitur est, ut claritudinem superioribus tribus nihil differre fateamur. Consequitur, inquam. Quod igitur nullius egeat alieni, quod suis cuncta viribus possit, quod sit clarum, atque reverendum, nonne hoc etiam constat esse lætissimum? Sed unde huic, inquam, tali mæror ullus obrepat, ne cogitare quidem possum. quare plenum esse lætitiæ, siquidem superiora manebunt, necesse est confiteri. Atqui illud quoque per eadem necessarium est, sufficientiæ, potentiæ, claritudinis, reverentiæ, jucunditatis, nomina quidem esse diversa, nullo verò modo discrepare substantiam. Necesse est, inquam. Hoc igitur, quod est unum simplexque natura, pravitas humana dispertit, &, dum rei, quæ partibus caret, partem conatur adipisci, nec portionem, quæ nulla est, nec ipsam, quam minimè affectat, assequitur. Quonam, inquam, modo? [2] Qui divitias, inquit, petit, penuriæ fugâ, de potentia nihil laborat: vilis, obscuruque esse mavult, multas etiam sibi naturaleis quoque subtrahit voluptates, ne pecuniam, quam paravit, amittat. Sed hoc modo nec sufficientia quidem contingit ei, quem valentia deserit, quem molestia pungit, quem vilitas abjicit, quem recondit obscuritas.

1 *Non possumus, inquam, quin hoc uti est, ita etiam celeberrimum esse confitear.*] MSS. cum Editione Florentina & Norimbergensi: *Non possum, inquam, quin, &c.* Sitzm.

2 *Qui divitias, inquit, petit.*] Veteres duxere ad veri latebras. vulgata lectio confusa, nec sanæ mentis, *Quid divitias.* Bern.
Quid divitias, inquit, petit.] MS. Rittersh. *Qui divitias.* Idem.

tas. Qui verò solùm posse desiderat; [1] profligat opes, despicit voluptates, honoremque potentia carentem, gloriam quoque nihili pendit. [2] Sed hunc quoque quàm multa deficiant vides. Fit enim ut aliquando necessariis egeat, ut anxietatibus mordeatur; cumque hæc depellere nequeat, etiam id quod maximè petebat, [3] potens esse desistat. Similiter ratiocinari de honoribus, gloria, voluptatibus licet. Nam cum unumquodque horum idem, quod cetera, sit, quisquis horum aliquid sine ceteris petit, nec illud quidem, quod desiderat, apprehendit. Quid igitur, inquam, Si quis cuncta simul cupiat adipisci? Summam quidem ille beatitudinis velit; sed num in his eam reperiet, quæ demonstravimus, id, quod pollicentur, non posse conferre? Minimè, inquam. In his igitur, [4] quæ singula quæque expetendorum præstare creduntur, beatitudo nullo modo investiganda est. Fateor, inquam, & hoc nihil dici verius potest. Habes igitur, inquit, & formam falsæ felicitatis, & causas: deflecte nunc in adversum mentis intuitum; ibi enim veram, quam promisimus, statim videbis. Atqui hæc, inquam, vel cæco perspicua est, eamque tu paullo antè monstrasti, [5] dum falsæ causas aperire conabaris. Nam, ni fallor, ea vera est, & perfecta felicitas, quæ sufficientem, potentem, reverendum, celebrem, lætumque perficiat. Atque ut me interius animadvertisse cognoscas, quæ unum horum, quoniam idem cuncta sunt, veraciter præ-

1 *Profligat opes.*] Meus codex, *profligit*. Elegans locutio, *profligare opes* id est prodigè consumere; qua notione Suetonius in Tiberio dixit: *Ex juventute utriusque ordinis profligatissimus quisque.* Bern.

2 *Sed huic quoque quam multa deficiant vides.*] MS. Erfurtens. item Editio Norimberg. & Florent. *Sed hunc quoque, &c.* Sitzm.

3 *Potens esse desistit.*] MSS. cum Edit. Norimberg. & Flor. *potens esse desistat.* Idem.

4 *Quæ singula quæque.*] Nonne melius Manuss.? *quæ singula quædam.* Bern.

5 *Dum falsas causas aperire conabaris.*] Prætuli jure quod in scriptis, *dum falsæ beatitudinis causas.* Idem.

Dum falsas causas aperire conabaris.] MSS. cum Editione Norimbergensi & Florentina; *Dum falsæ causas, &c.* Sitzm.

1 *O te*

præstare potest, hanc esse plenam beatitudinem sine ambiguitate cognosco. [1] O te alumne hac opinione felicem, siquidem hoc, inquit, adjeceris! Quid nam? inquam. Essene aliquid in his mortalibus caducisque rebus putas, quod hujusmodi statum possit afferre? Minimè, inquam, puto, idque à te, nihil ut ampliùs desideretur, ostensum est. Hæc igitur vel imagines veri boni, vel imperfecta quædam dare bona mortalibus videntur: verum autem, atque perfectum bonum conferre non possunt. Assentior, inquam. Quoniam igitur agnovisti, quæ vera illa sit, quæ autem beatitudinem mentiantur, nunc superest, ut unde veram hanc petere possis, agnoscas. Id quidem, inquam, jam dudum vehementer exspecto. Sed cùm, uti [2] in Timæo Platoni, inquit, nostro placet, [3] in minimis quoque rebus divinum præsidium debeat implorari, quid nunc faciendum censes, ut illius summi boni sedem reperire mereamur? Invocandum, inquam, rerum omnium

1 *O te alumne hac opinione felicem sentio, siquidem hoc, &c.*] MSS. & Edit. Flor. non habent voculam *sentio.* & ni fallor melius. *Sitzm.*

2 *In Timæo, Platoni nostro placet.*] Timæi de universi natura acturi apud Platonem hæc verba sunt sanctissimè prolata, Ἀλλ' ὦ Σώκρατες, τὸ τόγε δὴ παύλης ὅσοι καὶ κατ' βραχὺ σωφροσύνης μετέχουσιν ἐπὶ πάσῃ ὁρμῇ καὶ σμικρᾷ καὶ μεγάλῃ πράγματι θεὸν ἀεί που καλοῦσιν. *Atqui Socrates, omnes ii qui vel minimam sanæ mentis particulam habent, cum aliquid sive parvum sive magnum aggrediuntur, semper solent Deum invocare.* Idem habet epist. VIII. Eam doctrinam piumque morem accepit Plato à Timæo Pythagorico. Timæus ex ipso Pythagoræ protulit præcepto, quod inter aurea ejusdem carmina tale est,

—— Ἀλλ' ἔρχου ἐπ' ἔργον
Θεοῖσιν ἐπευξάμενος πελέσαι.
—— *Finem dein ante precatus*
Numina, opus facito.

Cui quanta religione parendum sit, divinè Hierocles, aureo ad eum locum Commentario, exponit. Hinc vitam Pythagoræ Jamblichus ex philosophia Pythagoreæ debito, ut inquit, orditur. quod facit & Proclus Theol. Platon. libro 1. cap. 1. *Vall.*

3 *Cum in minimis rebus divinum præsidium debeat implorari.*] Plinius initio Panegyrici: *Bene ac sapienter majores instituerunt, ut rerum agendarum, ita dicendi initium à precationibus capere* (sic legit Cunradus Rittershusius pro, *caperetur*) *quod nihil rite nihilque providenter homines sine Deorum immortalium ope, consilio, honore auspicarentur.* Non latuit hoc Alexandrum Magnum, de quo Q. Curtius: *Orto sole priusquam admoveret exercitum, opem Deûm exposcens, sacrum patrio more faciebat.* Sitzm.

1 *O qui*

omnium patrem, quo prætermisso, nullum ritè fundatur exordium. Rectè, inquit, ac simul ita modulata est.

METRUM IX.

[1] *O qui perpetua mundum ratione gubernas,*
[2] *Terrarum cælique sator, *qui tempus ab ævo*
Ire

1 *O qui perpetua mundum ratione gubernas.*] His versibus mirum est quam multas res compendiosè Boëtius absolverit. sunt enim veluti quædam ἐπιτομὴ primæ partis Timæi: ubi agit Plato de creatione universi. Quare monendus est quisquis hæc adyta recludere instituerit, ne non accurate perlecto Platonis Timæo, accedat. PERP. RATIONE. quod Dei solius est. *quippe*, ait Tertullianus de Pœnitentia, *res Dei Ratio. quia Deus omnium conditor, nihil non ratione providit, despposuit, ordinavit: nihil non ratione tractari intelligique voluit.* Et Philo, omnia ἄρχει ὁ Θεὸς, ἡ δ' πρεσβυτάτη λόγος πηγή, *regit Deus, qui rationis fons est antiquissimus.* Vallin.

O qui perpetua mundum ratione gubernas.] Manilius lib. I. Astron.

Deprendit tacitis dominantia legibus astra
Et totum æterna mundum ratione moveri.

Lactantius De Ira Dei, cap. 9. *Cum sententiæ philosophorum prioris temporis consensissent, nec ulla esset dubitatio, quin Mundus à Deo & ratione esset instructus, & ratione regeretur: primus omnium Protagoras exstitit temporibus Socratis, qui sibi diceret non liquere, utrum esset aliqua divinitas, necne. Quæ disputatio ejus adeo impia & contra veritatem & religionem judicata est, ut & ipsum Athenienses expulerint suis finibus, & libros ejus in concione, quibus hæc continebantur, exusserint.* Sitzm.

2 *Terrarum cælique sator.*] Sibylla Erythræa, apud Lactant. libro I. Divin. Instit.

Ἀλλὰ Θεὸς μόνος εἷς παντοκράτωρ, ὃς πεποίηκεν
Οὐρανὸν ἠέλιόν τε καὶ ἀστέρας ἠδὲ σελήνην,
Καρποφόρον γαῖάν τε καὶ ὕδατος οἰδμα θαλάσσης.

Hinc propria Dei veri nota est opus creationis rerum, qua in Psalmis, item apud Esaiam aliosque Prophetas discernitur ab idolis. Quid? quod Pythagoras quoque hoc ipsum agnovit in versibus, quos refert Justinus Martyr libro de Monarchia, dignos hic etiam legi. Sunt autem isti:

Εἷς ἐρεῖ, Θεός εἰμι, παρὲξ ἐνὸς, ὅστος ὀφείλῃ
Κόσμον ἴσον τούτῳ φῆσαι, εἰπεῖν, Ἐμὸς ὅστος.
Καὶ μόνον φῆσαι, εἰπεῖν, Ἐμὸς, ἀλλὰ καθικεῖν
Αὐτὸς ὃν ᾧ πεποίηκε, πεποίηκε δ' ἀπὸ τούτου.

hoc est, vertente C. Rittershusio:

Si quis erit, qui se pro numine poscat haberi,
Huic mundo similem debet producere mundum.
De quo dicere ei liceat, Meus exstat hic orbis.
Nec tantum statuens mundum, sic dicat, Hic à me
Conditus est, sed opus simul incolat ipse suum: Et tunc
Facta fidem facient, certum ipsi numen inesse.

Neque omittenda pulcerrima Minucii Felicis verba: *Palam est* (inquit) *parentem omnium Deum, nec principium habere, nec terminum: qui nativitatem omnibus*

Quem

bus præstet, sibi perpetuitatem: qui ante mundum sibi fuerit ipse pro mundo, qui universa quæcunque sunt, verbo jubet, ratione dispensat, virtute consummat, &c. Sitzm.

* *Qui tempus ab ævo ire jubes.*] Æternitas, soli Deo: Ævum, mundo, cœlo, Dæmonibus: Tempus, rebus hisce inferioribus mutabilibus competit. Æternitas ingenita tota simul permanet. ævum neque ingenitum, neque simul totum, non enim erat antequam fieret, permanet tamen. tempus verò neque ingenitum est, neque totum simul est, neque permanet, sed continuo labitur. Est tamen tempus & æternitatis & ævi quædam imago, ut inquit Plato in Timæo. non quod illi præteritum præsens sit, quemadmodum æterno Deo; non quod sit illi præsens permanens, ut mundo, cœlo, beatis, angelis, sed quod sit illi præsens fluens. Idcirco Plato vocat tempus μιμούμενος αἰῶνα κατ' ἀριθμὸν ἰοῦσαν αἰώνιον εἰκόνα, *æternitatis in unitate manentis æternam quandam in numero fluentem imaginem.* Jam vero ab ævo tempus ire certum est. Plato ait, Χρόνος γὰρ μετ' οὐρανοῦ γέγονεν. ἵνα, ἅμα καὶ λυθέντες ἅμα καὶ λυθῶσι. *Tempus enim ortum est una cum cœlo; ut simul nata, simuletiam dissolvantur.* Durationem vero cœli & τῶν ἀϊδίων ζωῶν *æternorum vitæ* ævum cum veteribus diximus. Ex quo igitur factus est mundus, cœlum, ævum; ex eo fluxit & tempus, ejus ideo velut effectus, sicut ævum æternitatis. Hinc optime Hermes Trismegistus in Poëmandro, Καὶ ὁ μὲν αἰὼν τοῦ θεοῦ ἐστὶν ἡ ψυχὴ, ὁ θεὸς; ὁ δὲ κόσμος ἡ ψυχὴ, ὁ αἰών; τὸ δὲ γῆς, ὁ ἄνθρωπος. *Æternitatis anima, Deus est; mundi anima, æternitas; terræ anima, cœlum.* Estque Deus Proclo quoque Theol. Plat. πηγὴ τῆς ὅλης ἀϊδιότητος. *Omnis æternitatis fons.* Porro αἰὼν nunc est Dei ἀϊδιότης, *sempiternitas, semper æternitas*; vocaturque à Proclo νοητὸν, νοερὸν, ævum *intellectuale*, quod attribuitur primæ menti, seu Deo; qui tamen Dionysio de div. nom. πρὸ αἰώνων, καὶ πρὸ αἰώνος, καὶ ὑπὲρ αἰῶνα ἔστι, *ante æternitates, ante ævum & super ævum est.* nunc est angeli, beatorum aliorumque quæ æterna vocantur. non quod Deo συναΐδια *coæterna* sint. sed μέσα ὄντων καὶ γινομένων. ὅσα πῇ μὲν αἰῶνος, πῇ δὲ χρόνου μετέχει, *media inter illa quæ verè sunt, & ista quæ fluunt: quæcunque* scilicet *partim quidem æternitatis, partim vero temporis participia sunt.* inquit idem. æternitatis, quia æterna futura sunt. temporis, quia esse cœperunt. Unde omnes post summum Jovem Dii æviterni ab Ennio, ævintegri ab Apuleio nuncupantur, quod æternum ævum illis adsit. homines vero sint ævi mutabilis, ut quibus est [Virgil. Æneidos IX.]

— *Angustus terminus ævi.*
Vall.

1 *Stabilisque manens das cuncta moveri.*] Esse primum movens immotum probat Aristoteles libro VIII. Physic. Ibique laudatur Anaxagoras, quod dicat τὸν νοῦν ἀπαθῆ καὶ ἀμιγῆ εἶναι; ἐπειδήπερ κινήσεως ἀρχὴν ποιεῖ αὐτὸν εἶναι. ὅτε γὰρ μάλιστα ἂν κινοίη ἀκίνητον ὢν καὶ κρατοίη ἀμιγὴς ὤν, *mentem impatibilem esse & non mixtam, quippe qui eam motus principium faciat. hoc enim duntaxat modo immobilis manens movebit, & mixtionis expers dominabitur.* Hinc Proclo Theol. Plat. lib. I. cap. XII. est quidem anima universi αὐτοκίνητον, *per se mobilis.* καθ' ὃ ταὐτὸς, ὁ νοῦς ἀκίνητος ὤν. *Ante vero istam* animam est *ipsa mens immobilis existens.* Sequitur verò, Καὶ μὴν τοῦτο τὸ ἀκίνητον μὴ τοιοῦτον ὑπολάβῃς· οἷον τὸ δρᾶν, καὶ ἄξιον, καὶ ἄπαθος εἶναι φαμὲν, ἀλλὰ τὸ

[1] *Quem non externæ pepulerunt fingere causæ*
[2] *Materiæ fluitantis opus, verùm insita summi*
Forma

λὰ τὸ πάσης κινήσεως δεχτικὸν αἴτιον, καὶ τῶν πηγῶν, εἰ βέλτ, πάσης ζωῆς. *Hoc autem immobile, ne mihi tale esse putes, quale dicimus esse, otiosum, & expers vitæ, & nullo spiritu præditum: sed omnis motionis principem causam, & (si velis) fontem omnis vitæ.* Idèo recte D. Dionysius de divin. nominib. Τί γὰρ καὶ ἔστι τὸ θείας στάσεως, ἤτοι καθέδρας φαμέν; τί δὲ ἄλλό γε ἢ θεῖον τὸ μένειν αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ τὸ θεόν; καὶ ἐν ἀκινήτῳ τ αὐτότητι μονίμως πεπηγέναι; καὶ ἑδραίστως ὑποκεῖσθαι, καὶ τὸ κατὰ τὰ αὐτὰ, καὶ ὡσαύτως καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως ἐνεργεῖν, καὶ κατὰ τὸ ἀμετάτρεπτον αὐτὸν ἐξ ἑαυτοῦ πάντως ὑποφέρειν, καὶ κατὰ τὸ ἀμεταπλάνητον αὐτὸ, καὶ ὁλικῶς ἀκίνητον. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τῶν πάντων στάσεως, καὶ ἕδρας αἴτιος. ὁ ὑπὲρ πᾶσαν ἕδραν καὶ στάσιν. καὶ ἐν αὐτῷ πάντα σωέσηκεν, ἐκ τῆς οἰκείας ἀγαθῶν στάσεως ἀστάλευτα ἀφυλατόμενα. *Quid autem de divino statu vel sede dicemus? quid nam aliud, nisi in seipso permanere Deum in sua immobili identitate firmiter constanterque collocatum, & secundum eadem ac circa idem eodemque modo agere, atque per id, quod ipsum immutabile, & ipsum immobile est, ab omni sui mutatione ac motu omnino solutum esse & liberum? Ipse enim est omnium status & stabilitatis auctor, qui super omnem stabilitatem statumque existit, atque in eo consistunt omnia, dum à bonorum suorum statu incommota servantur.* Deus igitur rerum omnium origo, fons & vita, miro omnia modo creat, producit, movet atque agitat ipse ἀκίνητος, *immobilis.* unde idcirco eum Apuleius lib. de Philosophia natur. Platon. *rerum omnium exortorem* appellat, nomine divinæ potentiæ aptissimo. sic enim legendus est is locus ex vet. cod. *Is unus, ait,* ἀπεράντου, *genitor, rerumque omnium exortor.* cum in hactenus impressis habeatur, *extortor.* quod absit ut quisquam de Deo dicat. quid enim extorqueat omnipotens sapientia, quæ *disponit omnia suaviter*? Vallinus.

1 *Quem non externæ*] De origine Mundi rerumque principiis quam diversa senserint Philosophi, tradit Paulus Merula, in Commentar. ad 1. Annal. Ennii, pag. 19. & seqq. item Jac. Pontanus in absolutiss. Virgil. Commentar. ad Eclog. 6. *Sitzm.*

2 *Materiæ fluitantis opus.*] Mundum hunc seu Universum; Plato Timæo, Βελτιστος γὰρ ὁ θεὸς ἀγαθὰ μὲν πάντα, φλαυρον δὲ μηδὲν εἶναι κατὰ δύναμιν, ἔτι δὴ πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν, παραλαβὼν, ἐκ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως, εἰς τάξιν αὐτὸ ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, ἡγησάμενος ἐκεῖνο τούτῳ πάντως ἄμεινον. *Nam cum constituisset Deus bonis omnibus explere mundum, nihil admiscere, quoad natura pateretur; quicquid erat quod in cernendi sensum caderet, id sibi assumpsit, non tranquillum, sed quod immoderate & inordinate agitaretur ac fluitaret, idque ex inordinato in ordinem adduxit ratus ordinem jactatione omnino esse meliorem ac præstantiorem.* Hinc pulcherrima illa κόσμου τάξις. Apuleius libro de phil. natur. Platonis, *Initium omnium corporum materiam esse memoravit. hanc & signari impressione formarum. Hinc prima elementa esse progenita, ignem & aquam, terram & aëra.* Vall.

Materiæ fluitantis opus.] Diogenes Laërt. in Platone: ἀπλῶς δέ ποτε αὐτὸν (ὕλην scilicet) κινεμένην, ὕστερον δὲ θεὸν φησὶν εἰς ἕνα σωαχθῆναι τόπον, τάξιν ἀταξίας κρείττονα ἡγησάμενον. Sitzm.

1 *Livore*

Forma boni, [1] *livore carens.* [2] *tu cuncta superno*
Ducis ab exemplo; [3] *pulcrum pulcerrimus ipse*
Mundum mente gerens, similique in imagine formans,
Perfectasque jubens perfectum absolvere parteis.
[4] *Tu numeris elementa ligas, ut frigora flammis,*
Arida conveniant liquidis: ne purior ignis
Evolet, aut mersas deducant pondera terras.
[5] *Tu triplicis mediam naturæ cuncta moventem*

Con-

1 *Livore carens.*] Hoc est, Quem non externæ causæ, quæ nullæ erant, sed ipsa forma summi boni, id est non idea aut exemplar, ut scribunt commentatores, sed ipsa substantia seu essentia summi boni, quæ *insita*, hoc est, in te est: *livore carens*, omnis scilicet perfectionis fons & origo, ad totius creaturæ productionem impulit. Ipsa autem Platonis verba in Timæo hæc sunt, Ἀγαθὸς ἦν, ἀγαθῷ δ' οὐδεὶς ποτὲ περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος. τούτου δ' ἐκτὸς ὤν, πάντα ὅτι μάλιστα ἐβουλήθη γενέσθαι παραπλήσια αὐτῷ. *Bonus erat. bonus autem nulla unquam aliqua de re invidia tangitur. Ergo cum livor ab eo alienissimus esset, omnia voluit quam maxime sui similia generari.* Vall.

2 *Tu cuncta superno ducis ab exemplo.*] Seu exemplari, hoc est Idea illa, quæ est in mente Dei, non vero quid ab eo externum, ut præceptori, Græca fide, imposuit Aristoteles. Eam esse Platonis veram germanamque sententiam mox ipse asserit Boëtius

—— *pulchrum pulcherrimus ipse*
Mundum mente gerens, similique in imagine formans.

Ubi mundi ideam formamque Deum mente gerere vides. ejusdemque mundi, qui primum in idea seu mente divina fuit, imaginem, qualis nunc est, factam postea & constitutam. *Idem.*

3 *Pulcrum pulcerrimus ipse Mundum mente gerens.*] Thales apud Laërt. lib. 1. κάλλιστον κόσμων· ποίημα γὰρ θεοῦ. Apuleius de Dogmate Platonis: *Iccirco autem perfectissimo & pulcerrimo mundo instar pulcræ & perfectæ sphæræ à fabricatore Deo quæsitum est, ut sit nihil indigens: sed operiens omnia, coërcensque contineat: pulcer & admirabilis, suique similis, sibique respondens.* Sitzm.

4 *Tu numeris elementa ligas.*] Quem in modum Plato animam mundi ex numeris fabricatam esse docuerit, & quod hinc etiam probari possit concentum quendam esse cælestium corporum, exponit Macrob. in Somn. Scip. libro 2. cap. 2. Vide & Laërt. lib. 3. Claudianus de Raptu Proserpinæ pag. 250.

Heic Elementorum seriem, sedesque paternas
Insignibat acu: veterem qua lege tumultum
Discrevit natura parens, & semina justis
Discessere locis. quicquid leve fertur in altum:
In medium graviora cadunt: incanduit æther:
Egit flamma polum: fluxit mare: terra pependit. Idem.

Tu numeris elementa ligas.] Verba ipsa Platonis in Timæo videnda: quæque annotant ad ea Marsil. Ficinus, Seb. Foxius, & Macrobius in somn. Scip. lib. 1. cap. VI. *Vall.*

5 *Tu triplicis mediam.*] Ventum est ad partem suscepti operis difficillimam, in qua explananda tot frustra sudarunt viri eruditi. Animus quoque est, idem periculum subire, atque è Platone sic totum locum illustrare, ut si satisfactum minimè sit doctis omnibus, certe Platonicis iri confidam.

Primum

Primum hæc esse nobilissima & primaria substantiarum genera apud Platonicos notandum est. ut primò sit τ' ἀγαθὸν τὸ θεῖον, τὸ καλὸν, ἡ εὐδαιμονία, ἡ σοφία, *ipsum bonum, divinitas, pulchrum, beatitudo, sapientia*; *denique* ὁ θεὸς, *ipse Deus*, seu summa potestas ac summa divinitatis substantia, omnium potens, omnium effectrix, in se permanens, ὑπερφυῶς, *supra entium omnium & naturam & captum*. Deinde νῆς, ψυχὴ, σῶμα ἢ ὕλη, *mens, anima, corpus seu materia*. quibus mundi εὐπαξίαν illam admirabilem constitui voluit Deus. cum vellet hoc Universi opus, νοητὸν, ἔμψυχον καὶ σωματοειδὲς *intelligentiæ, animæque particeps, corporeumque* efficere. quod sic exponit Plato in Timæo. Cum sola sua bonitate Deus, mundum facere statuisset, ad suum & ἀίδιον παράδειγμα *æternum exemplar*, & qualem scilicet mente gerebat, hoc est, bonum perfectumque & *pulchrum pulcherrimus ipse*, formavit. Ex materia autem σωματοειδὲς καὶ αἰσθητὸν *corporeum esse subque sensum cadere* voluit. Sed quia materia illa rudis & figurationis qualitate viduata, fluitans alioquin, fingenda formandaque fuit; Animam Deus, qua moles illa viveret, qua fluitans sisteretur, quaque informis formaretur, infundere optimum duxit. Quia porro tum animata illa moles errori adhuc corruptionique manebat innoxia, neque erat exemplaris mentis divinæ perfectissimæ imago, quòd nimirum esset ἀνόητον, addidit illi intelligentiam Deus, mundumque hac ratione perfectissimum absolvit. qui ea anima, cui adhæret intelligentia, præditus, subsistens jam mirum ordinem speciemque assequeretur. anima enim præterquam quod materiam illam seu corpus tanquam forma informat, etiam vinculum est quo *connectitur* intelligentia; quæ absque media illa natura cum corpore conjungi non poterat: jamdudum Proclo censente cum Platone νῆν ἄνευ ψυχῆς ἀδυνάτον παραχωρεῖν τῷ *mentem ullam sine anima adesse impossibile*. ἡ γὰρ ἀμέριστος καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσα καὶ νῆ, διαιωνίῳ καὶ ἀμέτρῳ σωζόμενα τῷ σωματοειδεῖ πῶς ἂν δυνάιτο; *Individua enim & æterna Mentis essentia quomodo cum eo, quod corporis formam habet, immediatè componi posset*? Hæc igitur est Animæ Mundi natura & dignitas, qua scilicet utitur Deus, non solum tanquam spiritu ad vitam viventibus tribuendam, sed etiam tanquam substantia, quæ particeps intelligentiæ imitatrixque divinæ mentis & τοῦ ὄντος ἀεὶ *ejus quod semper est*, cœlo ignes accendit, aëra ac mare luce æstuque replet atque attollit, terras animalibus plantisque fœcundat, tellurem denique alterna in ævum vice nunc pruinis, nunc floribus vestit, nihil videlicet à primævo permanendi etiamnum tenore discedens. Hinc est quod apud Apulejum [lib. de Plat. natur. phil.] *illam Cælestem Animam, fontem animarum omnium, optimam & sapientissimam, virtutem esse genitricem, subservire etiam fabricatori Deo, & præsto esse ad omnia inventa ejus* Plato *pronuntiat*. Et Virgilius ex ejusdem mente sic eam lib. VI. describit,

Principio cœlum ac terras camposque liquentes
Lucentemque globum Lunæ, Titaniaque astra
Spiritus intus alit, totamque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.
Inde hominum pecudumque genus, vitæque volantum,
Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore Pontus.

Ubi Anima Mundana seu Cœlestis, [sic enim eam Plato vocat] *Spiritus* dicitur, quatenus cœlum & res omnes inferiores *alit* atque animat; *Mens* verò, quatenus mundi molem movet atque *agitat*, concentuque tam mirabili moderatur. Hoc est cur Plato ejusdem Animæ naturam constituit ex *Eodem*, seu substantia ἀπλῷ, simplici, seu individua & intelligibili, quæ proinde semper eadem suique semper similis corruptioni errorique obnoxia non est, hoc est, ex mente. Et ex *Altero*, hoc est ex substantia dividua & sensili, πολυμερεῖ καὶ πολυτρόπῳ, *multiplici mutationique obnoxia*. Tertiam verò quandam naturam, ipsam esse Animam dicit, partim intelligentiæ, partim sensibilium rerum capacem. non quod geminæ illæ naturæ intelligibilis & sensilis, quæ contrariæ inter se sunt, in tertia illa commiscentur confundanturve, ut diximus: fieri enim non potest. sed quod natura seu substantia illa tertia, duarum illarum *media*, ejusmodi sit, quæ illas plurimum dissidentes connectat & ex illis constet. unde eam Plato vocat τρίτον ἐξ ἀμφοῖν οὐσίας εἶδος, *ex duobus tertium substantiæ genus*; & Boëtius eleganter *triplicis naturæ*.

Hic ergo est ordo verborum, *Tu connectens Animam* Mundi seu Universi, *mediam* inter intelligentiam & sensum ac utriusque participem. Non tamen intelligentiæ tantùm, alioquin in inferioribus generationes non fierent: quia omnia etiam inferiora eodem se modo semper haberent, neque corrumperentur. non sensus etiam, cuncta enim cœlestia quoque errori mutationique essent obnoxia. sed tertiam quandam naturam, ipsam Animam, quæ & intellectus & sensus capax esset. *Per consona membra resolvis*. Ex Platone. Huic Animæ necessaria erant membra his naturis facultatibusque consona. non aures, aut pedes manusve, inquit, quibus scilicet moveretur. sed motum dedit illi Deus qui corpori ejus esset aptissimus, orbicularis nimirum, qui unus ex septem motibus ad mentem & intelligentiam, νῆν καὶ φρόνησιν, pertineret. Itaque, inquit, κατὰ τ' αὐτὰ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἐν αὐτῷ περιαγαγὼν αὐτὸ, ἐπ' οἴκου κύκλῳ κινεῖσθαι τρεφόμενον, *cum illum per eadem, & in eodem, & in seipso circumduxisset, effecit ut circulari conversione moveretur*. Nimirum dum illa movet orbem primum mobilem, hoc est, cœlum intelligentiæ, quod eodem semper motu agitur; & orbem generationis, hoc est, errori obnoxium, qui est planetarum orbis, omnium generationum causa, quandoquidem intelligentiæ motus circularis est, *in semet redituram meat*. quia scilicet divisa seu, ut loquitur cum Platone Boëtius, *secta in duos illos orbes*, in se convertitur, neque extra se fertur, omnia continens. figura enim orbiculata perfectissima est, ut quæ Aristoteli quoque μήτε ἀρχὴν, μήτε τέλος ἔχει, ἀλλ' εἰς ἑαυτὸ συνηνέγκε, *neque principium habet, neque finem, sed in seipsam convertitur*. Ideo quoque orbicularis Platoni, τῷ γὰρ τὰ πάντ' ἐν αὐτῷ ζῶα περιέχειν μέλλοντι ζῴῳ, πρέπον ἂν εἴη σχῆμα τὸ περιληφὸς ἐν αὐτῷ πάντα ὁπόσα σχήματα, *animal quippe hoc, quod intra suum ambitum erat animalia omnia contenturum, eam figuram præcipuè requirebat, in qua figuræ omnes continerentur*. Hanc verò Plotinus motus istius causam naturalem tradit, ὅτι τ' ἀρίστως ἐν ἔχει πρὸς τὰ περὶ αὐτὸ· περισχὼν δὲ εἶσιν ὑπερ τὰ ὁρώμενα αἰ νοητοὶ οὐσίαι. δεῖ γὰρ τὸ αἰσθητὸν ὅπερ μάλιστα ὁμοιοῦσθαι τῇ περιοχῇ αὐτῷ καὶ τέτρᾳ εἰκόνα καὶ μίμημα φέρειν. διὰ τέτο δὴ φησι κύκλῳ κινεῖσθαι τὸ ὁρώμενον. ὅπ νῆν μιμεῖται. ἴδιον γὰρ τῆ νῆ πρὸς ἑαυτὴν στρέφεσθαι. αὐτὸς γὰρ ὁ ὁρῶν, αὐτὸς ὁ ὁρώμενος. ὁρῶν γὰρ τὰ εἴδη, ἑαυτὸν ὁρᾷ. καὶ ἑαυτὸν ὁρῶν, τὰ εἴδη πεθέαται. πλήρωμα γὰρ ἐστὶ τὰ εἰδῶν, καὶ εἰδὸς εἰδῶν· ἔχει δὲν ὁ ὁρανὸς τὸ σφαιρικὸν σχῆμα διὰ τὴν κύκλῳ κίνησιν. ταύτην γὰρ διὰ τὴν πρὸς τὰ νῆν ἐξομοίωσιν· καὶ ἄλλως μιμεῖται τὰ νῆν ἀμερῶς πανταχῆ ὄντα. ὡς δὲν ἐκεῖνο ἄμα πανταχῆ ἐστιν, ὅτως ὁ ὁρανὸς πανταχῆ χίνεται διὰ δὲν πανταχῆ χίνεσθαι. τὸ πανταχῆ ὂν μιμεῖται. πλείωσις γὰρ τὰ χρόνον ἡ πρὸς τὰ ὑπέρτερα ἐπιστροφὴ τε καὶ ἐξομοίωσις, *ex habitudine, quam habet ad ea, quæ ante se sunt. Cohærenter autem & in continenti sunt supra cœlestia intelligibiles substantiæ. Oportet autem effectum cohærenti maximè causæ assimilari & ejus imaginem quam proximè imitari. Propterea ergo, inquit, in orbem cœlum movetur, quia mentem imitatur. mentis enim proprium est ad seipsam converti. Ipsa enim videns, ipsa est quæ videtur. formas enim videns, seipsam videt. & seipsam videns, formas contemplatur. formarum enim est plenitudo & forma formarum. Habet itaque cœlum*

sphæricam figuram, ut in circulum moveatur. ideo autem ita movetur, ut menti similis reddatur. Et aliquo imitatur mentem, quæ indivisibiliter ubique est, ita & cœlum ubique fit. eo itaque, quod ubique fiat, id quod ubique est imitatur. Deteriorum enim perfectio est ad superiora conversio & assimilatio. ait Joa. Philoponus in librum I. Arist. de Anima. Ubi duo habes. primum, Animam mundi, eo quod sit mentis particeps, cœlum movendo in seipsam converti, quod motus & λογικὸς seu νοητὸς indicium est, hoc est, ut ait Boëtius, *in semet rediturum meare.* alterum, Animam illam tam certo moderamine movere cœlum, quia *Mentem* superiorem & divinam seu *profundam circuit*, sive ut inquit Synesius

Μέγαν ἀμφὶ νοῦν χορεύει,

Magnam circa mentem movetur.

Cujus nimirum movendi rationem, quantum potest, in convertendo cœlo imitatur. supra enim animam mundi, quæ corpus mundi supereminens circumplectitur, sola mens æterna substantiæque νοητῶν sunt. Nimirum Mens illa supercœlestis Deo plena, divinitatisque proxima & fida observatrix, constans divinæ voluntatis custos, σωμάτων, καὶ ψυχῶν, καὶ ζωῆς παλιγ καὶ αἰῶνος, *corporum & animarum omnisque vitæ parens & causa*, vitam motumque rebus omnibus, pro materiæ qualitate, largitur. A qua quantum orbium cœlestium unusquisque abest, tantum inconstantiori volubiliorique motu torquetur. qui verò eam propius accedit, motu uniformi sapientissimoque convertitur. ita ut constantia illa, qua universum hoc subsistit ac viget, sit *imago* constantiæ mentis illius divinæ. quæ supra mundum existens, πρώτως, *prima*; in mundo verò, μεθεκτὸς *participata* dicitur, seu ipsa Anima Mundi. quam sic quoque describit Hermes Poëmandro, seu, ut D. Cyrillus ait, librorum Hermaicorum auctor, qui eos Athenis composuit, Καὶ ὁ μὲν Θεὸς, ἐν τῷ νῷ· ὁ δὲ νοῦς, ἐν τῇ ψυχῇ· ἡ δὲ ψυχὴ, ἐν τῇ ὕλῃ· πάντα δὲ ταῦτα ἀφ' ἑαυτῶν· τὸ δὲ πᾶν τοῦτο σῶμα, ἐν ᾧ τὰ πάντα ἐστὶ σώματα, ψυχὴ πλήρης ἐστὶ νοῦ καὶ θεοῦ, ἐντὸς μὲν αὐτὸ πληροῦντος· ἐκτὸς δὲ περιλαμβάνει. ζωοποιεῖσθαι τὸ πᾶν· ἐκτὸς μὲν, τοῦτο τὸ μέγα καὶ πλῆθος ζῴων τὸν κόσμον· ἐντὸς δὲ, πάντα τὰ ζῶα. καὶ ἄνω μὲν ἐν τῷ ἀέρι ἁπλοῦσθαι τὴν πνοήν· κάτω δὲ ἐπὶ τὸ γῆς πνεῦμα μερίζειν, *Et Deus quidem in mente, mens in anima, anima autem in materia; omnia vero ista per ævum. universum autem hoc corpus, in quo corpora omnia sunt; anima, mente, Deoque plena, intima mundi replet, circumplectitur extima. vitam omnibus hæc suggerit, extrinsecus quidem ingenti huic perfectoque animali mundi; intrinsecus autem cæteris, quæ insunt mundo, viventibus. Supraque in cœlo cum eo, quod idem est, persistens: infra verò in terra, generationem agitans.*

Prætermittendum minime tamen est, locum Platonis in Timæo de Anima quoque humana rationali intelligi exponique posse, cum ibi Joa. Philopono aliisque doctissimis viris descripta utraque esse videatur. Eam enim esse, sicut Animam Cœlestem seu Mundanam, duarum substantiarum mediam tertiam, membra habere, caput nimirum menti rationique; cor, hepar atque alia perturbationibus consona. Ea duplicem conversionem habet, ad res intelligibiles, & ad res sensiles; hoc est in duos orbes secatur. Unum exteriorem, majorem scilicet, quem efficiunt animæ vires intelligibiles seu ἀναγωγοὶ, καθ' ἃς ἀναλαμβάνεται πρὸς τὸ θεῖον, *erectivæ per quas ad divina sursum attollitur*, inquit Philoponus. alterum minorem, qui ab exteriori continetur, quem cognitio per sensus efficit, seu facultates ἡνιοχικαὶ, καθ' ἃς ἐπιστρέφεται πρὸς τὰ τῇδε, *gerativæ, per quas ad ea quæ hic sunt, convertitur.* Animæ igitur vires moventur ad res intelligibiles, Deum, mentem. moventur & ad sensibiles, quæ videntur, audiuntur. Et quia motus ille duplicem conversionis circulum seu orbem efficit, certum est in se redire. circuli enim proprium est in se converti: συνάπτει γὰρ τῇ ἀρχῇ τὸ πέρας καὶ ἔστι μόνη πλεῖσ, *principio enim finem conjungit, atque solus perfectus est*, ait Arist. l. VIII. phys. Anima enim sensuum adjuta ministerio, res primum sensibiles apprehendit, quarum species cum in se reflexit, eas veluti imperfecta quædam φαντάσματα intellectui communicat. is quid in qualibet re sibi simile, id est, quid ens, quid idem, quid verum recognoscens discernit; qua ope anima confirmata, de veritate jam certior facta, judicat ac ratiocinatur. Ita utraque Anima, & Mundi & Hominis, qui μικρόκοσμος est, perfectissima mentis divinæ imago est. perfectissima, inquam, quia intelligens; intelligente verò perfectior non est. Similiter quemadmodum Anima Mundi, dum *Mentem illam profundam circuit* & ad eam convertitur, ab ea continuò motus sui, quo universum hoc omne movetur & subsistit, accipit constantiam; quod, ut ait Proclus, sit mens τῆς ψυχῆς κυβερνήτης, *animæ gubernatrix.* ita Anima rationalis, conversa ad eandem mentem, à qua sortitur intelligentiam, supercœlestium, ac æternarum rerum semperque manentium compos, omnisque veritatis & notionum certarum capax, perturbationesque ex sensibus provenientes sedat ac temperat. censet enim ipse in Phædro Socrates τὸν μερικὸν νοῦν θεᾶσθαι τὸν ὑπερουράνιον τόπον, *particularem mentem supercœlestem locum contemplari.* hoc est, verè semperque entia, ut Deum, mentem ac seipsam. Quæ cum omnia rectè animæ rationali conveniant, hoc tamen loco Boëtium de anima Mundi agere certum est, tum quia Platonis mentem de cad. Anima differentis exprimit: tum quia nemo est qui extrema hæc verba,

— *& simili convertit imagine cœlum,*

animæ rationali humanæ accommodare possit. licet hoc conetur Francis. Cataneus, pulchrè ad hunc locum ineptiens.

Neque nescio hos quoque versus de intelligentia orbem movente accipi. quam opinionem, cum ne probabilis quidem sit, nos hic non moramur. ea autem est Thomæ Galensis, seu Valensis aut Valesii. ejus enim in hos Boëtii libros Commentum est, profectò commentum, quod falso sub D. Thomæ Aquinatis nomine circumfertur. quod viri sanctissimi juxta ac doctissimi non esse tum ipsum scribendi genus, & multa insciter ineptissimeque prolata; tum hallucinationes innumeræ, hinc & inde operi insperſæ, confirmant. veluti cum ad hæc verba lib. III. *Alcibiadis superficie pulcherrimum corpus*, &c. ait, *Nota quod Alcibiades mulier fuit pulcherrima, quam videntes quidam discipuli Aristotelis, duxerunt eam ad Aristotelem, ut ipsam videret; qua visa dixit, Si homines oculos lynceos haberent, ut quæque obstantia penetrarent, introspectis visceribus, corpus, quod apparet pulcherrimum, turpissimum videretur.* ubi non uno errore peccatum est. & ibidem Tænara dicta *à threnis, quod apud inferos sit threnus & lamentatio.* ut cætera omittam plurima æquè putida. Deinde cum is adferre soleat testimonium Alani de Insulis, qui carmen *de planctu naturæ & scientiæ* scripsit circa annum nimirum M CCC. Div. verò Thomas mortalitatem anno MCCLXXIIII. exuerit: Div. certè Thomam non citasse scripta nondum scribentis consequens est. Est igitur Thomæ Galensis seu Anglici, sic enim multi codd. variant, cujus est & ea Summa Logicæ, quam vocant, quæ D. Thomæ nomen præfert. Librarii enim nominis affinitate decepti ubi scriptum fuit, *Thomæ Anglici ord. Prædicator.* reponendum putaverunt, *Thomæ Angelici ord. Prædic.* Neque desunt qui scribant ejusdem Thomæ Anglici esse Commentaria in Genesim, Isaiam, Jeremiam, Epist. Canonicas & Apocalypsim, quæ eidem divo viro tribuuntur. Hoc monuimus, ne quis ea deinceps pro sanctiss. viri scriptis habeat; aut de iis loqui putet Politianum [nisi si lapsus est] cap. I. Miscellaneorum, sed de iis quæ in Boëtii libros de Trinitate & de Hebdomadib. scripsit. *Vall.*

Tu triplicis mediam.] Summam hujus dogmatis ita recenset Diogenes Laertius libro tertio, in quo vita Platonis: *Definiebat animam esse ideam penitus remoti spiritus, seipsam moventem & motum præstantem corpori, & esse tripartitam.*

Connectens animam per consona membra resolvis.
Quæ cum secta duos motum glomeravit in orbeis,
In semet reditura meat, mentemque profundam
Circuit, & simili convertit imagine cælum.
*Tu [1] causis animas paribus, * vitasque minores*
Pro-

vitam. Rationalem ipsius partem sitam in capite, irascibilem in corde, concupiscibilem in umbilico & jecore consistere. continere item ex medio semper corpus per gyrum, atque ex elementis constare: divisamque secundum Harmoniæ intervalla, duos orbes efficere conjunctos, ex his interiorem circulum in sex alios scissum, septem reliquos circulos facere, eumque juxta diametrum ad lævam intrinsecus habere sedem, alterum vero secundum latus ad dextram, ideoque ipsum obtinere, quod sit unicus. alterum quippe interius in plures esse divisum, atque hunc ipsius, illos alterius esse. dicens hanc quidem animi, illam vero universi esse motionem, errantiumque siderum motus, ita se habentes, ut ex medio sit scissio sibi ad extrema congruens atque conjuncta, nosse quæ sunt atque aptare, eo quod in se ipsa per Harmoniam elementa habeat. Et opinionem quidem fieri secundum alterius circulum se subrigentem, scientiam vero secundum alium qui sit idem. B. Augustin. lib. 13. De Civ. Dei, c. 17. *Hanc animam Plato ab intimo terræ medio, quod Geometræ Centrum vocant, per omnes partes ejus usque ad cœli summa & extrema diffundi & extendi per numeros Musicos opinatur, ut sit iste Mundus animal maximum, beatissimum, sempiternum, cujus anima & perfectam sapientiæ felicitatem teneret, & corpus proprium non relinqueret, cujusque corpus & in æternum ex illa viveret, & eam quamvis non simplex, sed tot corporibus tantisque compactum, hebetare atque tardare non posset.* Sitzm.

1 *Causis animas paribus vitasque minores provehis.*] Postquam egit de principe illa Anima Universi, nunc de particularibus dicere aggreditur. Quarum alias quidem ἀσωμάτους Animas vocat, videlicet cœlestes & angelicas, Deos nimirum mundanos, heroas, Dæmonas, qui corpore, vel quasi corpore, tenui nimirum & cœlesti præditi sunt. intellectuales nihilque materiæ habentes, medios inter ψυχὰς θείας *divinas animas*, quæ à supercœlesti loco ad profundam cœli mentalis partem agentes, divino lumine ardentes ipsum veritatis campum, sapientiæque divinæ essentiam propius intuentur; & ψυχὰς ἀνθρωπίνας, *humanas*, quæ τῇ ὕλῃ, *materiæ* seu corpori affixæ sunt. quos ideo Deos medioxumos indigitavit antiquitas. eæ vero animæ in reliqua cœli parte usque ad subcœlestem & concavum ejus locum degunt, imitantes divinas animas, minus verò quam eæ mentem divinam, seu ipsam vitam veritatemque participant. Alias vero, *Vitas minores* vocat, nempe *Humanas*, quæ non mentem semper participant, ut divinæ & cœlestes, sed nunc ad eam, Deumque, nunc ad res corruptibiles convertuntur. Animarum enim triplex ordo, Proclus, Πρώτην μέν, αἱ θεῖαι. δευτέραν δ', τὴν μὴ θείων, αἱ ἀεὶ νῷ μετέχουσαι. τελίτην δέ, αἱ ποτὲ μέν, εἰς νοῦν, ποτὲ δὲ, εἰς ἄνοιαν μεταβάλλουσαι, Primæ quidem, sunt Divinæ. Secundæ verò, *non Divinarum* naturarum sunt, *quæ semper Mentem participant. Tertiæ verò*, eæ sunt, *quæ modo quidem in Mentem, modo verò in amentiam mutantur*; quæ humanæ sunt. quas ideo Hierocles medias νῷ καὶ ἀλογίας, *inter mentem & rationis privationem* appellat. ideo *vitas minores* vocat Boëtius. Vitas, quia ideo quod vitæ sunt, animæ sint; siquidem Πᾶσα ψυχὴ, καὶ ζωὴ ἐστι καὶ ζῷον, *Omnis Anima, & Vita est & id quod vivit.* Quod verò ait, *Causis paribus*, Plato scripsit ἐν ᾧ αὐτὸς κρατῆρι, ex eodem cratere seu temperamento, quo

Provehis, & [1] levibus sublimeis curribus aptans
In

quo cœlestes Animæ seu Mundani Dei, Dæmones seu ipsi heroës. quod ejusdem dignitatis sint, utpote quæ mentem participent. *Vall.*

* *Vitasque minores Provehis.*] Irrationalia Boëtium intelligere animalia D. Thomas existimat. *Formæ minores* simili notatione apud Senecam in Hippol. ℣. 298.

Induit formas quoties minores
Ipse qui cælum nebulasque ducit?

Tenues vitæ, Virgil. 4. Georg.

— Deum namque ire per omnes
Terrasque tractusque maris, cælumque profundum:
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quenque sibi tenues nascentem arcessere vitas.

Sed & Silius l. 15. homines vocat Deos minores:

— mortalibus alti
Quantum cælicolæ, tantundem animalibus isti
Præcellunt cunctis, tribuit namque ipsa minores
Hos terris Natura Deos.

Sitzm.

1 *Levibus sublimeis curribus aptans.*] Levibus curribus, hoc est, corpori seu naturæ cuidam cœlesti. quæ animarum vehiculum est. Animæ dum à Deo creantur: ait Plotinus, à loco supercœlesti seu mundo intelligibili, qui Jovis maximi seu Mentis Idealis & creatricis sedes est, procedunt εἰς ὀχεῖον μὲ σῶμα τὸν πρῶτον καὶ σώματος οἷον περιπλαθῆναι, δι' αὐτὸ ἤδη χωρῆσαι καὶ ἐπὶ τὰ χειρότερα σώματα, primò in cœlum. ibique corpus accipientes, per ipsum jam in corpora quoque magis terrena labuntur. Corpus illud seu quasi corpus ætherium, cœleste esse, ejusdemque cum astris substantiæ Platonici existimabant, animæque in inferiora labenti adhibebant, ut esset non solum quod animaret anima, [cui semper adesse oporteat corpus quod animet] sed quemadmodum animæ, qua animalis est, spiritus ille, qui est è puriori tenuiorique sanguinis substantia, pro vehiculo est, quo illa in omnes corporis partes diffunditur. sic animæ, qua rationalis intellectualisque est, in hæc inferiora labenti, adesse corpus illud, seu quasi corpus, cœleste seu ætherium volebant: quod tenuissimum cum sit, rectè simplicissimæ animæ vehiculum esse perhiberetur; quo illa comite in Dei substantiarumque intelligibilium cognitionem tolleretur. Ea enim separabilis à corpore cum sit, nihilque communionis utriusque actiones habeant, sequitur illi corpus aliquod aliud adesse, quod purioris sit naturæ quam terrenum, quod nimirum sit intelligentiæ capax, & quandam tamen affinitatem cum corpore terreno habeat. Cujus animæ vehiculum agnoscit quoque Aristoteles de generat. anim. libro II. cap. III. ubi corpus istud θειότερον τῶν καλουμένων στοιχείων, *longè quam ea, quæ vocantur elementa, divinius* constituit. hoc est, ex æthere: unde illud Virgilius lib. VI. *Ætherium sensum* vocat. *sensum*, id est, elementum. Et longè antè Pacuvius

— mater est
Terra, ea parit corpus, animam æther adjugat.

Aristoteles verò atque alii πέμπτον σῶμα, quintum elementum; Themistius θεῖον καὶ ἐφάνιον, *divinum & cœleste.* Apuleius lib. de Mundo, *Sed cœlum ipsum stellæque cælligeræ omnisque siderea compago, Æther vocatur: non, ut quidam putant, quod ignitus sit & insensus, sed quod cursibus rapidis semper rotetur. elementum non unum ex quatuor quæ notæ sunt cunctis, sed longè aliud, numero quintum, ordine primum, genere divinum & inviolabile.* Hinc apud Manlium lib. IV. homo

— Cœlum scrutatur in alto,
Cognatumque sequens corpus se quærit in astris.

Ex eo igitur divino & cœlesti elemento humanas animas, in earum descensu, corpus divinum & cœleste assumere in

[1] *In cœlum, terramque ſeris: quas lege benigna*
[2] *Ad te converſas* [3] *reduci facis igne reverti.*

Da

corpora inferiora labentes putabant. quod intelligentibus illis eſſet intellectuale vehiculum, quod Plato vocat ἀϋλοειδὲς, *rarum ac ſplendidum*; Proclus vero ἄϋλον, καὶ ἀδιαίρετον καὶ ἀπαθές, *immateriatum & individuum & affectionis expers*. Quod dogma non Platonici philoſophi modò, ſed & Chriſtianorum multi primis ſæculis amplexati ſunt. Origenes quidem libris περὶ ἀρχῶν, ſuo ut plurimum more Platonizans. Athenagoras verò Ἀπολογίᾳ, quominus corpus illud ἀσώματον καὶ νοητὸν poſt corporis animæque λύσιν ſolutionem ſuperſit nihil obſtare videri ſibi concludit. ex veterum philoſophorum ſententia, mortuorum quoque corporum reſurrectionem futuram inde probans. Quin & non uno poſt ſæculo Joan. Grammaticus Philop. præfatione in librum Ariſtotelis de Anima, non ſolum hoc animæ vehiculum, quod σῶμα ἠθέριον καὶ λεπτὸν αἰθέριον, καὶ αὐγοειδὲς ἢ ἀστροειδὲς, *corpus cœleſte, hoc eſt æternum, & quod ejuſdem cum radiis aſtriſque ſit naturæ*, agnoſcit. ſed aliud etiam quod πνευματικὸν *ſpiritale* dicit, quod poſt λύσιν quoque animæ adhæret. hinc nimirum eſſe quod animæ non purgatæ poſt diſceſſum è corpore, circa ſepulcra errare viſuntur, & ſpectra quæ umbrarum ſpeciem præ ſe ferunt, hominibus apparent. id etiam animam in inferis ſubterraneiſque judicii locis comitatur, utpote cui tanquam ſubjecto inſunt θυμὸς καὶ ἐπιθυμία. quibus in locis ſi reſipuerit ac errorum ſuorum pœnituerit, tandem ab affectibus pravis liberata purgatur: tumque τὸ θυμοῦ καὶ τῶν ἐπιθυμιῶν ἀπόπτυσε μὲν τούτῳ τῷ ὀχήματι, καὶ πνεύματι λέγω, *iram & cupiditatem una cum illo vehiculo, id eſt, ſpiritu, deponit.* ac tandem in cœlum, comite altero illo, de quo ſupra, æterno corpore ſuſtollitur. Oraculum de Juliani morte, Δὸς τόπον σὸν ἄλυμπον, σὸν ἀγὴ πυελαμπὲς ὄχημα. *Tunc te in cœlum vehet lucidum vehiculum.* Quam Platonis opinionem à veritate Chriſtiana abhorrentem mirum eſſet eos è Chriſti ſchola doctos viros, imprimiſque Catholicam Boëtii philoſophiam attigiſſe, niſi eam V. tantum Synodo ab Eccleſia cum aliis Origenis erroribus, hoc eſt, multis poſt exſtinctum Boëtium annis, condemnatam conſtaret. Niſi ſi quis exiſtimaverit Platonem, ut alia multa confinxit, ita hic, ut inquiſitionem de animarum deſcenſu omnium difficillimam illuſtraret, hoc animæ in inferiora deſcendenti corpus dare voluiſſe, excogitata ſcilicet ratione qua ejus ad corpus ὑλικὸν animandum aptitudinem deſignaret: expreſſiſſeque Boëtium Platonis mentem Themiſtii ſenſu ſic lib. 1. de anima ſcribentis; Παρὰ Πλάτωνι μὲν τὸ αὐγοειδὲς ὄχημα, ταύτης ἔχει τὴν ἐπινοίας, *Apud Platonem, vehiculum illud rarum ac ſplendidum nihil aliud, quam ingenium è quo animus conſtet, oſtendit.* Vall.

1 *In cœlum, terramque ſeris.*] Plato Animas παρείσας εἰς τὰ χρόνων ὄργανα, *in temporum inſtrumenta ſatas ſparſaſque* dicit in Timæo. *In cœlum*, animas cæleſtes ſeu angelicas. *terramque*, humanas. *Idem.*

2 *Ad te converſas.*] Qui hoc loco per *animas*, rationales, hominum ſcilicet: per *vitas* vero *minores*, irrationales, brutorum intellexerunt, [Tho. Valenſem, dico, Nic. Travetum, Georg. Agricolam ac Murmelium] in eum errorem labi neceſſe eſt ut aſſerant, animas brutorum animalium ad Deum converti immortaleſque eſſe; quod profecto ſentire juxta ac ſcribere ſummum nefas. *Idem.*

3 *Reduci facis igne reverti.*] Per reducem ignem, Animam ſeu humanam mentem ſignificat. non ignem elementarem ſed intellectualem, plenum vitæ ac luminis. Deus enim fons & origo animæ

animæ eſt, cujus ante deſcenſum & poſt aſcenſum locus eſt, ipſe ὑπερουράνιος, ubi Platoni Dii Dæmoneſque habitant & ſola Veſta, quod ibi omnia igne plena. nimirum Deus, quod ait Paulus 1 ad Timoth. VI. φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, *lucem habitat inacceſſibilem.* Unde Pythagoræi quoque ignem ἑστίαν ὅλου καὶ πάντος, καὶ Διὸς οἶκον καὶ μητέρα θεῶν, *larem Univerſi, & Jovis domum & Deorum matrem*, ſeu, ut refert Ariſtoteles, Διὸς φυλακὴν *Jovis carcerem* appellabant. Non ſolum autem Deum in igne ac lumine habitare, ſed ipſum τὸ θεῖον τὸ πῦρ ignem eſſe veteres voluerunt. Heraclitus τὸ περιοδικὸν πῦρ ἀΐδιον, *æternum ignem circularem*, ſicut Democritus νοῦν ἐν πυρὶ σφαιροειδεῖ *mentem in igne ſphærico exiſtentem.* Zeno Stoicus νοῦν κόσμου πύρινον, *ignem mundi mentem.* Poſſidonius vero πνεῦμα νοερὸν καὶ πυρῶδες, *intelligentem ac igneum ſpiritum*: apud Stobæum. Ipſe denique Ariſtoteles *cœli ardorem, Deum dicit eſſe*, apud Ciceronem lib. 1. de nat. Deor. Veſta igitur θεῶν μήτηρ, neque ſolum Deorum, ſed Dæmonum, ſed heroum quoque. ex ea enim puriſſima ætheris parte animarum ſubſtantiam eſſe credidit antiquitas. Hinc, ut eſt apud Varronem, Epicharmus Ennii de mente humana dicit,

Iſt' è ſole ſumptus ignis, iſque totus mentis eſt.

Idemque apud Priſcianum,

Terra corpus eſt, at mentis ignis eſt.

Quibus in locis *mentis* pro *mens* dicitur. Mens igitur humana ignis, atque is è ſole ſumptus, hoc eſt è cœlo. ut reſpexiſſe videatur fabulam Promethei, quæ eſt apud Heſiodum. quam ſic veriſſime expoſuit Claudianus

—— *Ætherei miſcens terrena Prometheus*
Sinceram patri mentem furatus Olympo
Continuit clauſtris.

Quam in ſententiam ſic Val. Flaccus præiverat,

—— *Non ſi mortalia membra*
Sortituſque breves & parvi tempora fati
Perpetimur, ſocius ſuperi quondam ignis Olympi;
Fas ideo miſcere neces, ferroque morantes
Exigere hinc animas redituraque ſemina cœlo.

Ubi videre eſt *Olympum mentis patrem*, eandemque animam humanam *ignem ſuperi Olympi ſocium* appellari. Ovidius,

Eſt Deus in nobis, ſunt & commercia cœli,
Sedibus ætheriis ſpiritus ille venit.

Sed omnium optime Virgilius lib. VI.

Igneus eſt illis vigor & cœleſtis origo
Seminibus, inquit.

Ut enim animas hominum immortales oſtendat, *igneum illis vigorem* ineſſe ait, quia nimirum *cœleſtis illis origo* eſt. Quem locum non ſolum imitatus eſt Boëtius, ſed & hunc præcipuè cum ſcriberet in animo habuit, quem ſupra attigimus,

Donec longa dies, perfecto temporis orbe,
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Ætherium ſenſum atque aurai ſimplicis ignem.

Ubi procul dubio vocat *auræ ſimplicis ignem*, animam ſcilicet, quam Boëtius *reducem ignem* dixit. Conjunxitque *ætherium ſenſum* cum *auræ ſimplicis igne* Virgilius, nimirum cum anima vehiculum ſuum. quod per purgationes fieri αὐγοειδὲς, *rarum ac ſplendidum* voluit Plato. Quod ad eum Virgilii locum obſervaſſe hactenus interpretes non memini. *Idem.*

Reduci facis igne reverti.] Val. Flaccus, lib. 3.

—— *redituraque ſemina cœlo.*

Manilius lib. 4.

An dubium eſt habitare animas ſub pectore noſtro,
In cœlumque redire animas, cœloque venire?
Utque eſt ex omni conſtructus corpore Mundus
Aëris, atque ignis ſummi, terræque, mariſque:
Sic eſſe in nobis terrenæ corpora ſortis,

[1] *Da pater augustam menti conscendere sedem,*
[2] *Da fontem lustrare boni, da luce repertâ*
In te conspicuos animi defigere visus.
[3] *Disjice terrenæ nebulas & pondera molis,*
[4] *Atque tuo splendore mica. tu namque serenum,*
Tu requies tranquilla piis; te cernere finis,

Prin-

Spiritum & in toto rapidum, quicunque gubernat,
Dispensatque hominem? quid mirum noscere Mundum
Si possint homines, quibus est & Mundus in ipsis?
Exemplumque Dei quisque est in imagine parva?

Ut porro hoc melius intelligatur, sciendum quod quidam ex Philosophis animæ beatitudinem tunc fieri existimaverint, cum omni prorsus corpore exuta ad Deum simplex & sola quodammodo nuda rediret, de quo commento B. Augustin. in libb. De Civ. Dei. Macrob. lib. 1. in Somn. Scip. cap. 9. Existimo autem Pythagoram primo id statuisse. Ita enim ille in fin. Aureorum Carm.

Η'ν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
Ε'σσεαι ἀθάνατος θεὸς, ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητός.

Sitzm.

1 *Da pater aug. &c. Da fontem, &c.*] Usitata hujus voculæ repetitio & Poëtis & Oratoribus. Seneca in Medea, versu 32.

Da, da per auras curribus patriis vehi.

In Herc. Fur. vs. 87.

Da, da tuendos Jupiter saltem Deos.

Virgilius 6. Æneid.

— *da jungere dextram,*
Da genitor, teque amplexu ne subtrahe nostro.

Silius lib. 12.

— *da summe Deorum,*
Da pater, ut sacro Libys inter prælia telo
Concidat, haud alia potis est occumbere dextra.

Persius Sat. 2.

— *da fortunare penates,*
Da pater, & gregibus fetum. —

Val. Flacc. lib. 4. de Junone:

Mox ita adorta Jovem: Da, quam modo ditibus Argis
Campus alit, primæ referentem cornua Phœbes,
Indomitamque bovem: da cæræ munera nuptæ. Idem.

Da pater augustam menti conscendere sedem.] Martianus Capella lib. 1. De Nupt. Phil.

Da pater æthereos menti conscendere cœtus,
Astrigerumque sacro sub nomine noscere cælum.

Idem.

2 *Da fontem lustrare boni.*] Imitatur haud dubie Boëthium sæculi sui Poëtarum coryphæus G. Buchananus in Franciscano:

Ad fontes penetrare boni, tenebrisque remotis,
Tollere perspicuos animi ad cælestia visus. Idem.

3 *Disjice terrenæ nebulas.*] Val. Flacc. lib. 1.

Eripe me populis & habenti nubila terræ
Sancte pater! —

Idem.

4 *Atque tuo splendore mica.*] Lactantius de ira Dei, cap. 1. *Nobis aliquo lumine opus est ad depellendas tenebras, quibus offusa est hominis cogitatio, quoniam in carne mortali agentes, nostris sensibus divinare non possumus. Lumen autem mentis humanæ Deus est: quem qui cognoverit, & in pectus admiserit, illuminato corde mysterium veritatis cognoscet.* Idem.

1 *Prin-*

[1] *Principium,* [2] *vector,* [3] *dux,* [*] *semita, terminus idem.*

Quo-

1 *Principium.*] Deum esse principium, medium & finem, sic olim scripserat Orpheus

Α'ρχὴ αὐτὸς ἔχων ἄμα καὶ μέσον ἠδὲ τελευτήν.

Principium ille tenet, mediumque ac denique finem.

Quo respiciens Plato sic IV. leg. inquit, Ο'ὐ μὴ δὴ θεὸς, ὥσπερ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων εὐθεῖα περαίνει κατὰ φύσιν εἰς πορεύεται, Deus, ô viri, *sicut antiquus quoque sermo testatur, principium, finem & media rerum omnium continens, recta peragit secundum naturam circuiens.* dum nimirum providentia sua res omnes conservat. Imo si Jamblichum piè differentem audias cap. IV. lib. de scitis Pythagoreor. certissime cognitum habueris, Ο'τι ὁ θεὸς ἀρχήν τε καὶ τέλος καὶ μέσον ἐστὶ πάντων τῶν κατ' ὀρθὸν λόγον εἰρημένων. *Deum esse principium, medium & finem eorum omnium qui secundum justitiam & rectam rationem vitam absolvunt.* Quo quid sanctius dici potest? ea de re consulendus Hierocles Comment. aurei pag. 16. & deinceps. Ulterius enim inquirere nefas, pelagus est, Dionysius de divin. nominibus cap. V. Πάντων ἐν ἀρχὴ, καὶ τελευτὴ τῶν ὄντων ὁ θεός. ἀρχὴ μὲν, ὡς αἴτιος· τέλος δὲ, ὡς οὗ ἕνεκα, καὶ πέρας πάντων. καὶ ἀπόφασις πάσης ἀποφάσεως, καὶ πέρατος ὑπερκειμένως τῶν ὡς ἀνελκόμενον. εἰ ἐνὶ λόγῳ, ὡς πολλάκις εἴρηται, τὰ ὄντα πάντα καὶ ἔστηκε, καὶ ὑπέστησεν. παρὼν τοῖς πᾶσι, καὶ πανταχοῦ, καὶ κατ' ἐν, καὶ τὸ αὐτὸ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ πᾶν, καὶ ἐπὶ πάντα ἀφοιόν. καὶ μόνον ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ ἑστὼς, καὶ κινούμενος· καὶ ὅτε ἑστὼς, ὅτε κινούμενος, ὅτε ἀρχὴν ἔχων, ἢ μέσον, ἢ τελευτὴν· ὅτε ἐν τοῖς ὄντων, οὐδέ κα τῶν ὄντων ὤν. καὶ ὅτε ὅλως αὐτῷ ἀφώρικε κα τὰ αἰώνια ὄντα, καὶ τὰ χρονικῶς ὑφιστάμενα· ἀλλὰ καὶ χρόνου, καὶ αἰῶνος, καὶ τοῦ ἐν αἰῶνι, καὶ τοῦ ἐν χρόνῳ πάντων ἐξήρηται. *Ipse igitur entium omnium principium est, & finis. Principium quidem tanquam auctor; finis autem, ut cujus gratia facta sunt, omniumque terminus: infinitas quidem omnis infinitatis, & omnis termini terminus: & id quidem eminenter tanquam oppositorum. In uno enim, ut sæpe jam dictum est, res omnes anticipat atque efficit. Præsens quidem omnibus ubique per unum atque idem: per idem inquam omne & ad omnia prodiens; interea permanens in seipso & consistens, atque se movens. Rursus neque stans, neque motus: neque principium habens, neque medium neque finem: neque est in aliquo existentium: neque aliquid est eorum: nec omnino sibi quicquam competit eorum quæ æternè sunt; vel eorum quæ temporaliter; sed & tempore, & æternitate, atque iis omnibus quæ in tempore æternitateve sunt, excellenter eximitur. Quamobrem æternitas ipsa resque omnes rerumque mensuræ, & quæ sub mensuras cadunt, per ipsum ab ipsoque sunt.* Vall.

2 *Vector.*] Seneca epist. 31. *Deus ille maximus potentissimusque ipse vehit omnia.* res nimirum omnes indita virtute sustentans seu, ut ait Paulus, φέρων τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, *portans omnia verbo virtutis suæ.* Idem.

3 *Dux.*] Dum mentem & rationem homini concedis ad Sapientiam, quam nemo ritè docuerit εἰ μὴ θεὸς ὑφηγοῖτο, inquit Plato. Deus enim φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* nimirum τὸ φῶς ἐν τῇ σκολιᾷ φαίνει, *lux in tenebris lucet*, sol in nocte, Deus in homine, sed, quod dolendum est, ἡ σκολιὰ αὐτὸ οὐ κατέλαβεν, *tenebræ eam non comprehenderunt.* quotus enim quisque hoc agnoscit? quis enim es homo bulla, qui nunc non

PROSA X.

Quoniam igitur quæ sit imperfecti, quæ etiam perfecti boni forma vidisti: nunc demonstrandum reor, quonam hæc felicitatis perfectio constituta sit. In quo illud primùm arbitror inquirendum, an aliquod hujusmodi bonum, quale paullo antè definisti, in rerum natura possit existere, [1]ne nos præter rei subjectæ veritatem cassa cogitationis imago decipiat. Sed quin existat, sitque hoc veluti quidam omnium fons bonorum, negari nequit. Omne enim, quod imperfectum esse dicitur, [2]id imminutione perfecti imperfectum esse perhibetur. Quò fit, ut si in quolibet genere

eras, vix jam es, mox non eris, nisi QUI EST abeuntem in nihilum tuum sustineret? Cum Ciceronem audis asserentem *esse in animis quasi virtutum igniculos & semina, quæ adolescere si liceret, nec à pravis opinionibus seu spinis succrescentibus, suffocarentur, ipsa nos ad beatam vitam perduceret*: non agnoscis lumen illud descendens à patre luminum? *Vall.*

* *Semita.*] Est enim Deus ipsa eadem sapientia, scientia, bonitas, veritas; quibus ad eundem ipsum pervenitur. Philo lib. ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον. Κατέφθειρε πᾶσα σὰρξ πλὴν ᾗ αἰωνὶς καὶ ἄφθαρτον τελείαν ὁδὸν πλὴν πρὸς θεὸν ἄγουσαν. ταύτην ἴσθι σοφίαν. ἀφ' ᾗ δὲ ταύτης ὁ νοῦς ποδηγετούμενος, εὐθείας καὶ λεωφόρου ἐπαρχέσης, ἄχρι τοῦ τερμάτων ἀφικνεῖται. τὸ δὲ τέρμα τῆς ὁδοῦ, γνῶσις ἐστὶ καὶ ἐπιστήμη θεοῦ. ταύτην πλὴν ἀτρεπτον μισεῖ καὶ προθέσθαι) καὶ φθείρειν ἐπιχειρεῖ πᾶς ὁ σαρκῶν ἐπείρων: *Corrupit omnis caro illius incorrupti æternique perfectam viam quæ ducit ad Deum. hanc scito esse sapientiam. Hac enim deducente, recta nimirum & publica, intellectus ad destinatum finem pervenit. est autem finis metaque hujus viæ, scientia & cognitio Dei. hanc semitam odit, calumniatur & corrumpere conatur quisquis carnis amicus est.* Ista Hebræus, hoc verò ethnicus sed Christianè, Arrianus nempe ex mente Epicteti libro II. capite XVI. Τὰ σαυτοῦ κάθαιρε καιρός. ἐκποίθεν οὖν τὴν ἀμαθίας ἔκβαλε λύπην, φόβον, ἐπιθυμίαν, φθόνον, ἐπιχαιρεκακίαν, φιλαργυρίαν, μαλακίαν, ἀκρασίαν. ταῦτα δ' οὐκ ἔστιν ἄλλως ἐκβαλεῖν, εἰ μὴ πρὸς μόνον τὸν θεὸν ἀποβλέποι, ἐκείνῳ μόνῳ πρόσκεισο, τοῖς ἐκείνου προστάγμασι κατάκολουθος: *Tua ipsius mala purgato: ex animo ejice dolorem, timorem, cupiditatem, invidiam, malevolentiam, avaritiam, mollitiem, intemperantiam. Hæc vero aliter ejici non possunt, nisi ad solum respicias Deum, eique soli sis addictus, & illius mandatis initiatus.* quorum observatione ad eundem pervenias. *Idem.*

1 *Ne nos præter rei subjectæ veritatem cassa cogitationis.*] MSS. *cognitionis.* Sitzm.

2 *Id deminutione perfecti imperf. hab.*] MS. Erfurt. & edit. Norimb. *id in minutione perf.* Idem.

Id diminutione perfecti.] Veteres: *id imminutione.* Bern.

1 *Neque*

nere imperfectum quid esse videatur, in eo, perfectum quoque aliquid esse, necesse sit. Etenim perfectione sublatâ, unde illud, quod imperfectum perhibetur, exstiterit, ne fingi quidem potest. 'Neque enim ab diminutis, inconsummatisque natura rerum cepit exordium, sed ab integris, absolutisque procedens, in hæc extrema, atque effeta dilabitur. Quòd si, [2]uti paullo ante monstravimus, est quædam boni fragilis imperfecta felicitas: esse aliquam solidam, perfectamque, non potest dubitari. Firmissimè, inquam, verissimeque concluso est. Quò verò, inquit, habitet, ita considera. Deum rerum omnium Principem bonum esse, communis humanorum conceptio probat animorum. Nam cùm nihil Deo melius excogitari queat, id, quo melius nihil est, bonum esse quis dubitet? ita verò bonum esse Deum ratio demonstrat, ut perfectum quoque in eo bonum esse convincat. Nam ni tale sit, rerum omnium Princeps esse non poterit. erit enim eo præstantius aliquid, perfectum possidens bonum, quod hoc prius, atque antiquius esse videatur. omnia namque perfecta minùs integris priora esse claruerunt. quare ne in infinitum ratio prodeat, confitendum esse summum Deum, summi, perfectique boni esse plenissimum. Sed perfectum bonum veram esse beatitudinem constituimus. Veram igitur beatitudinem in summo Deo sitam esse, necesse est. Accipio, inquam, nec est quod contradici ullo modo queat. Sed quæso, inquit, te, vide quàm id sancte atque inviolabiliter probes, quòd boni summi summum Deum diximus esse plenissimum. Quonam, inquam, modo? Ne hunc rerum omnium patrem illud summum bonum, quo plenus esse perhibetur, vel extrinsecus accepisse, vel ita naturaliter habere præsumas, quasi

1 *Neque enim à diminutis.*] MSS. *Neque ab diminutis.* Sitzm.

2 *Uti paullo ante monstravimus.*] MSS. Rittersh. *memoravimus.* Idem.

1 *Et*

quasi habentis Dei, habitæque beatitudinis diversam cogites esse substantiam. Nam si extrinsecus acceptum putes, præstantius id quod dederit, eo quod acceperit, existimare possis. Sed hunc esse rerum omnium præcellentissimum dignissimè confitemur. Quòd si naturâ quidem inest, sed est ratione diversum, cùm de rerum Principe loquamur Deo, fingat qui potest, quis hæc diversa conjunxerit? Postremò quod à qualibet re diversum est, id non est illud, à quo intelligitur esse diversum. Quare quod à summo bono diversum est sui naturâ, id summum bonum non est: quod nefas est de Deo cogitare, quo nihil constat esse præstantius. Omnino enim nullius rei natura suo principio melior poterit existere. quare quod omnium principium sit, id etiam sui substantia summum esse bonum verissima ratione concluserim. Rectissimè, inquam. Sed summum bonum beatitudinem esse concessum est. Ita est, inquam. Igitur, inquit, Deum esse ipsam beatitudinem, necesse est confiteri. Nec propositis, inquam, prioribus refragari queo, [1] & ab illis hoc illatum consequens esse perspicio. Respice, inquit, an hinc quoque idem firmiùs approbetur, quod duo summa bona, quæ à se diversa sint, esse non possunt. Etenim quæ discrepant bona, non esse alterum, quod sit alterum, liquet: quare neutrum poterit esse perfectum, [2] cùm alterutri alterum deest. Sed quod perfectum non sit, id summum non esse manifestum est. nullo modo igitur quæ summa sunt bona, ea possunt esse diversa. Atqui & beatitudinem, & Deum, summum bonum esse collegimus: quare ipsam necesse est summam esse beatitudinem, quæ sit summa divinitas. [3] Nihil, inquam, nec re hac verius, nec ratiocinatione firmius, Deo

1 *Et ab illis hoc illatum consequens esse perspicio.*] MSS. *& illis hoc ill.* Sitzman.

2 *Cum alterutri alterum deest.*] MS. Erfurt. *Cum alteri alterum deest.* Idem.

3 *Nihil inquam, nec re ipsa verius.*] MSS. *Nihil inquam, nec hac re verius.* Idem.

1 *Geo-*

Deo dignius concludi potest. Super hæc, inquit, igitur, veluti [1] geometræ solent, demonstratis propositis, aliquid inferre, quæ πορίσματα ipsi vocant, ita ego quoque tibi veluti corollarium dabo. Nam quoniam beatitudinis adeptione fiunt homines beati, beatitudo verò est ipsa divinitas, divinitatis adeptione beatos fieri, manifestum est. Sed uti justitiæ adeptione justi, sapientiæ sapientes fiunt, ita divinitatem adeptos, Deos fieri simili ratione necesse est. [2] Omnis igitur beatus, Deus; sed naturâ quidem unus, participatione verò nihil prohibet esse quàm plurimos. [3] Et pulcrum, inquam, hoc, atque pretiosum, sive πόρισμα, [4] sive corollarium vocari mavis. Atqui hoc quoque pulcrius nihil est, quod his annectendum esse ratio persuadet. Quid, inquam? [5] Cum multa, inquit, beatitudo continere videatur, [6] utrumne hæc omnia unum veluti corpus beatitudinis quadam partium varietate conjungant, an sit eorum aliquid, quod beatitudinis substantiam compleat, ad hoc verò cetera referantur? Vellem, inquam, id ipsarum rerum commemoratione patefaceres. Nonne, inquit, [7] beatitudinem bonum esse censemus? Ac summum quidem, inquam. Addas, inquit, hoc omnibus licet. Nam eadem

1 *Geometræ.*] Geometriæ usum & laudes habes apud Cassiod. 3. Var. 52. *Sitzm.*

2 *Omnis igitur beatus Deus, sed nat.*] MSS. *Omnis igitur beatus est Deus, sed nat.* Idem.

3 *Et pulcrum inquam hoc, atque, &c.*] MSS. *Et pulcrum quidem hoc atque est pretiosum.* Idem.

4 *Sive corollarium vocari mavis.*] Consule Varronem libro IV. De lingua Latina. *Bern.*

5 *Cum multa inquit beatitudo continere videatur.*] Corruptus locus. Meus liber duabus vocibus auctior est, *cum multa membra virtutum beatitudo.* quam lectionem liquido veram nemo abnuet, qui totam sententiam ponderabit. *Cum multa, inquit, membra virtutum beatitudo continere videatur, utrumque hæc omnia in unum veluti corpus beatitudinis quadam partium varietate conjungant.* Bernart.

6 *Utrumne hæc omnia in unum veluti corpus beatitudinis quadam partium varietate conjugant, an sit eorum aliquid quod.*] MSS. Rittersh. *Utrumne hæc omnia unum veluti corpus beatitudinis quadam partium varietate conjungant, an eorum aliquid sit, quod, &c.* Sitzm.

7 *Beatitudinem bonum esse censemus.*] MS. Erf. *bonum esse censuimus.* Idem.

1 *Quid*

dem sufficientia summa est, eadem summa potentia, reverentia quoque, claritas, ac voluptas beatitudo esse judicatur. Quid igitur? Hæccine omnia, bonum, sufficientia, potentia, ceteraque veluti quædam beatitudinis membra sunt, an ad bonum veluti ad verticem cuncta referuntur? Intelligo, inquam, [1] quid investigandum proponas; sed, quid constituas, audire desidero. [2] Hujus discretionem rei sic accipe. Si hæc omnia beatitudinis membra forent, à se quoque invicem discreparent. Hæc est enim partium natura, ut unum corpus diversa componant. Atqui hæc omnia idem esse monstrata sunt. Minimè igitur membra sunt: alioquin ex uno membro beatitudo videbitur esse conjuncta, quod fieri nequit. Id quidem, inquam, dubium non est: sed id, quod restat, exspecto. Ad bonum verò cetera referri palàm est. Iccirco enim esse sufficientia petitur, [3] quoniam bonum esse judicatur. iccirco potentia, quoniam id quoque esse creditur bonum. Idem de reverentia, claritudine, jucunditate, conjectare licet. Omnium igitur expetendorum summa, atque causa, bonum est. Quod enim neque re, neque similitudine ullum in se retinet bonum, id expeti nullo modo potest. Contraque etiam, quæ naturâ bona non sunt, [4] tamen etsi esse videantur, quasi vera bona sint, appetuntur. Quo fit uti summa, cardo, atque causa expetendorum omnium, bonitas esse jure credatur. Cujus verò causa quid expetitur, id maximè videtur optari. Veluti si salutis causâ quispiam

1 *Quid investigandum proponas, sed, quid const.*] MS. Rittersh. *quid investigandum proponas. Sed quid const.* Idem.

2 *Hujus rei discretionem sic accipe.*] Olere mendum quis neget? Manus. *cujus rei.* Non male. *Bern. Sitzm.*

3 *Quoniam bonum esse judicatur.*] MS. Rittershusii, *quod bonum esse credatur.* Sitzm.

4 *Tamen si esse videantur.*] MS. Rittersh. *tamen-etsi esse videantur.* Proba lectio. Vide particulam *Tamenetsi* bonis auctoribus assertam à Cujacio 1. observat. 14. Mureto 1. Variar. lect. 17. & Rittershusio Not. ad Guntherum lib. 4. cap. 2. n. 12. & 13. nec non Frid. Taubmani commentar. Plaut. ad Mil. Glor. A. 4. Sc. 5. *Idem.*

1 *Non*

piam velit equitare, non tam equitandi motum desiderat, quàm salutis effectum. Cùm igitur omnia boni gratiâ petantur, [1] non illa potiùs, quàm bonum ipsum desideratur ab omnibus. Sed propter quod cetera optantur, [2] beatitudinem esse concessimus: quare sic quoque sola quæritur beatitudo. Ex quo liquidò apparet ipsius boni, & beatitudinis unam atque eandem esse substantiam. Nihil video, cur dissentire quispiam possit. Sed Deum veramque beatitudinem unum atque idem esse monstravimus. Ita, inquam. Securè igitur concludere licet. Dei quoque in ipso bono, nec usquam alio, sitam esse substantiam.

METRUM X.

Huc omnes pariter venite capti,
Quos fallax ligat improbis catenis
[3] Terrenas habitans libido menteis.
[4] Heic erit vobis requies laborum,
[5] Heic portus placidâ manens quiete,
Hoc patens unum miseris asylum.
[6] Non quidquid Tagus aureis arenis

Donat,

1 *Non illa potius, quam bonum ipsum desideratur ab omnibus.*] MS. Rittersh. *Non illa potius, quam bonum desiderantur ab omnibus.* Sitzm.

2 *Beatitudinem esse concessimus.*] Non improbo veterem scripturam: *esse censuimus.* Bern.

3 *Terrenas habitans libido mentes.*] Al. *hebetans.* Senec. in Thyest. v. 917.

Pectora longis hebetata malis,
Jam sollicitas ponite curas.

Manilius lib. 4.

Condit enim quicquid vasto natura recessu
Terrenos hebetat visus, & pectora nostra.

Claudian. de Laudib. Stilicon. libro 2. v. 133.

Luxuries prædulce malum: quæ dedita semper
Corporis arbitriis hebetat caligine sensus.

Sitzm.

4 *Heic erit vobis requies laborum.*] Lactant. de Pass. Christi:

— *nec requiem terrarum in finibus usquam*
Inveni, sed ubique minas, sed ubique labores. Idem.

5 *Heic portus placida manens quiete.*] Senec. in Agamemn. v. 592.

Portus æterna placidus quiete.

Et in Octav. v. 706.

— *nec diu placida frui*
Quiete licuit —

Idem.

6 *Non quicquid Tagus.*] Senec. in Thyest. v. 352.

Non quicquid fodit Occidens,
Aut unda Tagus aurea
Claro devehit alveo.

In Herc. Oet. v. 626.

— *stupet auratæ*

Fin-

Donat, aut [1]Hermus rutilante ripa,
Aut [2]Indus calido propinquus orbi,
[3]Candidis miscens virideis lapillos,
Illustrant aciem, magisque cæcos
In suas condunt animos tenebras.
Hoc quidquid placet, excitatque menteis,
Infimis tellus aluit cavernis.
Splendor quo regitur vigetque cælum,
Vitat obscuras animæ ruinas.
Hanc quisquis poterit notare lucem,
Candidos Phœbi radios negabit.

PROSA XI.

Assentior, inquam. Cuncta enim firmissimis nexa rationibus constant. Tum illa, Quanti, inquit, æstimabis, si bonum ipsum quid sit, agnoveris? [4]Infiniti, inquam: siquidem mihi pariter Deum quoque, qui bonum est, continget agnoscere. Atqui hoc verissima, inquit, ratione patefaciam, maneant modò quæ paullo antè

Flumine clarum radiare Tagum. Idem.

Tagus.] Æthicus in Cosmograph. *Fluvius Tagus nascitur in campis Hispaniæ: currit milia* CCCCX. *in Oceanum Occidentalem suscipitur.* Solinus in Polyhist. cap. 26. de Hispania: *Tagum ob arenas auriferas ceteris amnibus prætulerunt.* Huc referendi etiam versus Silii ex libro 1.

Ore excellentem, & spectatum fortibus ausis
Antiqua de stirpe Tagum, superumque hominumque
Immemor, erecto suffixum robore, mæstis
Ostentabat ovans populis sine funere Regem.
Auriferi Tagus adscito cognomine fontis,
Perque antra & ripas Nymphis ululatus Iberis.
Mæonium non ille vadum, non Lydia mallet
Stagna sibi, nec quæ riguo perfunditur auro
Campum, atque illatis Hermi flavescit arenis. Idem.

1 *Hermus.*] Vibius Sequester de Fluminib. *Hermus Lydiæ, Pactolo fluvio confunditur.* Virg. 2. Georg.

— *auro turbidus Hermus.* Idem.

2 *Indus.*] Fluvium intelligit, de quo passim Æthicus in Cosmographia. De eodem Min. Felix in Oct. *Ægypti siccitatem temperat Nilus; colit Euphrates Mesopotamiam; Indus & serere Orientem dicitur & rigare.* Et Vib. Sequester: *Indus Indiam definit ab occasu, à quo India dicta hic descendentem Hydaspen recipit.* Idem.

3 *Candidis miscens virides lapillos.*] Lucret. lib. 2.

Inter cæruleum virides miscere Smaragdos. Idem.

4 *Infiniti inquam.*] Manifestè verum est quod in scriptis, *infinito inquam.* Bern.

1 *Tum*

antè concluſa ſunt. Manebunt, inquam. Nonne, inquit, monſtravimus ea, quæ appetuntur à pluribus, iccirco vera, perfectaque bona non eſſe, quoniam à ſe invicem diſcreparent, cumque alteri abeſſet alterum, plenum, abſolutumque bonum afferre non poſſe? [1]tum autem verum bonum fieri, cùm in unam veluti formam, atque efficientiam colliguntur, ut quæ ſufficientia eſt, eadem ſit potentia, reverentia, claritas, atque jucunditas; niſi verò unum, atque idem omnia ſint, nihil habere, quò inter expetenda numerentur? Demonſtratum eſt, inquam, nec dubitari ullo modo poteſt. Quæ igitur, cùm diſcrepant, minimè bona ſunt; cùm verò unum eſſe cœperint, bona fiunt: [2]nonne hæc ut bona ſint, unitatis fieri adeptione contingit? Ita, inquam, videtur. Sed omne quod bonum eſt, boni participatione bonum eſſe concedis, an minimè? Ita eſt. Oportet igitur idem eſſe unum, atque bonum ſimili ratione concedas. Eadem namque ſubſtantia eſt eorum, quorum naturaliter non eſt diverſus effectus. Negare, inquam, nequeo. Noſtine igitur, inquit, omne quod eſt, tam diu manere atque ſubſiſtere, quàm diu ſit unum, ſed interire atque diſſolvi pariter, poſtquam unum eſſe deſtiterit? Quonam modo? Ut in animalibus inquit, cùm in unum coëunt, ac permanent anima corpuſque, id animal vocatur. Cùm verò hæc unitas utriuſque ſeparatione diſſolvitur, interire, nec jam eſſe animal liquet. Ipſum quoque corpus cùm in una forma, membrorum conjunctione, permanet, humana viſitur ſpecies. At ſi diſtributæ, ſegregatæque partes corporis diſtraxerint unitatem, deſinit eſſe quod fuerat. Eoque modo percurrenti cetera

1 *Tum autem verum bonum fieri, cum in unam.*] MS. Rittersh. *Tum autem verum bonum fieri dicimus, cum in unam.* Idem.

2 *Nonne hæc ut bona ſint, unitatis fieri adeptione contingit? Ita inquam videtur.*] MS. Rittersh. *Nonne hæc ut bona ſint, adeptione unitatis fieri contingit? Ita eſt, inquam.* Idem.

tera proculdubio patebit ſubſiſtere unumquodque, dum unum eſt: cùm verò unum eſſe deſinit, interire. Conſideranti, inquam, mihi plura, minimè aliud videtur. Eſtne igitur, inquit, quod in quantum naturaliter agat, [1] relicta ſubſiſtendi appetentiâ, venire ad interitum corruptionemque deſideret? Si animalia, inquam, conſiderem, quæ habent aliquam volendi, nolendique naturam, [2] nihil invenio, quod, nullis extrà cogentibus, abjiciat manendi intentionem, & ad interitum ſponte feſtinet. [3] Omne namque animal tueri ſalutem laborat: mortem verò, perniciemque devitat. Sed quid de herbis, arboribuſque, quid de inanimatis omnino conſentiam rebus, prorſus dubito. Atqui non eſt, quòd de hoc quoque poſſis ambigere, [4] cùm herbas, atque arbores intuearis, primum ſibi convenientibus innaſci locis, ubi quantum earum natura queat, citò exareſcere atque interire non poſſint. Nam aliæ quidem campis, aliæ montibus oriuntur, alias ferunt paludes, aliæ ſaxis hærent, aliarum fecundæ ſunt [5] ſteriles arenæ, quas ſi in alia quiſpiam loca transferre conetur, areſcant.

1 *Relicta ſuſtinendi appetentia, venire ad interitum corruptionemque deſideret.*] Spurium hoc & ſpurcum depuravi ex Manuſ. *Relicta ſubſiſtendi.* Bern.

Relicta ſuſtinendi appetentia.] MSS. ut & Edit. Norimber. cum Flor. *Relicta ſubſiſtendi appetentia.* Sitzm.

2 *Nihil invenio, quod nullis extra cogentibus, abjiciant manendi intentionem, & ad interitum ſponte feſtinent.*] MSS. *Nihil inv. q. n. e. c. abjiciat man. i. e. a. i. ſponte feſtinet.* Idem.

3 *Omne namque animal tueri ſalutem laborat: mortem vero perniciemque devitat.*] Id præter noſtrum non ſaltem aſſerit, ſed etiam clare ſub oculos ponit Ovid. Fragment. Halieut.

Accepit mundus legem, dedit arma per omnes,
Admonuitque ſui: vitulus ſic namque minaci
Qui nondum gerit in tenera jam cornua fronte,
Sic damæ fugiunt, pugnant virtute leones,
Et morſu canis, & candæ ſic ſcorpius ictu:
Concuſſiſque levis pennis ſic evolat ales:
Omnibus ignatæ mortis timor, omnibus heſtis,
Præſidiumque datum ſentire, & noſcere teli
Vimque minaſque ſui.

Vide & Ciceron. 1. De officiis. *Idem.*

4 *Cùm herbas atque arbores intuearis, primùm ſibi convenientibus innaſci locis.*] Eleganter Ovidius:

Nec tellus eadem parit omnia: vitibus illa
Convenit, hæc oleis, hîc bene farra virent. Bern.

5 *Steriles arenæ.*] Ita etiam appellat Lucanus lib. 10. Q. Curt. lib. 4. Pomp. Mela l. 1. Caſſiodor. 4. Variar. 50. *Sitzm.*

areſcant. Sed dat cuique natura quod convenit, &, ne, dum manere poſſunt, intereant, elaborat. Quid, quod omnes, velut in terras ore demerſo, [1] trahunt alimenta radicibus, ac per medullas robur, corticemque diffundunt? Quid, quòd molliſſimum quodque, ſicuti medulla eſt, interiore ſemper ſede reconditur, extra verò quadam ligni firmitate tegitur; ultimus autem cortex adverſum cæli intemperiem, quaſi mali patiens defenſor opponitur? [2] Jam verò quanta eſt naturæ diligentia, ut cuncta ſemine multiplicato propagentur. quæ omnia non modò ad tempus manendi, verùm generatim quoque quaſi in perpetuum permanendi, veluti quaſdam machinas eſſe quis neſciat? Ea etiam quæ inanimata eſſe creduntur, nonne quod ſuum eſt quæque ſimili ratione deſiderant? [3] Cur enim flammas quidem ſurſum levitas vehit, [4] terras verò deorſum pondus deprimit, niſi quòd hæc ſingulis loca motioneſque conveniunt? Porrò autem quod cuique conſentaneum eſt, id unumquodque conſervat; ſicuti ea, quæ ſunt ini-

1 *Trahunt alimenta radicibus.*] Caſſiodor. 9. Var. 2. *Arbor, quam florere vides, quam ſumma conſpicis viriditate lætari, ſubterraneo ſucco fœcunditatis animatur, reddens in ſuperficie, quod continet in radice. Hominum quoque vultus magna hilaritate decoratur, ſi viſceribus ſanis gravamen nullius ſentiat læſionis. Sic regnum jure dicitur integerrimum, ſi nuſquam ſuevit imminutum.* Idem.

2 *Jam verò quanta eſt naturæ.*] Reſpexit ad verſus Lucretii, qui ſunt in pr. lib. 1. ad Venerem:

Omnibus incutiens blandum per pectora amorem,
Efficis, ut cupide generatim ſæcla propagent.
Quæ quoniam rerum Naturam ſola gubernas;
Nec ſine te quicquam dias in luminis oras
Exoritur ——

Et paullo poſt,

—— *omnia quando*
Paullatim creſcunt, ut par eſt, ſemine certo,
Creſcendoque genus ſervant, ut noſcere poſſis
Quæque ſua de materia grandeſcere alque. Idem.

3 *Cur enim flammas quidem ſurſum.*] Manil. lib. 1.

Ignis in æthereas volucer ſe ſuſtulit auras
Summaque complexus ſtellantis culmina cæli
Flammarum vallo naturæ mœnia fecit. Idem.

4 *Terras deorſum pondus deprimit.*] Q. Rhemnius Palæmon de Ponderibus:

—— *pondus rebus natura locavit*
Corporeis, elementa ſuum regit omnia pondus:
Pondere terra manet, vacuus neque pondere ſiſtit æther
Indefeſſa rapit volventis ſidera mundi. Idem.

inimica, corrumpunt. Jam verò quæ dura sunt, ut lapides, adhærent tenacissimè partibus suis, &, ne facilè dissolvantur, resistunt. Quæ verò liquentia, ut aër, atque aqua, facilè quidem dividentibus cedunt, sed citò in ea rursus, à quibus sunt abscissa, relabuntur. Ignis verò omnem refugit sectionem. Neque nunc nos de voluntariis animæ cognoscentis motibus, sed de naturali intentione tractamus. Sicuti est, quòd acceptas escas sine cogitatione transigimus, [1] quòd in somno spiritum ducimus nescientes. [2] Nam ne in animalibus quidem manendi amor ex animæ voluntatibus, verùm ex naturæ principiis venit. Nam sæpè mortem cogentibus caussis, quam natura reformidat, voluntas amplectitur: contraque illud, quo solo mortalium rerum durat diuturnitas, gignendi opus, quod natura semper appetit, interdum coërcet voluntas. Adeò hæc sui caritas non ex animali motione, sed ex naturali intentione procedit. Dedit enim providentia creatis à se rebus hanc vel maximam manendi caussam, ut quoad possunt, naturaliter manere desiderent. quare nihil est, quod ullo modo queas dubitare, cuncta, quæ sunt, appetere naturaliter constantiam permanendi, devitare perniciem. Confiteor, inquam, nunc me indubitatò cernere, quæ dudum incerta videbantur. Quod autem, inquit, subsistere ac permanere appetit, id unum esse desiderat. [3] hoc enim sublato, nec esse quidem cuiquam permanebit. Verum est, inquam. Omnia

1 *Quod in summo spiritum ducimus.*] Falsa lectio. Recte MSS. & Edit. Flor. *quod in somno spiritum ducimus.* Lucret. lib. 4.

Quippe videbis equos fortes cum membra jacebunt,
In somnis sudare tamen, spirareque — Idem.

Quod in summo spiritum ducimus nescientes?] Flagitiosè & ineptè. Veteres rectissimè, ut restitui, *in somno spiritum ducimus.* Bern.

2 *Nam ne in animalibus.*] MS. Erfurt. *Nam nec in animalibus quidem.* MS. Rittersh. & Edit. Flor. *nam neque in animal.* Sitzm.

3 *Hoc enim sublato, ne esse quidem cuiquam permanebit.*] MSS. *Hoc enim sublato nec esse q. c. permanebit*, scilicet, sæpe in his libris *ne* pro *nec* vel *neque* perperam editum fuisse. *Idem.*

1 *Con-*

Omnia igitur, inquit, unum desiderant. [1] Consensi. Sed unum id ipsum monstravimus esse, quod bonum est. Ita quidem. Cuncta igitur bonum petunt: quod quidem ita describas licet, Ipsum bonum esse, quod desideretur ab omnibus. Nihil, inquam, verius excogitari potest. Nam vel ad nihilum cuncta referuntur, & uno veluti vertice destituta, sine rectore fluitabunt, aut si quid est, ad quod universa festinent, id erit omnium summum bonorum. Et illa, Nimium, inquit, ô alumne lætor: ipsam enim mediæ veritatis notam mente fixisti: sed in hoc patuit tibi, quod ignorare te paullo antè dicebas. Quid? inquam. Quis esset, inquit, rerum omnium finis. Id enim est profectò, quod desideratur ab omnibus: quod quia bonum esse collegimus, oportet, rerum omnium finem bonum esse, fateamur.

METRUM XI.

Quisquis [2] profundâ mente [3] vestigat verum,
Cupitque nullis ille deviis falli,
In se revolvat intimi lucem visus,
Longosque in orbem cogat inflectens motus,
Animumque doceat [4] quidquid extra molitur,
Suis retrusum possidere thesauris:

Dus-

1 *Consensi.*] MS. *Concessi.* Idem.

2 *Profunda mente.*] Id est alta, & in sublime penetranti. Sic *cælum profundum* apud Virgil. Eclog. 4. Georg. lib. 4. Æneid. 1. Salvianus l. 1. De Gub. Dei: *Quis tam profundi cordis virum non admiretur? Profundum consilium* apud Quintilian. Declamat. 2. *Idem.*

3 *Vestigat.*] Antiquum & optimum verbum, tametsi compositum usitatius. Ennius l. 1. Ann. — *errare videbar*
Tardaque vestigare, & quærere te —
Seneca proprie de canibus utitur. In Thyest. v. 495.
— *cum ferus vestigat, & longo senex*
Loro tenetur Umber —
Et in Hippol. 4. 1105.
Mæstæque Domini membra vestigant canes. Idem.
Vestigat verum.] Min. Felix in Oct. *Quo minus mirum est, nonnullos tædio investigandæ penitus veritatis cuilibet opinioni temere potius succumbere, quam in explorando pertinaci diligentia perseverare.* Idem.

4 *Quicquid extra molitur Suis retrus.*] Sic supra Prof. 4. lib. 2. *Quid igitur ô mortales extra vos petitis intra vos positam felicitatem?* Vide quæ ad ista verba notavimus. *Idem.*

Dudum [1] quod atra texit erroris nubes,
Lucebit ipso perspicacius Phœbo.
Non omne namque mente depulit lumen,
[2] Oblivionsam corpus invehens molem.
[3] Hæret profectò semen introrsum veri,
Quod [4] excitatur ventilante doctrinâ.
Nam cur rogati sponte recta censetis,
Ni mersus alto viveret fomes corde?
[5] Quod si Platonis Musa personat verum,
Quod quisque discit, immemor recordatur.

PROSA

1 *Quod atra texit erroris nubes.*] Juvenalis Sat. 10.

— *pauci dinoscere possunt*
Vera bona, atque illis multum diversa, remota
Erroris nebula —

Nubes curarum, Ovidius 2. de Ponto, Eleg. 1.

Tandem aliquot pulsa curarum nube serenum
Vidi. —

Nubes animi, idem 1. Trist. Eleg. 3.

— *animi nubem dolor ipse removit.*

Nubes fallaciarum; Ammian. Marcellin. lib. 15. *Nubes mendacii*, Cassiodor. 3. Variar. 45. Longa alia ratione nubem testium (νέφος μαρτύρων) dixit Paulus Hebræ. 12. ψ. 1. & D. Chrys. *Idem.*

2 *Oblivionsam corpus invehens molem.*] Platonici solum animum dicebant esse hominem: corpus animo tanquam indumentum circumdatum, vel carcerem potius ac sepulcrum quoddam. Quo Epigramma pertinet Palladæ libro 1. Anthologiæ, tit. εἰς θάνατον.

Σῶμα πάθος ψυχῆς, ᾠδὴς, μοῖρ', ἄχθος, ἀνάγκη,
Καὶ δεσμὸς κραλερὸς, ἢ νήλεπις βασάνων.
Ἀλλ' ὅταν ἐξέλθῃ τὸ σώματος, ὡς ἀπὸ δεσμῶν
Τὸ θνητὸν, φεύγει πρὸς θεὸν ἀθάνατον. *Idem.*

3 *Hæret profecto semen introrsum veri.*] Adi Pindarum Olymp. Od. 7. ubi scribit, *Prometheæ virtutem & gaudia hominibus injecisse: sed supervenisse quandam oblivionis nubem, & avertisse rectam rerum viam extra mentem.* Mirum profecto! si non author noster sua inde desumpsit. *Idem.*

4 *Excitatur ventilante doctrina.*] Ex doctrina Platonis in Phædone. Seneca quoque epist. 94. *Omnium enim honestarum rerum semina animi gerunt, quæ admonitione excitantur; non aliter quam scintilla flatu levi adjuta, ignem suum explicat.* Vallin.

5 *Quod si Platonis.*] Cujus ἀνάμνησιν ex Phædone hic attingit. ibi enim refertur Socrates dogma hoc frequenter in ore habuisse, Ὅτι ἡμῖν ἡ μάθησις οὐκ ἄλλό τι ἢ ἀνάμνησις τυγχάνῃ ὄσα, *nobis, discere, non esse aliud nisi reminisci.* In Menone quoque puer ad geometrica quædam de dimensione quadrati interroganti Socrati rectè respondet, ob consignatas, inquit, in animis ἐννοίας *notiones.* Idem.

Quod si Platonis Musa.] Arnobius lib. 2. Adversus Gentes: *Quid in Menone, ô Plato, quædam rationibus numeri admota ex puerculo sciscitaris? & in ejus misteris responsionibus comprobare, quæ discamus, non discere, sed in eorum memoriam quæ antiquitus noveramus redire?* Perlege totum illum librum, ex quo didiceris, Platonicum hoc dogma absurditate non carere. *Sitzm.*

1 *Nam*

PROSA XII.

Tum ego, Platoni, inquam, vehementer assentior: [1] nam me horum jam secundò commemoras. Primùm, quod memoriam corporea contagione, dehinc cum [2] mœroris mole pressus amisi. [3] Tum illa, Si superiora, inquit, concessa respicias, ne illud quidem longius aberit, quin recorderis, quod te dudum nescire confessus es. Quid? inquam. Quibus, ait illa, gubernaculis mundus regatur. Memini, inquam, [4] me insciti am meam fuisse confessum: sed quid afferas, licet jam prospiciam, planius tamen ex te audire desidero. Mundum inquit, hunc, à Deo regi paullo antè minimè dubitandum putabas. Ne nunc quidem arbitror, inquam, nec umquam dubitandum putabo, quibusque in hoc rationibus accedam, breviter exponam. Mundus hic ex tam diversis contrariisque partibus in unam formam minimè conveniisset, nisi unus esset, qui tam diversa conjungeret. conjuncta verò naturarum ipsa diversitas, invicem discors, dissociaret atque divelleret, nisi unus esset, qui quod nexuit, contineret. Non tam verò certus naturæ ordo procederet, nec tam dispositos motus, locis, temporibus, efficientiâ, spatiis, qualitatibus explicaret, nisi unus esset, [5] qui has mutationum varietates manens ipse disponeret. Hoc quidquid est, quo condita manent, atque agitantur, usitato cunctis vocabulo, [6] Deum nomino. Tum illa, Cùm hæc, inquit, ita sentias,

1 *Nam me horum jam secundò commemoras.*] Pro eo quod memorem facis, non novè, sed antiquè. Cicero de Senectute: *Pythagoreorumque more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim commemoro vesperi.* Bern.

2 *Mœroris mole pressus amisi. Tum illa si superiora.*] Arridet magis scripta lectio, *mole compressus amisi. Tum illa si priora.* Idem.

3 *Tum illa, si superiora, inquit, concessa respicias, ne illud quidem.*] MS. Erfurt. & Edit. Norimb. *Tum illa inquit: si priora concessa respicias, nec illud quidem.* Sitzm.

4 *Me insciti am meam fuisse confessum.*] MS. Rittersh. *me insciemiam meam f. c.* Qua voce utitur Apulejus, Symmachus, & alii, quos citat Fr. Juretus ad lib. 8. Symmach. epist. 17. *Idem.*

5 *Qui has mutationum varietates manens ipse disponeret.*] Mihi placeat è scriptis legere, *qui has motionum.* Bern.

6 *Deum nomino.*] Rectè profectò: Deo enim, qui unus est, non aliud nomen

tias, [1] parvam mihi restare operam puto, ut felicitatis compos, patriam sospes revisas, sed quæ proposuimus intueamur. Nonne in beatitudine sufficientiam numeravimus? [2] Deumque beatitudinem ipsam esse concessimus? Ita quidem. Et ad mundum igitur, inquit, regendum nullis extrinsecis adminiculis indigebit; alioquin si quo egeat, plenam sufficientiam non habebit. Id, inquam, ita est necessarium. Per se igitur solum cuncta disponit. Negari, inquam, nequit. Atqui Deus ipsum esse bonum monstratus est. Memini, inquam. Per bonum igitur cuncta disponit: siquidem per se regit omnia, quem bonum esse concessimus, & hic est vel-

men est, quam Deus. Deo quidem nullum nomen esse, omnibus ferè veteris sapientiæ professoribus visum est. Ipsum divini numinis oraculum id per Moysen præscripsit, Ἐγὼ εἰμὶ ὁ ὤν, *Ego sum qui sum.* Neque aliunde Hebræis doctoribus nomen illud Dei sanctum, tremendum atque ineffabile. ac Hermeti Ægyptio dicitur Deus ἀνεκλάλητος, ἄῤῥητος, σιωπῇ φωνούμενος, *ineffabilis, innominandus*, solo *silentio prædicandus.* Platoni quoque ἄῤῥητος, ἀνωνόμαστος, *indictus, innominabilis*, apud Apulejum lib. de naturali philosoph. Platonis, Alcinoum εἰσαγωγῆς cap. IX. & Porphyrium lib. IV. hist. philosophicæ apud Cyrillum, ubi ait Platonem sensisse Deum esse *unum*, ὄνομα δὲ αὐτῷ μηδὲν ἁρμόττειν, *nomen verò nullum illi convenire.* Unde ethnicos arguens, rectissimè decernebat Minutius Felix, *Nec nomen Dei quæras: Deus nomen est. illic vocabulis opus est, cum per singulos propriis appellationum insignibus multitudo dirimenda est. Deo, qui solus est, Deus vocabulum totum est.* Et post eum iisdem verbis Cyprianus lib. de idolorum vanitate. Lactantius & alii. Cum igitur nullum illi nomen sit, quod ejus substantiam exprimat, quæ æquè cum nomine incognitissima est, nomine tamen θεῷ eum fere mortales appellavere, honoratissima appellatione. nimirum τὸ θεῖον ὄνομα, inquit Simplicius in Epicteti Enchir. ἀπὸ τῶν ἐφανίων μετῆκται, ὡς ὄψεως κινουμένων καὶ θεόντων, *ipsum Dei nomen à cœlestibus corporibus est translatum, ut quæ celeriter moveantur & curant.* θεὸς videlicet vel quod soleat θεῖν καὶ περιπολεῖν τὰ σύμπαντα, hoc est, *currere & disponere universa.* vel αἰθεῖν, id est, *urere.* vel θεᾶσθαι τὰ πάντα, id est, *intueri omnia.* quod instar Solis aliorumque in cœlo syderum, quæ oculis cernebant, omnia collustret. Unde decantatissima illa Dei cum sole apud Platonicos comparatio. ex qua rectè per θεὸν, Dei nomen, ea quoque πατρὸς καὶ βασιλέως, *Patris ac Regis* apud eosdem celebrata cognomina, creationis ac providentiæ significantia, intelliguntur: ac quodammodo ipsum, si quod est, Dei nomen τὸ ἀγαθὸν, *ipsum bonum* designatur. De quibus postea quædam monebimus. *Vallin.*

1 *Parvam mihi restare operam puto.*] MS. Rittersh. *parvam tibi restare operam puto.* Sitzm.

2 *Deumque beatitudinem esse concessimus.*] MSS. *Consensimus.* Et paullo post itidem ex MSS. legendum: *quem bonum esse consensimus.* Idem.

3 *Tenui*

veluti quidam clavus, atque gubernaculum, quo mundana machina stabilis, atque incorrupta servatur. Vehementer assentior, inquam, & id te paulò antè dicturam, [1] tenui licet suspicione, prospexi. Credo, inquit: jam enim, ut arbitror, vigilantiùs ad cernenda vera oculos deducis: sed quod dicam non minùs ad contuendum patet. Quid, inquam? Cùm Deus, inquit, omnia bonitatis clavo gubernare jure credatur, eademque omnia, sicuti docui, ad bonum naturali intentione festinent, num dubitari potest, quin voluntariè regantur, seque ad disponentis nutum veluti convenientia, [2] contemperataque rectori sponte convertant? Ita, inquam, necesse est, nec beatum regimen esse videretur; si quidem detrectantium jugum foret, non obtemperantium salus. Nihil est igitur, quod naturam servans, Deo contraire conetur. Nihil, inquam. Quid si conetur, ait, num tandem proficiet quidquam adversus eum, quem jure beatitudinis potentissimum esse concessimus? Prorsus, inquam, nihil valeret. Non est igitur aliquid, quod summo huic bono vel velit, vel possit obsistere. Non, inquam, arbitror. Est igitur, inquit, summum bonum, quod regit cuncta fortiter, suaviterque disponit. [3] Tum ego, Quàm, inquam, me non modò ea, quæ concluса est, summa rationum, verùm multò magis hæc ipsa, quibus uteris, verba delectant, ut tandem aliquando stultitiam magna latrantem sui pudeat. Accepisti, inquit, in fabulis [4] lacessentes cælum Gi-

1 *Tenui licet suspicione, prospexi.*] MS. Rittersh. *Tenui licet imagine prosp.* Idem.

2 *Contemperataque rectori.*] MS. Rittersh. *temperataque rectori.* Idem.

3 *Tum ego, quam inquam me non modo ea.*] MSS. *Tum ego inquam: Me non modo ea.* Idem.

4 *Lacessentes cælum Gigantes.*] Sic Cic. Catone Majore: *Quid est aliud more gigantum bellare cum Diis, nisi naturæ repugnare?* Salvianus de Gub. Dei, lib. 6. *Et quæ nobis, quæso, spes erit apud Deum, qui non casu aut imprudentia Deum lædimus, sed exemplo illorum quondam Gigantum, quos insanis conatibus superna tentasse, & quasi in nubes gradum tulisse legimus.* huc illa pertinet sapientiss. Gamalielis admonitio: μήποτε καὶ θεομάχοι εὑρεθῆτε. Act. 5. ver. 39. & Pharisæorum aliorum: μὴ θεομαχῶμεν, Actor. 23. ver. 9. Vide præter Claudianum & Herculem Strozzam, Lucret. l. 5. Ovidium,

Gigantes: sed illos quoque, uti condignum fuit, benigna fortitudo deposuit. Sed visne rationes ipsas invicem collidamus? forsitan ex hujusmodi conflictatione pulcra quædam veritatis scintilla diffiliet. Tuo, inquam, arbitratu. Deum, inquit, esse omnium potentem nemo dubitaverit. Qui quidem, inquam, mente consistat, [1] nullus prorsus ambigat. Qui verò est, inquit, omnium potens, nihil est, quod ille non possit. Nihil, inquam. Num igitur Deus facere malum potest? Minimè, inquam. Malum igitur, inquit, nihil est, cùm id facere ille non possit, qui nihil non potest. Ludisne, inquam, me, inextricabilem labyrinthum rationibus texens, [2] quæ nunc quidem, qua egrediaris, introeas; nunc verò qua introieris, egrediare; an mirabilem quendam [3] divinæ simplicitatis orbem complicas? Etenim paullo antè à beatitudine incipiens, eam summum bonum esse dicebas, quam in summo Deo sitam loquebare: ipsum quoque Deum summum esse bonum, plenamque beatitudinem differebas: ex quo neminem beatum fore, nisi qui pariter Deus esset, quasi munusculum dabas. Rursus ipsam boni formam, Dei, ac beatitudinis loquebaris esse substantiam: [4] ipsumque unum id ipsum esse bonum docebas, quod ab omni rerum natura peteretur: Deum quoque bonitatis gubernaculis universitatem regere disputabas, volentiaque cuncta parere, nec ullam mali esse naturam: atque hæc nullis extrinsecus sumtis, sed altero ex altero fidem trahente, insitis, domesticisque probationibus explicabas. Tum illa, [5] Minimè, inquit, ludimus, [6] remque omnium

Metam. lib. 1. de Ponto, lib. 4. Eleg. 8. Manil. lib. 5. B. Augustinum libro quarto de Civitate Dei, capite trigesimo, Alcimum Avitum libro de Diluvio. *Idem.*

1 *Nullus prorsus ambigat.*] MS. Rittersh. *ambigit.* Idem.

2 *Quo nunc quidem.*] Litterulæ vitium densam sententiæ fecit noctem, quam illustravi ex veteribus, *quæ nunc.* Bern.

3 *Divinæ simplicitatis.*] Numquid melius quod in meo codice? *Divinæ felicitatis.* Idem.

4 *Ipsumque unum id ipsum bonum esse dicebas.*] MS. Rittersh. *docebas.* Sitzm.

5 *Minimè, inquit, ludimus.*] MS. Rittershusii, *lusimus.* Idem.

6 *Remque omnium maximam Dei munere quem dudum deprecabamur exegimus.*] Pro absolvimus. eadem notione qua Ovidius scripsit:

Iamque opus exegi, quod nec Iovis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas. Bern.

nium maximam Dei munere, quem dudum deprecabamur, exegimus. Ea est enim divinæ forma substantiæ, [1] ut neque in externa dilabatur, nec in se externum aliquid ipsa suscipiat; sed, sicut de ea Parmenides ait, [2] Πάντοθεν εὐκύκλε σφαίρας ἐναλίγκιον ὄγκῳ, rerum

1 *Ut neque in externa dilabatur, nec in se.*] MS. Rittersh. *Ut neque in e.d. neque in se.* Sitzm.

2 Πάντοθεν.] Pro quo legebant omnes hactenus editiones, quibus consentiebat quoque ipse Græculus Planudes,

Πάντοθεν εὐ κύκλοισι φέρειν ἐναλίγκιον ὄγκον.

Undique in circulis ducis similem acervum.

Quod profecto quid significet neque vel divinare quis possit, sit licet magnus Apollo. Nos ex Sophista Platonis unde versus iste Parmenidis desumptus est, monstrum illud averruncantes reposuimus,

Πάντοθεν εὐκύκλε σφαίρας ἐναλίγκιον ὄγκῳ.

Sphæræ undique æqualis persimilis moli. Cujus lectionis vestigia codd. Victorinus & Thuanus vetustiores servabant. Hic vero sensus est; Totum simile est globo sphæræ, inquit Parmenides. Illa enim omnes singulasque partes suas circumferentia includit: Totum quoque omnes partes suas continet, & præter Totius partes nullæ partes sunt. Et quemadmodum à centro sphæræ æquo intervallo omnes lineæ ad circumferentiam distant: Ita Totius partes æquè inter se distant cum Totum sit ubique. Pari quodam modo Deus res omnes includit, cum supra res omnes sit. res autem omnes ab eo æquè distare certum est, quia ubique existens, esse conservarique rebus omnibus largitur, multo interior illis quam ipsæ sibi sint. Quod igitur ᾗ δὲ ὅλε Plato in Sophista, ᾗ δὲ ἑνὸς in Parmenide protulit, idem de Deo longè sapientius Boëtius usurpavit. quem hinc Synesius τὸ πάντων καὶ τῶν ὄντων κέντρον, *omnium rerum atque entium centrum* vocat. Quod sic Plotinus explicat. Καὶ γὰρ ὧν ἐν τῷ τόπῳ δεῖ τ' ἀγαθὸν πιθέσθαι. εἰς ὃ πάντα ἀνήρτηται, αὐτὸ δὲ εἰς μηδέν. ὅτω γὰρ καὶ ἀληθές, τὸ, ἃ πάντα ἐφίεται. δεῖ δὴ μένειν αὐτὸ, ὡσὰν αὐτὸ ᾖ ἐπιστρέφειν πάντα, ὥσπερ κύκλον πρὸς κέντρον, ἀφ' ἃ πᾶσαι προάμασιν. καὶ ὡς ἐφάδισμα ὁ ἥλιος, ὥσπερ κέντρον ὢν πρὸς τὸ φῶς τὸ παρ' αὐτῷ ἀνηρτημένον, πρὸς αὐτὸν τὸ φῶς παντάχοθεν γ' ἂν μετ' αὐτοῦ καὶ σὺν δόσει τίμης). *Quin etiam id ipsum Bonum oportet asserere, ad quod omnia referuntur, ipsum verò ad aliud non* refertur. *sic enim illud quoque verum* esse constat, *ipsum bonum esse quod omnia appetunt. Oportet itaque ipsum firmiter permanere, & ad seipsum omnia convertere: quemadmodum* revolvitur *circulus circa centrum, à quo lineæ singulæ* producuntur. *Exemplo nobis* ad id *sol* esse potest, *qui quasi centrum est ad lumen, quod ab ipso dependet, simul ad ipsumque annectitur, ideoque una cum illo* existit *ubique, nec ab illo alicubi separatur.* Et alibi, p. 752. Καὶ σὺ ζητῶν, μηδὲν ἔξω ζήτει αὐτοῦ, ἀλλ' εἴσω πάντα τὰ μετ' αὐτόν. αὐτὸν δ', ἵνα. τὸ γὰρ ἔξω, αὐτὸς ἐστὶ θέλημα πάντων καὶ μέτρον. ἢ εἴσω σὺ βάθει, *Tu ergo quæris, nihil extra Deum quærito: sed intra* Deum *omnia quæ sunt post Deum: ipsum verò dimitte. Quod enim extra est, ipse* Deus *existit, comprehensio omnium & mensura, aut intimum universi profundum.* Ita tamen Deus est in rebus omnibus, ut res ipsæ minimè sit: Rectè igitur Porphyrius lib. de Occasionibus.

Ὁ θεὸς

Ὁ θεὸς πανταχοῦ, ὅπ ἐθαμῶ. καὶ πάντα τὰ ὄντα καὶ μηδὲν ὄντα ἐν τῷ θεῷ, καὶ οὐ θεῷ, καὶ οὗτος αὐτὸς τὰ ὄντα καὶ οὗτος ὄντα καὶ οὐ αὐτοῖς· εἰ μὲν γὰρ μόνον ἦν πανταχοῦ, αὐτὸς ἂν ἦν τὰ πάντα καὶ ἐν πᾶσιν. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐθαμῶ, τὰ πάντα γίνε) δι' αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, ὅπ πανταχοῦ ἐκεῖνο. ἕτερα δὲ αὐτοῦ, ὅπ αὐτὸς ἐθαμῶ. *Deus est ubique, quia nusquam. quæcunque enim sunt sive non sunt ex Deo procedunt & in Deo resident, cum tamen non sit illa quæ sunt, neque illa quæ non sunt, neque in illis resideat. Si enim Deus solum esset ubique, ipse esset omnia & resideret in omnibus. at quia idem ipse nusquam est, necesse est omnia per ipsum fieri & in ipso residere; quia antecedit ubique illum adesse. atque rursus hæc eadem esse longè ab eo alia, quia consequitur eum nusquam esse.* Sed quid ethnici nos morantur? Sublimis ille Christianæ Theologiæ angelus de div. nominib. c. v. finem faciat; Καί ἐστιν ἐξ αὐτῆς ἐν αὐτῇ ἐ αὐτὸ τὸ εἶναι. ἐ αἱ τ' ὅλαι ἀρχαὶ. καὶ τὰ ὅλα πάντα. καὶ τὰ ὁπωσοῦν τῷ εἶναι ἀφωρισμένα. καὶ τῶν ἐκτὸς, ἐ σωφλημμένων, καὶ ἐνιαίως. ἐ γὰρ ἐν μονάδι πᾶς ἀριθμὸς ἑνοειδῶς προϋφέστηκε. καὶ ἔκ πάντα ἀριθμὸν ἡ μονὰς ἐν ἑαυτῇ μοναχῶς. καὶ πᾶς ἀριθμὸς ἡνωμένος) μὲν ἐν τῇ μονάδι. καθ' ὅσον δὲ τὸ μονάδα προέισι. κ' τοσοῦτον ἀφωρισμένος), καὶ πληθυνόμενος). ἐ ἐν κέντρῳ πᾶσαι αἱ ἐκ κύκλῳ γραμμαὶ κ' μίαν ἕνωσιν συνυφεστήκασι. ἐ πάσας ἔχει τὸ σημεῖον ἐν ἑαυτῷ πὰς δυνάμεις ἑνοειδῶς ἡνωμένας πρὸς τε ἀλλήλας, ἐ πρὸς τὸν μίαν ἀρχὴν, ἀφ' ἧς προῆλθον. ἐ ἐν αὐτῷ μὲν τῷ κέντρῳ πανταχοῦ ἥνωνται). βορρᾶ δὲ αὐτὸ ἀφεστᾶσαι, βορρᾶ δὲ καὶ ἀφωρισμένον). μᾶλλον ἢ ἀποστᾶσαι, μᾶλλον. ἐ ἀπλῶς, καθ' ὅσον τῷ κέντρῳ πλησιαίτεραί εἰσι, κ' τοσοῦτον ἐ αὐτῷ, ἐ ἀλλήλαις ἥνωνται). ἐ καθ' ὅσον αὐτὸ. κ' τοσοῦτον καὶ ἀλλήλων διεστήκασιν. *Est autem ex ipsa bonitate atque in ea ipsum simpliciter esse entiumque principia: atque entia omnia: & quæ quomodo libet passim ipsa essentia continentur. Sunt, inquam, ibi hæc absolutè, collectimque & unitè. Nempe in unitate numerus omnis præest uniformiter: habetque unitas omnem in se numerum singulariter. Omnisque numerus unitus quidem est in unitate: quatenus vero inde progreditur, eatenus discernitur atque multiplicatur. In centro similiter omnes circuli lineæ simul conjunctæ consistunt. ipsumque punctum habet omnes in se rectas lineas simul unitas tam invicem quam ad principium unum, ex quo pariter processerunt. Iam verò in ipso centro penitus sunt conjunctæ: parum vero discedentes inde, parum quoque inter se discernuntur: longius autem inde distantes, longius. atque simpliciter, quantum centro viciniores sunt, tantum & ipsi & invicem sunt conjunctæ. quantum rursus ab ipso discedunt, tantundem & inter se distant.* Nec tantum similis est Deus centro, quòd entia omnia ex eo, tanquam lineæ è centro emanent, sitque eorum principium & origo. ut centrum linearum. sed quemadmodum circumferentia sphæræ terminantur lineæ, quas omnes eadem circumferentia complectitur, neque ulla earum est quam non contineat, quippe cum nulla extra eam sit. atque ut in Sphæra solida partes, quæ intus moventur, circumferentia continet: Ita divinæ substantiæ forma in externa non dilabitur nec externum in se quid suscipit, quia supra & extra omnia entia est, & tamen rebus omnibus præsens est: Unde rectè Boëtius ait eam instar molis sphæræ omnia continere & concludere, immotamque ipsam, centri instar, universum hoc motu modoque incogitabili agitare. Quin & hinc Dei magnitudinem potentiamque Parmenides prædicabat his ὡσεὶ ἔ ὅλῃ versibus,

Πάντοθεν δύκύκλῳ σφαίρας ἐναλίγκιον ὄγκῳ
Μεσσόθεν ἰσοπαλὲς πάντῃ. τὸ γὰ ἔτε τι μεῖζον,
Οὔτε βεβαίοτερον πέλοι.
Persimile æqualis nam sphæræ est undique moli
Undique de medio spatia æque distat ad ima:
Illo nil majus, nihil est & firmius illo.

Male Proclus legit lib. III. Theol. Plat. Οὔτε τι βαιότερον. falsum enim est toto nihil minus esse. Hermes quoque c. IX. Τὰ

rerum orbem mobilem rotat, dum se immobilem ipsa conservat. Quod si rationes quoque non extra petitas, sed intra rei, quam tractabamus, ambitum collocatas agitavimus, nihil est quod admirere, cùm [2] Platone sanciente didiceris, cognatos, de quibus loquimur, rebus oportere esse sermones.

METRUM XII.

Felix, qui potuit boni
Fontem visere lucidum:
Felix, qui potuit gravis
Terræ solvere vincula.
Quondam funera conjugis
[3] *Vates Threicius gemens,*
[4] *Postquam flebilibus modis*

Silvas

Τὰ γὰ ὅλῳ ὁ θεὸς ἔχει, καὶ ἔτε αὐτὸ ἐδὲν ἀλλός, ἔτε αὐτὸς ἐδενός. *Quæ enim sunt, Deus habet; & extra ipsum nihil, & ipse extra nihil.* Vallin.

1 *Rerum orbem.*] Verba hæc & quæ sequuntur in textum induximus suoque auctori restituimus. neque enim glossema est, ut hactenus omnes putaverunt. Totius loci sensus est, *Divinæ substantiæ forma* [τὸ εἰδὸ χῆμα, ad quod refertur, σύγκλιστον] *nec in externa dilabitur, nec externum aliquid in se suscipit, sed similis moli sphæræ undique æqualis, rerum orbem mobilem rotat dum se immobilem ipsa conservat.* Neque id ex conjectura fecimus, sed quod ita haberent omnes manu exarati, quotquot vidimus, codices: addito in plerisque Græco versui suo qualiquali glossemate. Sic alibi non semel Boëtius. lib. III.

——— *Stabilisque manens das cuncta moveri.*

Et lib. IV.

Et volucrem currum stabilis regit
Rerum coruscus arbiter.

Nimirum primus motor, ut demonstrat Aristot. lib. VIII. Physic., ἀκίνητ ἀκινεῖ, *immotus movet.* Idem.

2 *Platone sanciente.*] In Timæo, Ὡς ἄρα τὺς λόγυς ὧνπέρ εἰσιν ἐξηγηταὶ, τύτων αὐτῶν καὶ ξυγγυεῖς ὄντας. *Sermones iis rebus, quarum nuncii & interpretes sunt, cognatione atque affinitate quadam convenire debere.* Cum & Sallustius Stoïcus τὺς περὶ θεῶν λόγυς ὁμοίυς εἶναι τοῖς περὶ ἐκείνους, *de Diis sermones, Diis esse quam simillimos velit. Idem.*

3 *Vates Threicius.*] Orphea intelligit, de cujus ad inferos descensu, apud eosdem cantu, & denique interitu succincte P. Merula ad lib. I. Annal. Ennii: fusissime vero L. Vives ad Augustinum libro decimo octavo de Civitate Dei, capite decimoquarto. *Sitzm.*

4 *Postquam flebilibus modis.*] Seneca in Herc. Oet. ℣. 1036.

Illius stetit ad modos
Torrentis rapidi fragor,
Oblitusque sequi fugas
Amisit liquor impetum:
Et dum fluminibus mora est,
Defecisse putant Geten
Hebron Bistones ultimi.
Advexit volucrem nemus,
Et sylva residens venit;
Aut si qua aëre pervolat,

Audiit

Silvas currere mobileis,
Amneis stare coëgerat,
[1] *Junxitque intrepidum latus*
Sævis cerva leonibus,
[2] *Nec visum timuit lepus*
Jam cantu placidum canem,
Cùm flagrantior intima
Fervor pectoris ureret,
Nec qui cuncta subegerant,
Mulcerent dominum modi,
[3] *Immiteis superos queren,*
[4] *Infernas adiit domos.*
Illic blanda sonantibus
Chordis carmina temperans,

Quid-

Auditis vaga cantibus
Aves deficiens cadit.
In Medea ℣s.626.
Cujus ad chordas modulante plectro
Restitit torrens, siluere venti:
Cui suo cantu volucris relicto
Adfuit tota comitante sylva.
Idem in Herc. Fur. ℣s.571.
Quæ sylvas, & aves, saxaque traxerat
Ars, quæ præbuerat fluminibus moras:
Ad cujus sonitum constiterant feræ:
Mulcet non solitis vocibus inferos,
Et surdis resonat clarius in locis.
Idem.

1 *Junxitque intrepidum latus.*] Senec. in Herc. Oet. ℣s.1054.
Ad cantus veniunt suis
Ipsæ cum latebris feræ:
Juxtaque impavidum pecus
Sedit Marmaricus leo.
Senec. in Oed. ℣s.149.
Non lupos cervi metuunt rapaces,
Cessat irati fremitus leonis.
Idem.

2 *Nec visum timuit lepus.*] MS. Rittersh. *tremuit.* Senec. in Herc. Fur. ℣s.1058.
Nec damæ trepidant lupos:
Et serpens latebras fugit
Tunc oblita veneni.
Claudian. lib.2. De Rapt. Proserp. in Præfatione:
Securum blandi lepores fovere molossi,
Vicinumque lupo præbuit agna latus.
Martian. Capella lib. 9. De Nupt. Philolog.
Carmine quo Strymon continuit latices,
Quo impune accubuit rictibus agna lupi,
Et lepus immiti contulit ora cani.
Idem.

3 *Immites superos querens.*] Senec. in Herc. Fur. ℣s.560.
Immites potuit flectere cantibus
Umbrarum Dominos, & prece supplici
Orpheus, Eurydicen dum repetit suam.
In Herc. Oet. ℣s.1061. & seqq.
Quin per Tænaria fores
Manes cum tacitos adiit,
Mœrentem feriens chelym,
Cantu Tartara flebili
Et tristes Erebi Deos
Movit: nec timuit Stygis
Juratos superis lacus.
Idem.

4 *Infernas adiit domos.*] Harum descriptionem habes apud Senecam in Herc. Fur. Act. 3. & Virgil. 6. Æneid.
Idem.

1 *Deæ*

Quidquid præcipuis [1] *deæ*
Matris fontibus hauserat,
Quod luctus dabat impotens,
Quod luctum geminans amor
Deflet, [2] *Tænara commovens,*
Et dulci veniam prece
[3] *Umbrarum dominos rogat.*
Stupet [4] *tergeminus novo*
Captus carmine janitor,
Quæ sontes agitant metu
[5] *Ultrices sclerum deæ,*

Jam

1 *Deæ matris.*] Orpheus Calliopes, Musarum reginæ filius perhibetur à Mythologis. Senec. in Med. ℣s.625.
—— *vocali genitus Camœna.*
Horat. 1. Carm. Od. 12.
Unde vocalem temere insecutæ
Orphea sylvæ
Arte materna rapidos morantem
Fluminum lapsus, celeresque ventos.
Phædrus in Præfat. lib. 3. Fab.
Threïssa cum gens numeret auctores suos,
Linoque Apollo sit parens, Musa Orpheo.
Lyram autem Orphei his versibus celebrat Manil. lib. 1.
At Lyra diductis per cælum cornibus inter
Sidera conspicitur, qua quondam cœperat Orpheus
Omne quod attigerat cantu, manesque per ipsos
Fecit iter, domuitque infernas carmine leges:
Huic cælestis honos, similisque potentia causæ,
Tunc sylvas, & saxa trahens, nunc sidera ducit,
Et rapit immensum Mundi revolubilis orbem.
Idem.

2 *Tænara.*] Apuleius lib. 6. Metam. *Lacedæmon Achaiæ nobilis civitas non longe sita est. hujus conterminam, deviis abditam locis, quære Tænarum in ibi spiraculum Ditis, & per portas hiantes monstratur iter invium, &c.* Idem.

3 *Umbrarum Dominos.*] *Umbrarum Reges*, Stat. 5. Sylvar. *Umbrarum famuli*, Val. Flacc. lib. 3. *Umbrarum populus.* Prudent. Cathem. Hymn. 5. *Idem.*

4 *Tergeminus janitor.*] Silius Ital. lib. 2.
—— *formaque trifauci*
Personat insomnis lacrimosæ janitor aulæ.
Claudian. De Raptu Proserp.
—— *latratum triplicem compescuit ingens*
Janitor. ——
Apuleius lib. 6. Metam. *Canis pergrandis trijugo & satis amplo capite præditus, immanis & formidabilis, conantibus oblatrans faucibus, mortuos, quibus jam nil mali potest facere, frustra territando, ante ipsum limen, & atra atria Proserpinæ semper excubans, servat vacuam Ditis domum.* Idem.

5 *Ultrices Deæ.*] Senec. in Med. ℣s.966.
Discedere à me frater ultrices Deas
Manesque ad imos ire securos jube.
Idem in Oct. ℣s.914.
Tartara testor, Erebique Deas,
Scelerum ultrices. ——
Quintilian. Declamat. 4. *Quorum scelere violatus dies mundum subito mutavit, quos per maria terrasque fugientes furiales faces, & Ultricum Dearum terror agitavit.* Eumenides etiam Pœnæ vocantur.

Stat.

Jam mœstæ [1] lacrimis madent.
[2] Non Ixionium caput
Velox præcipitat rota,
Et [3] longa sitè perditus
Spernit flumina Tantalus.
[4] Vultur dum satur est modis,
Non traxit Tityi jecur.

Tandem

Stat. 8. Thebaid.
Sævaque multisonas exercet Pœna cathenas.
Silius lib. 2.
Atque omnes adsunt Pœnæ. ——
Ad quem versum vide quæ notavit ingeniosissimus Daniel Heinsius. *Idem.*

1 *Lacrimis madent.*] Senec. in Oct. ℣. 681.
—— *quod secretum petis*
Turbata vultu? cur genæ lacrimis madent?
Idem.

2 *Non Ixionium caput.*] Senec. in Herc. Fur. ℣. 749.
Rapitur volucri tortus Ixion rota.
In Herc. Oet. ℣. 1068.
Hæsit non stabilis rota
Victo languida turbine.
Pindarus Pyth. Od. 2.
-- ὲν πελεθνὶ τροχῷ
παλὰ κυλινδόμενον.
De Ixione passim etiam alibi Seneca in Thyest. nimirum ℣. 8. in Med. ℣. 744. in Agam. ℣. 15. in Oct. ℣. 614. in Herc. Oet. ℣. 945. & ℣. 1011. Seneca Philosophus epistola 24. Tibullus lib. 1. Eleg. 3. ubi videris Scholia M. Anton. Mureti. Virgil. 3. & 4. Georg. *Idem.*

3 *Et longa sitè.*] Hinc vocatur *siccus* apud Sen. in Thyest. ℣. 136.
Sicci progenies impia Tantali.
Idem de eod. in Herc. Oet. ℣. 1075.
Tunc primum Phrygius senex
Undis stantibus immemor
Excussit rabidam sitim,
Nec pomis adhibet manus.
In Herc. Fur. ℣. 751.
In amne medio faucibus siccis senex
Sectatur undas, abluit mentum latex,
Fidemque cum jam sæpe decepto dedit
Perit unda in ore: poma destituunt famem.
Vide præterea Senec. in Thyest. Chor. 1. ubi copiosè pœnam depingit Tantali. Item in Hippolyt. ℣. 1227. In Medea ℣. 745. in Agam. ℣. 19. & 769. in Oct. ℣. 612. in Herc. Oet. ℣. 944. *Idem.*

Sitè.] Pro *siti*, ut *mare* pro *mari*, *rete* pro *reti*. Varro Atacinus:
Clauditur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.
Phædrus lib. 4.
Aliquot venit sæculis rete territus.
Ovid. in Halieut.
Clausus rete lupus quamvis immanis & acer. Idem.

3 *Vultur dum satur est modis.*] Senec. in Herc. Fur. ℣. 1070.
Increvit Tityi jecur
Dum cantus volucris tenet.
Idem in Thyest. ℣. 9.
Aut pœna Tityi, semper accrescens jecur
Visceribus atras pascet effossis aves.
Tityi, cujus impurum spiritum renascens Pœna torquere fingitur, præter Senec. in Herc. Fur. ℣. 755. in Herc. Oet. ℣. 947. Hippolyt. versu 1228. Agamemnone ℣. 18. Octav. ℣. 613. meminit Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 2. Lactant. lib. 7. Divin. Institut. cap. 21. De his vero aliisque inferorum pœnis Lucretius in fine lib. 3. Macrobius lib. 1. in somnium Scipionis cap. 10. *Idem.*

1 *Tan-*

[1] Tandem, Vincimur, arbiter
Umbrarum miserans ait:
Donamus comitem viro
Emtam carmine conjugem:
Sed [2] lex dona coërceat,
Ne, dum Tartara liquerit,
Fas sit lumina flectere.
[3] Quis legem det amantibus?
Major lex amor est sibi.
Heu, noctis prope terminos
Orpheus Eurydicen suam
[4] Vidit, perdidit, occidit.

Vos

1 *Tandem, vincimur, arbiter.*] Senec. in Herc. Fur. ℣. 605.
Tandem mortis, ait, vincimur, arbiter
Evade ad superos lege tamen data:
Tu post terga tui perge viri comes;
Tu non ante tuam respice conjugem,
Quam clara Deos obtulerit dies,
Spartanique aderit janua Tænari.
In Thyest. ℣. 14.
Supplicia functis durus umbrarum arbiter
Disponis. ——
Claudian. de Rapt. Proserp. ℣. 55.
—— *ô maxime noctis*
Arbiter, umbrarumque potens. ——
Sitzm.

2 *Lex dona coërceat.*] Lex Orphea, apud Stat. in Epicedio Patris: *Ipse madens oculis, umbrarum animæque sacerdos*
Præcinerem gemitum, cui te nec Cerberus omni
Ore, nec Orpheæ quirent avertere leges.
Idem.

3 *Quis legem det amantibus.*] Senec. in Herc. Fur. ℣. 611.
Odit verus amor, nec patitur moras,
Munus dum properat cernere perdidit.
In Herc. Oet. ℣. 1083.
Conseptas iterum Deæ
Supplent Eurydices colos.
Sed dum respicit immemor,
Nec credens sibi redditam
Orpheus Eurydicen sequi,
Cantus præmia perdidit:
Quæ nata est, iterum perit.
Hoc in fine Carminis monere volui, Boëthium nostrum, licet quædam ex Senecæ Tragœdiis more suo hinc inde sit mutuatus, ut affatim ostendimus: omnino tamen filum Virgilianum in recensenda lepidissima illa fabula fuisse sequutum. si cui libuerit, legat lib. 4. Georg. & me vera commemorasse deprehendet. *Idem.*

4 *Vidit.*] In amatoriis deliciis primus gradus est videre. nimirum Ovidius,
—— *oculi sunt in amore duces.*
Theocritus:
Ὡς ἰδον, ὡς ἐμάνην.
Quod est Virgilio,
Ut vidi, ut perii.
Secundus, *colloqui*. Tertius, *contrectare*; in quo tamen longè minorem quam in visu voluptatem constituit apud Achil. Tatium, ἐρωτικῶν lib. 1. amator ille, Οὐκ οἶδας οἷόν ἐστιν ἐρωμένῃ τῷ βλεπομένῃ. μείζονα τὴν ἔργων ἔχει τὸν ἡδονὴν. ὀφθαλμοὶ γὰρ ἀκινήλοις ἀνέχανακλώμενοι, ἀπομυσάττουσιν ὡς ἂν καλὸπλοιον τὸ σωμάτων τὰ εἰδωλα. ἡ δὲ ἁφὴ καλλος ἀπορροὴν, δι' αὐτῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταῤῥέουσα, ἔχει πνὰ μιξιν ἐν ἀπορρήτῳ.

Vos hæc fabula respicit,
Quicumque in superum diem
Mentem ducere quæritis.
Nam qui Tartareum in specus
Victus lumina flexerit,
Quidquid præcipuum trahit,
Perdit, dum videt inferos.

ἀπορώσῃ. ἢ ὀλίγον ἐστὶ τὸ τῶν σωμάτων μίξεως. κενὴ γάρ ἐστι σωμάτων συμπλοκὴ· ὀφθαλμὸς ἢ φιλίας πρόξενος. *An nescis majorem in exoptata* virgine *contemplanda voluptatem esse, quam in contrectanda? Nam dum sese oculi mutuo respectant, imagines corporum, speculorum instar, suscipiunt: pulchritudinis autem simulachra ipsis à corporibus missa, & oculorum ministerio in animam illabentia, nescio quam, sejunctis etiam corporibus ipsis, permistionem sortiuntur, corporum congressu, qui certe inanis est, longe jucundiorem. Conciliatores enim amoris oculi sunt.* Et revera contrectatio, nisi legitima sit; fere non pudicarum est. quod videre est in præfracta illa Nævii meretrice, his apud Isidorum versibus sic à doctissimo Scaligero emendatioribus factis; suis ad Festum castigationibus,

— *Quasi in choro pila*
Ludens datatim dat se, & communem facit:
Alium tenet: alii nutat: alibi manus
Est occupata: alii perpellit pedem.
Alii anulum dat spectandum à labris.
Alium invocat. cum alio cantat. attamen
Alii dat digito literas.

In quibus tamen quia ineptum est legere quemquam pila *in choro* ludere, sic eos emendare potes ex veteri nostro Isidori codice;

— *Quasi in foro ludens pila*
Digitatim dat sese, & communem facit.
Alium tenet, alii annutat: alii manus
Est occupata. alii perpellit pedem,
Alii dat anulum expetendum à labris:
Alium invocat, cum alio cantat, attamen
Alii digito dat litteras.

Nec repugno si quis, propius ad metricam rationem, sic secundum restituat,

Sese digitatim dat, & communem facit.

Eoque fortasse sic locus ille legendus videtur, quod eum in verbo *datatim* Nonius non adducit. Est quoque vetus epigramma Græcum, inter nondum edita, quo ex pilæ lusus similitudine, venerius ille ac mutuus amor designatur;

Σφαιρεστὴν τ' ἔρωτα τρέφω. σὺ δ' Ἠλιοδώρᾳ
Βάλλῃ τὴν ἐν ἐμοὶ παλλομένην κεφαλήν.
Ἀλλάγε συμπαίκτῳ δέξαι πόθον, εἰ δ' ἀπὸ σεῦ με
Ῥίψαις, οὐκ οἶσθ' τὸν ἀπείλαντον ὄφελον.

Vallin.

ANICII

ANICII MANLII SEVERINI BOETII CONSOLATIONIS PHILOSOPHIÆ LIBER QUARTUS.

ARGUMENTUM LIBRI.

Mirantem cur mala bonis, bona autem malis contingant, docet Philosophia, bonos potentes, malos impotentes esse. illis præmia, his supplicia constituta: malos miseriores si inferunt injuriam, si & impuniti permanent: Post definit quid providentia, quid fatum. Deinde omnem fortunam, seu jucundam, seu asperam, bonum esse.

PROSA I.

HÆC cùm Philosophia, dignitate vultus, & oris gravitate servata, leniter suaviterque ceciniſſet, tum ego, nondum penitus insiti mæroris oblitus, intentionem dicere adhuc aliquid parantis abrupi. Et ô, inquam, veri prævia luminis, quæ usque adhuc tua fudit oratio, cum sui speculatione divina, [1] tum tuis rationibus invicta patuerunt; eaque mihi, & si ob injuriæ dolorem nuper oblita, non tamen antehac prorsus ignorata dixisti. Sed ea ipsa est vel maxima nostri causa mæroris, quod cùm rerum bonus rector existat, vel esse omnino mala possint, vel impunita prætereant. [2] quod solum quanta dignum sit admiratione, profectò consideras. At huic aliud majus adjungitur: nam imperante florenteque nequitia, virtus non solùm præmiis caret, verum etiam sceleratorum pedibus subjecta calcatur,

1 *Tum tuis rationibus invicta.*] Non displicet quod in meo scripto est: *tum suis.* Bern.

2 *Quod solum, quanta dignum sit admiratione, profecto considera.*] Suspecta lectio. Mallem: *perfecte considera.* Sitzm.

catur, & in locum facinorum supplicia luit. Quæ fieri in regno scientis omnia, potentis omnia, sed bona tantummodo volentis Dei, nemo satis potest nec admirari, nec conqueri. Tum illa, Et esset, inquit, infiniti stuporis, omnibusque horribilius monstris, si, uti tu existimas, [1] in tanti veluti patrisfamilias dispositissima domo, vilia vasa colerentur, pretiosa sordescerent: sed non ita est. Nam si ea, quæ paullo antè concluſa sunt, inconvulsa servantur, ipso, de cujus nunc regno loquimur, auctore cognosces, [2] semper quidem potentes bonos esse, malos verò abjectos semper, atque imbecilleis; nec sine pœna unquam esse vitia, nec sine præmio virtutes; bonis felicia, malis semper infortunata contingere, multaque id genus, quæ sopitis querelis firmâ te soliditate corroborent. Et quoniam veræ formam beatitudinis me dudum monstrante vidisti, quò etiam sita sit agnovisti, decursis omnibus, quæ præmittere necessarium puto, viam tibi, quæ te domum revehat, ostendam. Pennas etiam tuæ menti, quibus sese in altum tollere possit, affigam, ut perturbatione depulsâ, [3] sospes in patriam, meo ductu, meâ semitâ, meis vehiculis revertaris.

METRUM I.

[4] *Sunt etenim* [5] *pennæ volucres mihi,*

Quæ

1 *In tanti patrisfamilias dispositissima domo.*] Vid. Lactantium, lib. 2. Divin. Instit. c. 10. *Sitzm.*

2 *Semper quidem potentes bonos esse, malos vero abjectos semper.*] Ultimum illud *semper* non est in MS. Rittershus. *Idem.*

3 *Sospes in patriam revertaris.*] Vide B. Augustin. libro nono De Civitate Dei, in fine capitis decimi sexti; & ibi Lud. Vivem. *Idem.*

4 *Sunt, &c.*] Hoc Carmen explicabit Cic. de Som. Scip. ejusque Commentator Macrob. lib. 1. cap. 17. Adhibe insuper Apuleium lib. de Mundo, Martian. Capell. lib. 2. de Nupt. Philolog. *Idem.*

Sunt enim pennæ volucres mihi.] MS. Erfurt. & Edit. Norimb. *Sunt etenim p. v. m.* Idem.

5 *Pennæ volucres mihi.*] Pennas dat Philosophia. recte: ea enim facultates animæ juvat, eamque τῶν παθῶν violentia ἐπὶ γῆν dejectam, recuperatis aliis sustollit ad cœlestia & ad Deum. Plato in Phædro, Anima, inquit, ad inferiora prolapsa pennarumque confractionem passa, erigitur per contemplationem, scilicet

Quæ celsa conscendant poli:
Quas sibi cum [1] *velox mens induit,*

Terras

scilicet ἀνακύψασα εἰς τὸ ὄντως ὄν. διὸ δὴ δικαίως μόνη πτερᾶται ἡ τοῦ φιλοσόφου διάνοια. ἀεὶ γὰρ ἐκείνοις κατὰ δύναμιν, οἷς ὡς ὁ θεὸς ὢν, θεῖος ἐστι. τοῖς δὴ τοιούτοις ἀνὴρ ὑπομνήμασιν ὀρθῶς χρώμενος, τελέως ὄντως μόνος γίνεται, *ad id quod vere est rursus oculorum aciem convertens. quocirca sola philosophi cogitatio recuperat alas. nam in illis, quantum fieri potest, memoria semper obversatur, in quibus, ut divinis nimirum, ille qui versatur, divinus est.* Idemque sibi vult paulo ante cum ait, ei animæ optimas esse alas, ἡ μὲν ἄρισται θεᾷ ἑπομοιωθῆναι καὶ εἰκασθῆναι, *quæ optime* DEUM SECUTA *est, & ad ejus* SIMILITUDINEM *conformata.* quod totius Philosophiæ finis est; ut supra annotatum. Quis autem sit ascensus iste mentis ad Deum & quomodo fiat, videndus Hierocles commentario aureo à pag. 255. Hermes vero, Τοῦτο μόνον σωτήριον ἀνθρώπῳ ἐστὶν, ἡ γνῶσις τοῦ Θεοῦ. αὕτη εἰς τὸν ὄλυμπόν ἐστιν ἀνάβασις. *Hæc unica salus hominis est, cognitio Dei; hic in Olympum est ascensus.* Vall.

1 *Velox mens.*] Mentis seu Animæ humanæ virium facultatumque, eandem penitus descriptionem habet Hermes Poëmandro. Dicas illuc respexisse Boëtium; Πεπλῆχθαι γὰρ αὐτὴν [ψυχὴν] κέλευσον ἐπὶ τὸ ἀκεανόν. καὶ ἔστιν ἐκεῖ πάλιν ταχέως ἔσται. ἐφ' ὃς μεταβῆσαι ἀπὸ τόπου εἰς τόπον, ἀλλ' ὡς ἐκεῖ ἔσται. κέλευσον γὰρ αὐτῇ καὶ εἰς τὸ ἀέρινον ἀναπτῆναι. καὶ δὲ πτερῶν δεηθήσεται. ἀλλ' ἐστὶ αὐτῇ ἐστὶν ἐμποδίων. ἐστὶ τοῦ γὰρ ἡλίου πρὸς, ἐφ' ὁ αἰθὴρ, ἐφ' ἡ δίνη, ἐφ' ἃ τοῦ ἄλλων ἀστέρων σώματα. πάντα γὰρ ἀφεμῶσαι, ἀναπλήσεται μέχρι καὶ ἐσχάτου σώματος. εἰ γὰρ βλεπθείης καὶ αὐτὸ ὅλον ἀφορήξασαν, καὶ τὰ ἐκτὸς, εἰ μέλλει ἐκτὸς, καὶ σῶμα θεάσαι), ἔξεστί σοι. ἴδε ὅσων δύναμιν, ὅσον τάχος ἔχει, *Jubeto* eam *transire ad Oceanum, ita prius quam jusseris ibi erit; inde, ubi nunc est, nequaquam discedens. Jubeto & ipsam in cœlum volare; nullis pennis egebit, nihil ejus obstabit cursui, non solis incendium, non ætheris amplitudo, non vertigo cœlorum, non syderum reliquorum corpora, quin penetrans omnia, ad supernum usque corpus transcendat. Quin etiam si volueris ipsum universum transire, & ea quæ extra mundum sunt [si quid extra est] contemplari, id quoque tibi licebit.* Intuere *modo quanta sit animæ tuæ potestas, quanta celeritas!* Ex qua celeritate & agitatione colligebant veteres animæ immortalitatem. nimirum quemadmodum mentis divinæ, licet immotæ, proprium est omnia agitare: ita certum est animam, licet minimè septo suo exeat, ἐπερωμῶλω, ut ait in Phædro Socrates, μεταιωρεῖσθαι τὸ σύμπαν κόσμον διανοεῖσθαι, *alatam, per sublimia versari, & universum mundum disponere.* Quintilianus lib. 1. *Sed non satis perspiciunt, quantum natura humani ingenii valeat, quæ ita est agilis & velox, sic in omnem partem, ut ita dixerim, spectat, ut ne possit quidem aliquid agere tantum unum, in plura vero non eodem die modo, sed eodem temporis momento, vim suam impendat.* Et antè, *Ac sicut aves ad volatum, equi ad cursum, ad sævitiam feræ gignuntur: ita nobis propriæ est mentis agitatio atque solertia. unde origo animi cœlestis creditur.* Idem.

Velox mens.] Ἀπόφθεγμα est Thaletis apud Diogenem Laërt. libro 1. τάχιστον νοῦς· διὰ παντὸς γὰρ τρέχει. Prudent. lib. 2. contr. Symmach.

Spirat enim majora animus, seque altius effert
Sideribus, transitque vias & nubila fati.

De celeritate mentis plura notavit C. Rittershusius Commentar. 5. halieut.

[1] *Terras perosa despicit,*
[2] *Aëris immensi superat globum,*
Nubesque post tergum videt.
Quique agili motu calet ætheris,
[3] *Transcendit ignis verticem,*
Donec in astriferas surgat domos,
Phœboque conjungat vias,
Aut comitetur [4] *iter* [5] *gelidi senis,*
Miles [6] *coruscі sideris,*
Vel quocumque micans nox pingitur,
Recurrat astri circulum,
Atque [7] *ubi jam exhausti fuerit satis,*
Polum relinquat extimum,
Dorsa-

Oppiani, prope finem, ad illud: ὥστε πόημα. quibus addi voluit hæc è Chrysostomo homil. 22. in eam ad Hebræos: παυλὸς πλερῶ καφότερον καὶ ὑψηλότερον ὁ ἡμέτερον νοῦς. ὅταν ὁ καὶ τὸ πολὺ δὲ πυθμένιον λαβὴ χάος, βαθὺ, πόσον ἐστὶ τοῦτο, πῶς ὀξύς, πῶς πάντα φθονοῦσι, πῶς ἀφαφέρει) (f. legend. κάτω φέρει)) ὁδὲ ἀφαπτῆλθ φθὸς τὸ ἔδαφον; ταῦτα ἀφασκευάσωμεν ἡμῖν τὸ πλοῖον. ἀφ' τότων καὶ τὸ πέλαγον ἀφαπτῶμεν θωησόμεθα δὲ κλύδωνον δὲ παφόντον βίε. Sitzm.

1 *Terras perosa despicit.*] Statius 2. Sylvar.

Terras despicis, & sepulcra rides.
Idem.

2 *Aëris immensi superat globum.*] Prudent. in Hamartig.

Nam quia naturam tenuem declivia vitæ
Pondera non reprimunt, nec tardat ferrea compos,
Concretum celeri relegens secat aëra lapsu,
Et superat atque polum fervens scintilla vemensum
Carcereos exosa situs, quibus hæserat exsul. Idem.

3 *Transcendit ignis verticem.*] Cæcilius apud Minut. Felicem: *Sed quatenus indulgentes insano atque ineptolabori, ultra humilitatis nostræ terminos evagamur, & in terram projecti cælum ipsum, & ipsa sidera audaci cupiditate transcendimus, &c.* Idem.

4 *Iter gelidi senis.*] Saturni Planetarum summi. Virgilius:

Frigida Saturni sese quo stella receptet.
Bern.

5 *Gelidi Senis.*] Saturni. Martian. Capella, libro 2. De Nupt. Phil. *Hunc etiam prætergressus circulum, ac pari interjectione sublimis, deorum rigidissimum creatorem in algido hærentem, pruinisque nivalibus conspicatur.* Ita in meis legitur membranis. *Sitzm.*

6 *Coruscі sideris.*] Martem intelligit, de quo Apulcius de Mundo: *Loco tertio Pyroeis; quem multi Herculis, plures Martis stellam vocant.* Et Cassiodor. II. Var. Epist. 36. *Martis sidus ignea celeritate raptatum, decem & octo mensibus deputata sibi discurrit.* Idem.

7 *Ubi jam exhausti fuerit satis.*] Poëta princeps: *Cui numquam exhausti satis sit.* Bern.

1 *Dorsi-*

[1] *Dorsaque velocis premat ætheris*
[2] *Compos verendi luminis.*

Heic

1 *Dorsaque.*] Ex mente Platonis ac Platonicorum, qui existimabant Deum seu summum Jovem habitare supra cœli verticem. Imo & ipsius Aristotelis, qui referente Plutarcho in placit. philosoph. & D. Cyrillo contra Julian. εἰδῶ μὲ χωρισὸν ὀνομάζει τὸν Θεὸν, ἐπιβήνειν ὑ ἀφατίνε) τῇ δ' παυλὸς σφαίρᾳ, *Deum appellat, formam separatam, & Universi sphæram insidere contendit.* Huc spectant quæ habentur libro ejus de Mundo, ante finem, Τῶ μὲ ἓν ἀνωτάτω κὴ ὑπερτάτω ἕδραν αὐτὸς ἔλαχεν, ὑπατός τε ἀφ' τοῦτο ὠνόμασται, κὴ κῦ τ ποιητὼ ἀκρωτάτη κορυφῆ δ' σύμπαντο ἐγκαθιδρυμένον ἑαυτῶ. *superiorem igitur & primam sedem mundi sortitus, ea de causa* ὑπατος, *quasi supremus appellatus est: & ut inquit poëta, in summo culmine universi cœli suum habet domicilium collocatum.* Hermes Asclepio, *Deus supra verticem summi cœli consistens, ubique est, omniaque circumspicit.* Quin & sacri codices id affirmant, Esaiæ cap. LXVI. *Cœlum sedes mea.* & prophetæ regis psal. CXLVIII. *Laudate eum cœli cœlorum.* & post, *Confessio*, seu gloria, *ejus super cœlum & terram.* Quos cœlos cœlorum B. Augustinus cum Platonicis intellectuales vocat lib. XII. Confess. cap. IX. *Nimirum enim*, ait, *cœlum cœli, quod in principio fecisti, creatura est aliqua intellectualis: quamquam nequaquam tibi Trinitati coæterna: particeps tamen æternitatis tuæ.* Et cap. XI. *O beata, si qua ista est, inhærendo beatitudini tuæ; beata, sempiterno inhabitatore te atque illustratore suo. Nec invenio, quid libentius appellandum existimem cœlum cœli domino, quam domum tuam contemplantem delectationem tuam sine ullo defectu egrediendi in aliud; mentem puram concordissime unam stabilimento pacis sanctorum spirituum, civium civitatis tuæ in cœlestibus, super ista cœlestia.* Ergo, ut ait paulo post idem Aristoteles, hæc opinio ex communi more & mortalium consensu obtinet, τῶ ἄνω χώρων ἀποδὸς Θεῷ, *superiora esse Deo tradita.* Locus autem ille ὑπερουράνιος, nunc ἔρανος, id est, Cœlum, ab etymo nimirum vocis ejusdem ἐρανὸς, inquit idem, quasi sit ὁρος τ ἄνω, *finis supremorum* corporum *extimus.* nunc autem ὄλυμπος, hoc est, Deorum sedes, Homero & aliis veteribus dicitur; ut & Virgilio,

Candidus insuetum miratur limen Olympi,
Sub pedibusque videt nubes & sydera Daphnis.

Miratur, inquit, Daphnis, Deus factus, limen Olympi, hoc est, τὸ δ' ἐρανὲ νῶτον, *cœli dorsum* sedem scilicet intellectualium substantiarum, Deorum, ac Beatorum; atque hinc sydera, & inferiora mundi elementa sub pedibus suis videt. *Vall.*

Dorsaque velocis premat ætheris.] Illustravit hæc I. Dusa Fil. in Notis ad Tibull. lib. 2. Eleg. 1. ℣. 88. *Sitzm.*

2 *Compos verendi luminis.*] Non solum locus ille supercœlestis, supra cœli dorsum situs, lumine plenus creditur, utpote quem Platonici vocant ὄσίαν ὄντως ὖσαν, τ ἀληθείας πεδίον κὴ λειμῶνα, *essentiam vere existentem, Veritatis campum & pratum.* Cujus lumen intellectuale cœlo aliisque ordinibus τῶ δ' φωτὸς μεθοσίαν ὐδίδωσι, *Lucis communionem largitur;* κὴ πᾶν ἀρρήτως πληροῖ τ ἐνταῦθα ἀγαθῶν, *& rem omnem ineffabili modo replet singularibus bonis.* Sed veteri Theologiæ Deus quoque lumen dicitur: Φῶς κὴ ζωή ἐστιν ὁ Θεὸς, *Deus est lumen & vita*, inquit Hermes Poëm. cap. I. non corporeum, sed nimirum, ut ait cap. XIII. φῶς νοητὸν, *lumen intelligibile.* Et necui hoc dubium sit, audienda ipsa veritas, Joann. epist. 1. Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐπαγγελία ἣν ἀκηκόαμεν ἀπ' αὐτοῦ,

Heic regum ſceptrum dominus tenet,
Orbiſque habenas temperat,
[1] *Et volucrem currum ſtabilis regit,*
[2] *Rerum coruſcus arbiter.*
Huc te ſi reducem referat via,
Quam nunc requiris immemor,
[3] *Hæc dices, memini, patria eſt mihi,*
Hinc ortus, heic ſiſtam gradum.
Quòd ſi [4] *terrarum placeat tibi*
Noctem relictam viſere,
[5] *Quos miſeri torvos populi timent,*
Cernes [6] *tyrannos exſules.*

PROSA

ᾗ ἀναγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι ὁ Θεὸς φῶς ἐστι καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία, *Et hæc eſt annuntiatio quam audivimus ab eo & annuntiamus vobis, Quoniam Deus lux eſt: & tenebræ in eo non ſunt ullæ.* Cujus appellationis rationem hanc reddit Ariſtoteles, ſeu quiſquis ille eſt, lib. XI. de divina ſapientia ſecundum Ægyptios cap. IV. *Primariæ Lucis appellatione primum opificem exprimimus, neceſſitate quadam coacti. quoniam ejus eſſentiam, qualis ipſa in ſe eſt, explicare non poſſumus neque attingere.* Unde & D. Paulus I ad Timoth. capite VI. Deum habitare tantum ait φῶς ἀπρόσιτον, *lucem inacceſſibilem.* Vall.

Compos verendi luminis.] Virgil. Eclog. 5.

Candidus inſuetum miratur lumen Olympi,
Sub pedibuſque videt nubes & ſidera Daphnis.

Lumen enim ibi legendum, non *Limen*, ut rectiſſime adminiculante H. Giſanio correxit Canterus lib. 4. cap. 2. de iis, qui nimirum ſoluti vinculis corporeis in cælum ſe penetrarunt, unde deſpiciant — *terraſque tractuſque maris.* Illa vero emendatio hoc verſu ſtabilitur. *Sitzm.*

1 *Et volucrem currum ſtabilis regit.*] Vide Notas I. Duſæ Fil. ad Tibull. lib. 4. Carm. 1. v. 130. *Idem.*

Volucrem currum.] Expreſſit hunc locum ex Platonis Phædro: Ὁ μὲν μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, ἐλαύνων πτηνὸν ἅρμα, πορεύεται, διακοσμῶν πάντα, καὶ ἐπιμελούμενος: *Jupiter ille Magnus in Cœlo Dux, volucrem currum agens, it, in ordinem digerens ipſa, & curans.* Vall.

2 *Rerum coruſcus arbiter.*] Auſonius: *Mundi ſupremus arbiter.*
Senec. in Herc. Fur. v. 205.
O magne Olympi rector, & mundi arbiter. Sitzm.

3 *Hæc dices, memini, patria eſt mihi.*] Diog. Laërtius libro I. de Anaxagora: ὅτε καὶ πρὸς τὸ εἰπόντα, Οὐδέν σοι μέλει τῆς πατρίδος; Εὐφήμει (ἔφη) ἐμοὶ γὰρ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος. Paulinus in Epiſt. ad Auſon.

Nec mihi nunc patrii eſt (ut vis) oblivia cæli:
Quin ſummum ſuſpecto Deum, quem qui colit unum,
Hic vere memor eſt cæli. — Idem.

4 *Terrarum noctem.*] *Nox Mundi*, Prudentius Cathem. Hymn. 2. *Idem.*

5 *Quos miſeri torvos populi timent.*] Sen. in Oedipo, verſ. 705.

Qui ſceptra duro ſævus imperio regit,
Timet timentes: metus in auctorem redit.
Idem.

6 *Tyrannos exules.*] Perſtringere hic Boë-

PROSA II.

Tum ego, Papæ, inquàm, ut magna promittis! nec dubito quin poſſis efficere: tu modò quem excitaveris, ne moreris. Primum igitur, inquit, bonis ſemper adeſſe potentiam, malos cunctis viribus eſſe deſertos, agnoſcas licebit: quorum alterum demonſtratur ex altero. Nam cùm bonum, malumque contraria ſint, ſi bonum potens eſſe conſtiterit, liquet imbecillitas mali: at ſi fragilitas clareſcat mali, boni firmitas nota eſt. Sed uti noſtræ ſententiæ fides abundantior ſit, alterutro calle procedam, nunc hinc, nunc inde propoſita confirmans. Duo ſunt, quibus omnis humanorum actuum conſtat effectus; voluntas ſcilicet, ac poteſtas: quorum ſi alterutrum deſit, nihil eſt quod explicari queat. Deficiente etenim voluntate, ne aggreditur quidem quiſque quod non vult: at ſi poteſtas abſit, voluntas fruſtra ſit. Quo fit; ut ſi quem videas adipiſci velle, quod minime adipiſcatur, huic obtinendi quod voluerit, defuiſſe valentiam dubitare non poſſis. Perſpicuum eſt, inquam, nec ullo modo negari poteſt. [1] Quem verò effeciſſe quod voluerit, videas, num etiam potuiſſe dubitabis? Minime. Quod verò quiſque poteſt, in eo validus; quod verò non poteſt, in hoc imbecillis eſſe cenſendus eſt. Fateor, inquam. Meminiſtine igitur, inquit, ſuperioribus rationibus eſſe collectum, intentionem omnem voluntatis humanæ, quæ diverſis ſtudiis agitur, ad beatitudinem feſtinare? Memini, inquam, id quoque eſſe demonſtratum. Num recordaris beatitudinem ipſum eſſe bonum, eoque modo cùm beatitudo petitur, ab omnibus deſiderari bonum? Minimè, inquam, recordor, quoniam id me-

Boëtius regem Theodericum videtur, ut & alibi in hoc opere non ſemel. *Vall.*

1 *Quem verò affeciſſe, quod voluerit.*] MSS. & Edit. Flor. *quem vero effeciſſe.* Sitzm.

id memoriæ fixum teneo. Omnes igitur homines boni pariter, ac mali, indiscreta intentione ad bonum pervenire nituntur? Ita, inquam, consequens est. Sed certum est, adeptione boni, bonos fieri. Certum. Adipiscuntur igitur boni, quod appetunt? Sic videtur. Mali verò si adipiscerentur, quod appetunt bonum, mali esse non possent. Ita est. Cùm igitur utrique bonum petant, sed hi quidem adipiscantur, illi verò minimè; non dubium est, bonos quidem potentes esse, qui verò mali sunt, imbecilles. Quisquis, inquam, dubitat, nec rerum naturam, nec consequentiam potest considerare rationum. Rursus inquit: Si duo sint, quibus idem secundum naturam propositum sit, eorumque unus naturali officio idipsum agat, atque perficiat; alter verò naturale illud officium minimè administrare queat, alio verò modo, quàm naturæ convenit, non quidem impleat propositum suum, sed imitetur implentem; quemnam horum valentiorem esse decernis? Etsi conjecto inquam, quid velis, [1] planiùs tamen audire desidero. Ambulandi, inquit, motum secundum naturam esse hominibus, num negabis? Minimè, inquam. Ejusque rei pedum officium esse naturale num dubitas? Ne hoc quidem, inquam. Si quis igitur pedibus incedere valens ambulet, aliusque, cui hoc naturale pedum desit officium, manibus nitens, ambulare conetur, quis horum jure valentior existimari potest? Contexe, inquam, cetera: nam quin naturalis officii potens, eo, qui idem nequeat, [2] valentior sit, nullus ambigit. Sed summum, inquit, bonum, quod æquè malis bonisque propositum, boni quidem naturali officio virtutum petunt: [3] mali verò variam per cupiditatem, quod adipiscendi boni

1 *Planius tamen audire desidero.*] MS. Erfurt. *plenius t. a. d.* Sitzm.

2 *Valentior sit nullus ambigit.*] MSS. & Edit. Norimberg. *nullus ambigat. Sed summum bonum quod.* Sitzm.

3 *Mali vero variam per cupiditatem.*] MS. Erfurtens. *Mali vero varia cupiditate.* Idem.

boni naturale officium non est, idem ipsum conantur adipisci. An tu aliter existimas? Minimè, inquam, [1] nam etiam, quod est consequens, patet. Ex his enim quæ concesseram, bonos quidem potenteis, malos verò esse necesse est imbecilleis. [2] Rectè, inquit præcurris, idque, uti medici sperare solent, indicium est erectæ jam, resistentisque naturæ. Sed quoniam te ad intelligendum promtissimum esse conspicio, crebras coacervabo rationes. Vide enim quanta vitiosorum hominum pateat infirmitas, [3] qui ne ad hoc quidem pervenire queunt, ad quod eos naturalis ducit, ac pene compellit intentio. [4] Et quid? si hoc tam magno ac pene invicto præeuntis naturæ desererentur auxilio? Considera verò quanta sceleratos homines habeat impotentia. Neque enim levia, aut ludicra præmia petunt, quæ consequi atque obtinere non possunt: sed circa ipsam rerum summam, verticemque deficiunt, nec in eo miseris contingit effectus, [5] quod solum dies, noctesque moliuntur: in qua re bonorum vires eminent. Sicut enim eum qui pedibus incedens, ad eum locum usque pervenire potuisset, quo nihil ulterius pervium jaceret incessui, ambulandi potentissimum esse censeres: ita eum, qui expetendorum finem, quo nihil ultra est, apprehendit, potentissimum necesse est judices. [6] Ex quo fit, quod huic objacet, [7] ut iidem scelesti, iidem viribus omnibus videantur esse deserti.

Cur

1 *Nam etiam, quod est consequens, patet.*] MS. Rittersh. *Nam quod etiam consequens est patet.* Idem.

2 *Rectè, inquit, percurris.*] Audi mecum Veteres, & sententiam acutam effice: *Rectè, inquit, præcurris.* Bern.

3 *Qui ne ad hoc quidem pervenire queunt.*] MSS. *Qui ne ad hoc quidem pervenire queant.* Sitzm.

4 *Et quid? si hoc tam magno ac pæne invicto compellit præeuntis naturæ desererentur auxilio.*] Quid illud *compellit?* ejice, & ex MS. Rittersh. item Edit. Norimb. & Flor. ita lege: *Et quid? si hoc tam magno ac pæne invicto præeuntis Naturæ desererentur auxilio.* Idem.

5 *Quod solum dies noctesque moliuntur.*] MS. Rittersh. *Quod solum diebus ac noctibus moliuntur.* Idem.

6 *Ex quo fit quod huic objacet.*] Codicis mei lectio cur displiceat? *huic adjacet.* Bern.

7 *Ut iidem scelesti, iidem viribus omnibus.*] MSS. cum Edit. Norimbergensi & Florent. *Ut iidem scelesti viribus omnibus.* Sitzm.

Cur enim relictâ virtute vitia sectantur ? insciticâne bonorum ? sed quid enervatius ignorantiæ cæcitate ? An sectanda noverunt ? sed transversos eos libido præcipitat, sic quoque intemperantia fragiles, [1] qui oblectari vitio nequeunt. An scientes, volentesque bonum deserunt, [2] ad vitia deflectuntur ? Sed hoc modo non solùm potenteis esse, sed omnino esse desinunt. [3] Nam qui communem omnium, quæ sunt, finem relinquunt, pariter quoque esse desistunt. Quod quidem cuipiam mirum fortè videatur, ut malos, qui plures hominum sunt, eosdem non esse dicamus : sed ita sese res habet. Nam qui mali sunt, eos malos esse non abnuo : sed, eosdem esse, purè atque simpliciter nego. Nam uti cadaver hominem mortuum dixeris, simpliciter vero hominem appellare non possis : ita vitiosos, malos quidem esse concesserim, sed esse absolute nequeam confiteri. Est enim, quod [4] ordinem retinet, servatque naturam : quod verò ab hac deficit, esse etiam, quod in sua natura situm est, derelinquit. Sed possunt,

1 *Qui oblectari vitio nequeunt.*] Rectius MSS. ut & Edit. Norimb. cum Florent. *Qui obluctari v. n.* B. Augustin. libro 2. de Civ, Dei cap. 5. *Nequaquam istos qui flagitiosissimæ consuetudinis vitiis oblectari magis quam obluctari student, sed illum ipsum Scipionem Nasicam habere de hac re judicem vellem.* Idem.

Qui oblectari vitio nequeunt.] Nemo tam mucosis naribus, ut mendum non persentiscat. quanto melius ut ex scriptis reposui ? *qui obluctari.* Colum. libro VII. *Quum in proscindendo, aut duriori solo aut obviæ radici obluctatus, convellit armos.* Bern.

2 *Ad vitia deflectuntur.*] MSS. *ad vitia desectunt.* Sitzm.

3 *Nam qui communem omnium, quæ sunt, finem relinquunt.*] MS. Rittershus. *Nam qui omnium, quæ sunt, communem finem relinquunt.* Idem.

4 *Ordinem retinet servatque Naturam.*] Socrates & Stoici virtutem ex Natura dicebant esse, quæ prorsus abhorreret à vitiis : quorum in sententiam toto animo abit B. Augustin. lib. 11. de Civ. Dei, cap. 17. ita loquendo : *Vitium contra naturam est, ut non possit, nisi nocere naturæ.* Vide ibidem Ludov. Vivem. Multa etiam in eandem sententiam sunt apud D. Chrysostomum, ex quo hæc mutuatus est disertissimus Vives. Quam scite autem ac sapienter Pindarus Olymp. 9.

Τὸ δ' φυᾷ, κρέπτων ἅπαν.

Et Olymp. 2.

Σοφὸς, ὁ πολ-
λὰ εἰδὼς φυᾷ.

Et Olymp. 13.

ἄμαχον δ' κρύψαι τὸ συγγενὲς ἦθος.

Inde Q. Curt. lib 10. ita scribit de Alexandro : *Hercule juste æstimantibus Regem, liquet, bona naturæ ejus fuisse, vitia vel fortunæ vel ætatis.* Idem.

possunt, inquies, mali : nec ego quidem negaverim; sed hæc eorum potentia non à viribus sed ab imbecillitate descendit. Possunt enim mala, quæ minimè valerent, si in bonorum efficientia manere potuissent. Quæ possibilitas eos evidentius nihil posse, demonstrat. Nam si, uti paullo antè collegimus, malum nihil est, cùm mala tantummodo possint, [1] nihil posse improbos liquet. Perspicuum est. Atque ut intelligas, quænam sit hujus potentiæ vis, summo bono nihil potentius paullo ante definivimus. Ita est, inquam. Sed idem, inquit, facere malum nequit. Minimè. Est igitur, inquit, aliquis, [2] qui omnia posse homines putet? Nisi qui insaniat, nemo. Atqui iidem possunt mala. Utinam quidem, inquam, non possent. Cùm igitur, bonorum tantummodo potens, possit omnia ; non verò queant omnia potentes etiam malorum : eosdem, qui mala possunt, minùs posse manifestum est. Huc accedit, quòd omnem potentiam inter expetenda numerandam, omniaque expetenda referri ad bonum, velut ad quoddam naturæ suæ cacumen, ostendimus. Sed patrandi sceleris possibilitas referri ad bonum non potest. Expetenda igitur non est. Atqui omnis potentia expetenda est. Liquet igitur malorum possibilitatem non esse potentiam. Ex quibus omnibus bonorum quidem potentia, malorum verò minimè dubitabilis [3] apparet infirmitas. [4] veramque illam Platonis

1 *Nihil posse improbos liquet. Perspicuum est.*] MS. Rittersh. non habet duas posteriores voces. Et certe glossema sapiunt. *Sitzm.*

2 *Qui omnia posse homines putet ? Nisi quis insaniat nemo. Atqui.*] MSS. ita distinguunt : *Qui omnia posse homines putet, nisi quis insaniat ? Nemo inquam. Atqui.* Idem.

3 *Apparet infirmitas. Veram illam Platonis.*] MS. item Edit. Norimb. & Flor. *apparet infirmitas, veramque illam Plat.* Idem.

4 *Veramque illam Platonis esse sententiam liquet ; Solos, quod desiderent, facere posse sapientes : improbos vero exercere posse quidem quod libeat ; quod vero desiderent, explere non posse.*] Ex Gorgia Platonis sumptum, ubi Socrates ad Polum : *Assero equidem, ô Pole, tam rhetores quàm tyrannos minimam in civitatibus habere potentiam, quemadmodum paulo ante dicebam : nihil enim (ut ita dixerim) facere*

tonis esse sententiam liquet, Solos, quod desiderent, facere posse sapientes: improbos verò exercere quidem quod libeat, quod verò desiderent, explere non posse. [1] Faciunt enim quælibet, dum per ea, quibus delectantur, id bonum, quod desiderant, se adepturos putant; sed minimè adipiscuntur, quoniam ad beatitudinem probra non veniunt.

METRUM II.

[2] *Quos vides sedere celsos*
[3] *Solii culmine reges,*

Pur-

facere ex his quæ volunt, facere tamen quod sibi opinantibus optimum videatur. Illustrans Philosophi dictum eximie subjicit Boëtius: *Faciunt enim quælibet, dum per ea quibus delectantur, id bonum quod desiderant, se adepturos putant; sed minime adipiscuntur, quoniam ad beatitudinem probra non veniunt.* Bern.

Illam Platonis sententiam.] In Gorgia, & Alcibiade primo, ubi probat Plato, Malos potentes non esse. Præstare pati quam inferre injuriam. Bonos & sapientes solos esse felices: malos vero infelices. Injuriam inferentem, miserum: sed miseriorem, si numquam pœnas luat. Hinc enim rationum suarum momenta hausit auctor noster. Censet quoque Aristoteles lib. v. de Moribus, deterius injuria afficere quam affici: quia afficere, μετὰ κακίας ἧς φεκτὸν ἦν, *cum vitio sit & vituperandum.* affici vero ἀνὺ κακίας ἧς ἀδικίας, *sine vitio & injustitia.* Vall.

1 *Faciunt enim quælibet, dum per ea.*] MSS. & Edit. Norimb. *Faciunt enim quæ libet, &c.* In eundem autem sensum Salvianus lib. 1. de Gub. Dei: *Soleant quamvis esse nonnulli, qui turpia atque obscœna sectantes, & si juxta opinionem suam beati sunt, quia adipiscuntur quod volunt, re tamen ipsa beati non sunt, quia quod volunt, nolle debuerant. Religiosi autem hoc cunctis beatiores sunt, quia & habent, quæ volunt, & meliora quam quæ habent, omnino habere non possunt.* Sitzman.

2 *Quos vides, &c.*] Multos incertos certare hanc rem vidimus, sitne privatorum hominum potius expetenda vita, quam tyrannorum. Nam cum dignitates eorum & opes, & imperia intuentur, omnes eos Diis adæquandos esse censent, qui soli rerum potiuntur. Cum vero timores & periculosæ plenum opus aleæ considerant, rursus quovis modo vitam transigere melius esse existimant, quam in hujusmodi calamitatibus vel amisso regno dominari. Idque etiam quovis lumine clarius elucet ex seq. Carmine. *Idem.*

Quos vides sedere celso Solii culmine Reges.] In MS. Rittersh. & Membran. D. Mariæ Sylvæmontis, quarum meminit Del-rio Comentar. in Senec. leg.

Quos vides sedere celsos
Solii in culmine Reges.

Idem.

3 *Solii culmine.*] Senec. in Troad. ℣. 886.

Hic forsitan te casus excelso magis
Solio reponet. ——

In Thyest. ℣. 390.

Stet quicunque volet potens
Aulæ culmine lubrico.

Idem.

1 *Pur-*

[1] *Purpura claros nitente,*
[2] *Septos tristibus armis,*
[3] *Ore torvo comminantes,*
[4] *Rabie cordis anhelos;*
[5] *Detrahat si quis superbis*
Vani [6] *tegmina cultus,*
[7] *Jam* [8] *videbit intus arctas*
Dominos ferre catenas.
[9] *Hinc enim libido versat*

Avidis

1 *Purpura claros nitente.*] Senec. in Thyest. ℣. 906.

Resupinus ipse purpura atque auro incubat.

In Herc. Fur. ℣. 646.

Aurea rumpunt tecta quietem,
Vigilesque trahit purpura noctes.

Min. Felix: *Fascibus & purpuris gloriaris? vanus error hominis & inanis cultus dignitatis, fulgere purpura, mente sordescere.* Sitzm.

2 *Septos tristibus armis.*] Senec. in Herc. Oet. ℣. 604.

Tu quicunque es qui sceptra tenes,
Licet omne tua vulgus in aula
Centum pariter limina pulset,
Cum tot populis stipatus eas,
In tot populis vix una fides.

Min. Felix: *Rex es? tam times, quam timeris: & quamlibet sis multo comitatu stipatus, ad periculum tamen solus es.* Idem.

3 *Ore torvo comminantes.*] Silius libro 2.

Namque aderat toto ore ferens iraque minasque
Hannibal. ——

Idem.

4 *Rabie cordis anhelos.*] Prudent. Peristeph. Hymn. 2.

Quid ille fervens ambitu
Sitique honoris æstuans
Mersisne anhelat febribus
Atque igne venarum furit.

Idem.

5 *Detrahat si quis superbis.*] Senec. in Agam. ℣. 881.

Detrahere cultus uxor hostiles jubet.

Tertullian. De Virginib. velandis: *O sacrilegæ manus! quæ Deo dicatum habitum detrahere potuerunt.* Idem.

6 *Tegmina.*] Senec. in Troad. versu 270.

Ego esse quicquam sceptra, nisi vanum putem
Fulgore tectum nomen? ——

Idem.

7 *Jam videbit intus arctas.*] Senec. in Herc. Oet. ℣. 648.

O si pateant pectora ditum,
Quantos intus sublimis agat
Fortuna metus. ——

Idem.

8 *Videbit intus arctas.*] Totum carmen deductum ex insigni loco illo Platonis x. de rep. quem sic cum laude designat Tacitus Annalium VI. *Adeo facinora atque flagitia sua ipse quoque in supplicium verterat. Neque frustra præstantissimus sapiens affirmare solitus est, si recludantur tyrannorum mentes, posse aspici laniatus & ictus; quando ut corpora verberibus, ita sævitia, libidine, malis consultis animus dilaceretur. quippe Tiberium non fortuna, non solitudines protegebant, quin tormenta pectoris suasque ipse pœnas fateretur.* Sic enim legendum videtur, non *ipsi verterant*, cum de solo Tiberio loquatur: neque *sapientiæ firmare.* Vallin.

9 *Hinc enim libido.*] Senec. in Hippol. ℣. 539.

——*succensas agit*
Libido mentes. ——

Prudent.

Avidis corda venenis,
[1] *Hinc flagellat ira mentem*
[2] *Fluctus turbida tollens,*
[3] *Mœror aut captos fatigat,*

Prudent. Peristeph. Hymno 2.

Istum libido fœtida
Per scorta tractum publica
Luto & cloacis inquinat,
Dum spurca mendicat stupra.

Sitzm.

1 *Hinc flagellat ira mentem.*] Talem describit Silius Hasdrubalem, libro 1. Sciendum porro Boëthium hic non dicere de omni ira, sed de immodica. Nam neque Deus Opt. Max. omnino iræ vacuus, ut docet Lactant. De Ira Dei, cap. ult. Vide quoque Agell. lib. 1. cap. ult. Ang. Politian. in Dissertatione: An ira in pueris reprobanda? Item Libellum eruditissimum Wolfgangi Heideri, De Ira cohibenda. *Idem.*

2 *Fluctus turbida tollens.*] Lucret. lib. 6.

—— *magnos iravum volvere fluctus.*

Lactantius de Ira Dei, cap. 5. docet, quod *ira, cum in animum cujusquam incidit, velut sæva tempestas tantos excitet fluctus, ut statum mentis immutet, ardescant oculi, os tremat, lingua titubet, dentes concrepent, alternis vultum maculet nunc suffusus rubor, nunc pallor albescens.* Cui plane gemina est, ista hominis irati hypotyposis apud Johannem Chrysostomum Orat. 6. contra Judæos, & homil. 3. in Johannem. Utraque digna est adscribi. Utramque indicio debeo atque amori fidissimi præceptoris Cunradi Rittershusii, cui & majoribus sum beneficiis obstrictus. καὶ ὀργὴ καλεχόμενον, μεθύει πάλιν. ὥστε γὰρ αὐτὸ καὶ ἡ ὄψις οἰδεῖ, καὶ ἡ φωνὴ τραχύνεται, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ γίνονται ὕφαιμοι, καὶ ὁ νῦς σκοτοῦται καὶ ἡ μέμνοια καταπονλίζεται, καὶ ἡ γλῶσσα τρέμει, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ παραφέρονται, καὶ αἱ ἀκραι ἕτερα ἀνθ' ἑτέρων ἀκούουσιν, ἀκράτου παντὸς χαλεπώτερον τὸ ὀργῆς αὐτὸ πληθυσμὸς τῶν μωίσμα, καὶ χάμεῶνα ἐργαζομένης, καὶ ζάλλω ποιούσης ἀπαραμύθητον. Idem altero loco: βάλε μαθεῖν, πόσον τὸ ὀργίζεσθαι κακόν; ὥσθησεν μαχομένοις ἐν ἀγορᾷ ἑτέροις, ἐν δὲ σωτὴρ τῶν ἀχημοσύνων ὁ δυνάμενος ῥαδίως ἰδεῖν, ἐσκοτωμένον καὶ μεθύοντα τῷ λοιμῷ· ἀλλ' ὅταν καθαρθῆναι δὲ πάθος, πάντ' ἐν ἄλλοις θεάσῃ πάσι, τὰ κείσεως σοι μὴ διεφθαρμένα. ὄψει γὰρ τοὺς θυμουμένους, καθάπερ μανομένους, εἰς τὸ μέσον ἀχημοσύνην. ὅταν γὰρ ᾖδεί τὸ σῆθος ὁ θυμὸς ζέσας ἀφανισθῆναι καὶ ἀγελάστως πηδῶσιν οἱ πόδες καὶ σκάλλουσι τοῖς καλέχασι· καὶ μανομένων ἐδὲν διεσήκασι, πλὴς παῦτα πάντα ἀναδυόντες. ἀλλ' ἐδὲ τὰ ἀρχαῖα ὁρῶν, λακτίζοντες, διάκνοιες. ὄντως ἀνὴρ θυμώδης οὐκ ἀνάχημων. Nec dubitat idem sanctiss. Orator alibi dicere, Si homo iratus ipse posset deformitatem suam, quam ira ei conciliat, intueri, nulla alia dehortatione ipsi opus fore, sed ultro eam detestaturum, & animum ab ipsa integrum atque tranquillum conservaturum. *Idem.*

3 *Mœror aut captos fatigat.*] Senec. in Hippol. ℣. 490. De Laudibus vitæ Rusticæ:

Non illum avaræ mentis inflamat furor,
Non aura populi, & vulgus infidum bonis,
Non pestilens invidia, non fragilis favor.
Non ille regno servit, aut regno imminens
Vanos honores sequitur, aut fluxas opes,
Spei metusque liber. haud illum niger,
Edaxque livor dente degeneri petit.
Nec scelera populos inter atque urbes sita
Novit; nec omnes conscius stupet casus.
Haud verba fingit. —— Idem.

1 *Aut*

[1] Aut spes lubrica torquet.
Ergo, cum caput tot unum
Cernas ferre tyrannos,
Non facit, quod optat, ipse
[2] Dominis pressus iniquis.

PROSA III.

Videsne igitur quanto in cœno probra volvantur, qua probitas luce resplendeat? in quo perspicuum est, numquam bonis præmia, numquam sua sceleribus deesse supplicia. [3] Rerum etenim quæ geruntur, illud propter quod unaquæque res geritur, ejusdem rei præmium

1 *Aut spes lubrica torquet.*] Martian. Capella, lib. 1. de Nupt. Philolog.

Cura facit dubium vel spes incerta fatigat.

Sitzm.

2 *Dominis pressus iniquis.*] Herodianus libro primo de Commodo: ἐδεδίεσαν ἢ πᾶσαν αὐτὸν τὸν ψυχὴν νύκτωρ τε, καὶ μεθ' ἡμέραν, ἐπαλλήλοις καὶ ἀκόλαστοι σώμασιν ἡδονῆς. Vide etiam Julianum Imperatorem in Cæsaribus, ubi Silenus ait, Alexandrum Magnum sæpe à dominis iniquis suppressum fuisse, ab ira nimirum, aut ægritudine, aut alia mentis perturbatione; quod tradit etiam Quintus Curtius passim, unde fortis appellari revera vix poterit. Nam ut ait Pub. Syrus:

Fortior est qui cupiditates suas, quam qui hostes subjicit.

Idem.

3 *Rerum enim quæ geruntur.*] Arnobius lib. 7. Adversus Gentes: *Quicquid geritur, debet habere causam sui, neque esse ab omni ratione ita sejunctum, ut in operibus feratur casibus, & in vacuis ludat inanitatis erroribus.* Saluberrime itaque præcipiebat Pythagoras, μηδ' ἀφορβάλου μηδ' ἀνυπόδητον μηδὲν ποιεῖν, ἀλλὰ πρῶτ' ἐφιλείσθαι, τί πρακτέον, εἰς ἢ τὸν νύκτα ἀναλογίζεσθαι, τί ὁλιγήκασιν, ἅμα τὰ σκοπεῖσθαι καὶ τὸν μνήμων γυμναζομένους, ut est apud Jamblichum in ejus vita, cap. 35. Et consimilia his habet Malchus in vita ejusdem Pythagoræ, quæ Manusc. extat apud Rittershusium. Unde ipso non invito hæc in antecessum editionis ipsius profero: Δύο τε μάλιστα καιροὺς παρηγόα ἐν φρονεῖσθαι θεάσ· τὸ μὲν, ὅτε εἰς ὕπνον τρέποιτο· τὸ δ' ὅτε ἐξ ὕπνου ἀφανίσθη. ἐπισκοπεῖν γὰρ ἐφοσήκει ἐν ἑκατέρᾳ τούτων τότε ἤδη πεπραγμένα, καὶ τὰ μέλλοντα. τὰ μὲν γὰρ ἀμαρτήματα ἐθέμιτα παρ' ἑαυτὸν ἔκαστον λαμβάνοντα. τὰ δὲ μελλόντων ἐφόδιον ποιεῖσθαι. ἐφ' ᾧ μὲν οὖν ἐξ ὕπνου ταῦτα ἑαυτῷ τε ἔπη ἐπᾴδειν ἔκαστον·

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι φόσδέξασθαι,
Πρὶν τὰ ἡμερινῶν ἔργων τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν·
Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθη.
ἐφ' ᾧ δὲ τ' ἐξαναστάσεως, ὁμοίνα·
Πρῶτα μὲν ἐξ ὕπνοιο μελίφρονι ἐξυπανιστὰς,
Εὖ μάλα ποιπνύειν, ὅσ' ἐν ἡμαὶ ἔργα τελέσεις.
τοιαῦτα παρήγ. (δηλονότι ὁ Πυθαγόρας.) Sitzm.

mium esse non injuria videri potest : [1] uti currenti in stadio, propter quam curritur, jacet præmium corona. Sed beatitudinem esse idem ipsum bonum, propter quod omnia geruntur, ostendimus. Est igitur humanis actibus ipsum bonum, veluti præmium commune propositum. Atqui hoc à bonis non potest separari. Neque enim bonus ultrà jure vocabitur, qui careat bono; quare probos mores sua præmia non relinquunt. [2] Quantum libet igitur sæviant mali, sapienti tamen corona non decidet, non arescet. Neque enim probis animis proprium decus, aliena decerpit improbitas. Quòd si extrinsecus accepto lætaretur, poterat hoc vel alius quispiam, vel ipse etiam, qui contulisset, auferre. Sed quoniam id sua cuique probitas confert, tum suo præmio carebit, cùm probus esse desierit. Postremò cùm omne præmium iccirco appetatur, quoniam bonum esse creditur, [3] quis boni compotem, præmii judicet expertem? At cujus præmii? omnium pulcerrimi, maximique Memento etenim corollarii illius, quod paullo antè præcipuum dedi, ac sic collige. [4] Cùm ipsum bonum beatitudo sit, bonos omnes eo ipso quòd boni sint, fieri beatos liquet. Sed qui beati sunt, deos esse convenit. Est igitur præmium bonorum, quod nullus deterat dies, nullius minuat potestas, nullius fuscet improbitas, deos fieri. Quæ cùmita sint, de malorum quoq; inseparabili pœna dubitare sapiens nequeat. Nam cùm bonum malumque, item pœnæ atque præmium adversa fronte dissideant, quæ in boni præ-

1 *Uti currenti in stadio.*] Cassiodor. libro octavo Variarum : *Certantes in stadio numerosior corona glorificat : Olympicos currus frequens palma nobilitat : sic vel in levioribus rebus glorioſior efficitur, cui frequenter præmia referuntur.* Sitzm.

2 *Quantumlibet.*] Vetus : *quantum licet.* Bern.

3 *Quis boni compotem præmii judicet expertem.*] Plenius MS. Rittersh. *judicet esse expertem?* Sitzm.

4 *Cum ipsum bonum Beatitudo sit.*] Salvian. de quibusdam Græcis, Sapientiæ sectatoribus, libro primo de Gubernatione Dei : *Tantam* (inquit) *Virtutis vim esse voluerunt, ut non possit esse unquam vir bonus non beatus.* Idem.

1 *Sicut*

præmio videmus accidere, eadem necesse est in mali pœna contraria parte respondeant. [1] Sicut igitur probis probitas ipsa fit præmium ; ita improbis nequitia supplicium est. Jam verò quisquis afficitur pœna, malo se affectum esse non dubitat. Si igitur sese ipsi æstimare velint, possunt ne sibi supplicii expertes videri, quos omnium malorum extrema nequitia non afficit modò, verumetiam vehementer inficit? Vide autem ex adversa parte bonorum, quæ improbos pœna comitetur. Omne namque, quod sit, unum esse, ipsumque unum bonum esse paullo antè didicisti. cui consequens est, ut omne quod sit, id etiam bonum esse videatur. Hoc igitur modo quidquid à bono deficit, esse desistit : quo fit, ut mali desinant esse quod fuerant. [2] Sed fuisse homines, adhuc ipsa humani corporis reliqua species ostentat. quare versi in malitiam, humanam quoque amisere naturam. Sed cùm ultra homines quemque provehere sola probitas possit, necesse est, ut quos ab humana conditione dejecit, [3] infra hominis meritum detrudat improbitas. [4] Evenit igitur, ut quem transformatum vitiis videas, hominem æstimare non possis. Avaritiâ fervet alienarum opum violentus ereptor? [5] lupi similem dixeris. [6] Ferox, atque inquies lin-

1 *Sicut probis probitas ipsa fit præmium, ita improbis nequitia ipsa supplicium.*] Gemina sententia apud Ambrosium Offic. lib. 1. *Ergo impius ipse sibi pœna est, justus autem ipse sibi gratia. Ut utrique aut bonorum, aut malorum operum merces ex se ipso solvitur.* Bern.

2 *Sed fuisse homines adhuc ipsa humani corporis species ostentat. quare versi in mal.*] Plenius MS. Erfurtensis & edit. Norimberg. *Sed fuisse homines adhuc ipsa humani corporis reliqua species ostentat. quare conversi in mal.* Sitzm.

Fuisse homines adhuc ipsa humani corporis species ostentat, quare versi in malitiam.] Bellius meus & Berchemianus optimus codex : *humani corporis reliqua species ostentat. Quare conversi.* Bern.

3 *Infra hominis meritum detrudat improbitas.*] MS. Rittersh. *infra homines merito detr. impr.* Sitzm.

4 *Evenit igitur, ut quem transformatum.*] Homines pro qualitatibus morum & ingeniorum & adfectuum bestiis adæquantur. vide Prolegom. in Oppian. Conrad. Rittersh. & Notas Nicolai Rigaltii ad Procem. Fab. Phædri, libro primo. *Idem.*

5 *Similem lupi dixeris.*] MS. Rittersh. *lupis similem dixeris.* MS. Erfurt. *lupo similem dixeris.* Idem.

6 *Ferox atque inquietus linguam litigiis exercens? cani comparabilis.*] Non improba hæc, sed an sincera? negant Manss.

[1] linguam litigiis exercet? [2] cani comparabis. [3] Insidiator occultis surripuisse fraudibus gaudet? vulpeculis exæquetur. Iræ intemperans fremit? leonis animum gestare credatur. Pavidus, ac fugax non metuenda [4] formidat? [5] cervis similis habeatur. Segnis, ac stupidus torpet? asinum vivit. Levis atque inconstans studia permutat? nihil ab avibus differt. [6] Fœdis immundisque libidinibus immergitur? [7] sordidæ suis voluptate detinetur. Ita fit, ut qui, probitate deserta, homo esse desierit, cùm in divinam conditionem transire non possit, [8] vertatur in belluam.

ME-

qui suggerunt: *atque inquies linguam litigiis exercet? cani comparabis.* Plinius: *Ni animus inquies pascceretur opere.* Sallustius: *Humanum genus inquies atque indomitum.* Bern.

Ferox atque inquietus.] MSS. & edit. Norimb. cum Florent. *Ferox atque inquies.* quæ lectio non repudianda. Tacitus 1. Annal. *Haud minus inquies Germanus spe, cupidine, & diversis ducum sententiis agebat.* Sitzm.

1 *Linguam litigiis exercet.*] Rabulas litigiosos denotat, qui miseros reos empta accusabant vel defendebant lingua, de quibus post Ammian. Marcell. l. 30. J. Cujacius 4. Observat. ult. Andreas Tiraquellus De Nobilitate, cap. 29. J. Dusa filius in suo ad Petron. Spicileg. Fr. Juretus ad Symmach. lib. 3. H. Grotius in Notis ad Martian. Capell. J. Lipsius lib. 2. Elect. cap. 3. Huc refer verba Sen. ex Herc. Fur. v. 172. & seqq. Item Aristophanis, ex Equit. Act. 5. Scen. 2. Et Columellæ Præfat. lib. 1. Idem.

2 *Cani comparabilis.*] MS. Rittersh. *Cani comparabis.* Idem.

3 *Insidiator occultis surripuisse fraudibus.*] MSS. item Edit. Norimb. & Flor. *insidiator occultus s. f.* Idem.

4 *Formidat.*] Apposite utitur hoc verbo. Lineam venatoriam variis pennis consertam, Venatores proprio vocabulo Græce μήκωνθον, Latine *formidinem* ab ipso effectu appellabant, cujus crebra auctoribus mentio. Venuste autem noster: *Pavidus ac fugax non metuenda formidat.* lineas enim pinnasque illas esse κενὸν φόβον quis ignorat? vide C. Rittersh. Commentat. in Oppian. libro quarto Cyneget. v. 387. & eruditiss. viri Isaaci Casauboni in L. Apuleii Apolog. Castigat. quique ab his allata repetit Fr. Juret. in Miscell. ad Symmach. lib. 1. Epist. 47. *Idem.*

5 *Cervis similis habeatur.*] Notissimum, nihil cervis vivere timidius. Quod vero D. Rittersh. in Comment. ad Oppian. lib. 2. Cyneg. v. 182. ex Aristot. Virgilioque monet hoc verum esse de cervis extra quam si libidine stimulentur, testatur etiam Seneca in Hippolyto, his versibus:

Si conjugio timuere suo
Poscunt timidi prælia cervi.

Idem.

6 *Fœdis immundisque libidinibus immergitur.*] Salvian. lib. 7. De Gub. Dei: *Quis potentum ac divitum non in luto libidinis vixit? quis non se barathro sordidissimæ colluvionis immersit?* Idem.

7 *Suis voluptate detinetur.*] Salvian. lib. 4. de Gub. Dei: *Nunquid multarum uxorum labe polluitur: ut canum vel suum more tantas putet conjuges suas esse, quantas potuerit libidine subjugare?* ubi fortean legend. *subigitare.* Idem.

8 *Vertatur in belluam.*] Ex Pythagoræorum & Platonicorum doctrina, ea demum

METRUM III.

[1] *Vela Neritii ducis,*
Et vagas pelago rates
Eurus appulit [2] *insulæ,*
Pulcra quâ residens dea
[3] *Solis edita semine,*
Miscet hospitibus novis
[4] *Tacta carmine pocula.*

Quos

demum vita hominis perfecta est, si mens ejus virtutibus exculta ἐπιστρέφῃ πρὸς τὸν Θεὸν *ad Deum convertatur*, contra verò miserrima, si μένῃ ἀεὶ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγνοίᾳ, *semper in Dei ignoratione hæreat.* Priori enim vivendi ratione, ad Dei: posteriori, ad brutorum similitudinem accedit. Unde conveniens est ut sit homo, ἢ Θεὸς ἢ θηρίον, *aut Deus aut bellua.* Ἐπειδὴν ψυχῆς θηριώδεις κραδήσωσιν ἐπιθυμίαι, φυλάττουσι τὸν ἀνθρωπίνου ἐπιφάνειαν τῇ τοῦ ἔργου ὑπηρεσίᾳ, ἀπέφλιαν τὸ χρώμενον, ἐξ ἀνθρώπου θηρίον: *Simulac enim*, inquit Maximus Tyrius serm. XXXIV. *bellinæ imperant animo libidines, formam quidem* figuramque *humanam integram relinquunt, sui vero obsequio, eum qui utitur hominem in belluam convertunt.* Et mox, ἄφελε τὸν γαστρὸς ἐπιθυμίαν, καὶ ἀφεῖλες ἂν ἀνθρώπου τὸ θηρίον. ἄφελε τὴν αἰδοίων ἐπιθυμίαν, καὶ διέκοψας τὸ θηρίον: *Auferventris libidinem, belluam ab homine sustuleris. aufer pudendorum, amputaveris belluam.* Vallin.

1 *Vela Neritii.*] Cum hoc Carm. confer Ovid. Metam. 14. *Sitzm.*

Vela Neritii ducis.] Ulysses: à Nerito monte Ithacæ. Consule Plinium l. IV. cap. XII. *Bern.*

Neritii Ducis.] Ulysses. Vib. Sequester de Montibus: *Nerithos, Ithacæ: à quo & portus.* Sitzm.

2 *Insulæ, Pulcra qua residens Dea.*] Deos, Deas, hominesque illustriores *Pulcri* epitheto insigniri, docet P. Merula in Comment. ad lib. 1. Annal. Ennii, pag. 178. & pag. 204. *Idem.*

3 *Solis edita semine.*] Circe de se ipsa apud Ovid. 14. Met.

En ego cum Dea sim, nitidi cum filia Solis,
Carmine cum tantum, tantum quoque gramine possim,
Ut tua sim voveo ——

Idem.

4 *Tacta carmine pocula.*] Virgil. 8. Eclog.

Carminibus Circe socios mutavit Ulyssis.

Et pene iisdem verbis Petron. Arbiter in Sat.

—— *Phœbeia Circe*
Carminibus magicis socios mutavit Ulyssis.

Salvian. lib. 5. de Gub. Dei: *Nam suscipiuntur advenæ, fiunt præjudicio habitationis indigenæ exemplo quodam illius maleficæ potentis, quæ tranferre homines in bestias dicebatur: ita & isti omnes, qui intra fundos divitum recipiuntur, quasi Circei poculi transfiguratione mutantur. Nam quos suscipiunt ut extraneos & alienos, incipiunt habere quasi proprios: quos esse constat ingenuos, vertunt in servos.* Symmach. lib. 1. Epist. 41. *Suada Circes pocula.* vide quæ ibi notat Fr. Juret. Meminit & Circes Laërt. lib. 2. in Xenocr. B. August. lib. 18. de civit. Dei, cap. 17. & 18. aliique. Elegantem Mythologiam Circeam habes in Epigrammate Palladæ, quod extat in Antholog. lib. 1. tit. εἰς πόρνας·

Τῷ Κίρκῳ δ' ἔφημι, καθὼς εἴρηκεν Ὅμηρος,
Ἀντ' ἀνδρῶν ποιεῖν ἢ σύας ἢε λύκους.

Quos ut in varios modos
Vertit [1] *herbipotens manus:*
[2] *Hunc apri facies tegit;*
Ille [3] *Marmaricus leo*
Dente crescit, & unguibus;
Hic lupis super additus
Flere dum parat, ululat:
Ille, [4] *tigris ut Indica,*
[5] *Tecta mitis obambulat.*
Sed licet variis malis
[6] *Numen Arcadis alitis*
Obsitum miserans ducem

Peste

Τὰς αὐτῆ σφετέρους· ἑπαίρομαι δ' ὅσα πανοῦργος.
Τὰς δελεασθείσας πλωχοῖτας ἑπαίρω.
Τῶν δ' ἀνθρωπείων ἀπουλήσασα λογισμῶν,
Εἶτ' ἀπὸ τῶν ἰδίων μηδὲν ἔχουσα ἔπι
Ἔτρεφεν, ἔνδον ἔχουσα δικῶν ζώων ἀλογίστων·
Ἔμφρων δ' ὢν Ὀδυσσεύς, τὸν νεόπλουν φυγὼν,
Οὐχ Ἑρμοῦ φύσεως δ' ἰδίας ἔμφρονα λογισμὸν
Εἶχε γοητείας φάρμακον ἀλίπαλον.

Quod sic Latine convertit doctissimus & opt. vir Matthias Bergius:

Quando homines Circen sue ait mutasse lupove,
Hoc unum, nisi ego fallor, Homerus agit,
Ut doceat blandæ mores meretricis & artem,
Re primum ac numis quæ spoliare solet:
Hinc mentem excantare simul: Tum deinde carentes
His, lutulentorum pascere more suum.
Quam prudens Ithacus, tum mentis robore septus,
Tum vicit fati pro ratione sui.
Scilicet huic domita est recta ratione libido:
Hoc est moly, una hac tutus abivit ope.

Idem.

1 *Herbipotens manus.*] Glaucus ad Circen lib. 14. Met. Ovid.

At tu sive aliquod regnum est in carmine, carmen
Ore move sacro: sive expugnantior herba est,
Utere tentatis operosæ viribus herbæ.

Idem.

2 *Hunc apri facies.*] Apri descriptionem illustrem habes apud Apulejum lib. 8. de Aur. Asi. Ovid. 8. Metam. *Idem.*

3 *Marmaricus leo.*] Sen. in Agam. ꝟ. 7. 9.

Victor ferarum colla vexatus jacet,
Ignobili sub dente Marmaricus leo.

Idem.

4 *Tigris ut Indica.*] Senec. in Hipp. ꝟ. 344.

—— *tunc virgatas*
India tigres decolor horret.

Idem.

5 *Tecta mitis obambulat.*] MS. Rittersh. *Tecta mirus obambulat.* Idem.

6 *Numen Arcadis alitis.*] Mercurii. nimirum ut ex Homeri Ὀδυσ. K. refert Ovidius Metamorph. l. XIV.

Pacifer huic dederat florem Cyllenius album,
Moly vocant superi. nigra radice tenetur.
Tutus eo, monitisque simul cœlestibus, intrat
Ille domum Circes.

Vall.

1 *Vigor*

Peste solverit hospitis:
Jam tamen mala remiges
Ore pocula traxerant:
Jam sues Cerealia
Glande pabula verterant.
Et nihil manet integrum
Voce, corpore, perditis.
Sola mens stabilis, super
Monstra, quæ patitur, gemit.
O levem nimium manum,
Nec potentia gramina,
Membra quæ valeant licet,
Corda vertere non valent.
Intus est hominum [1] *vigor*
Arce conditus abditâ.
Hæc venena potentius
Detrahunt hominem sibi
Dira, quæ penitus meant,
Nec nocentia corpori
Mentis ulcere sæviunt.

PROSA IV.

Tum ego, Fateor, inquam, nec injuria dici video vitiosos, tametsi humani corporis speciem servent, in belluas tamen animorum qualitate mutari. Sed quorum atrox sceleratæque mens bonorum pernicie sævit, id ipsum eis licere noluissem. Nec licet, inquit, uti conve-

1 *Vigor Arce conditus abdita.*] Stat. 2. Sylvar.

—— *Tu celsa mentis ab arce*
Despicis errantes, humanaque gaudia rides.

Manilius de hominis figura erecta:

—— *stetit unus in arcem*
Erectus capitis. ——

Sic Q. Serenus de medicina:

Principio celsa de corporis arce loquamur.

Alcimus Avitus de Orig. Mundi:

Deinde arcem capitis sublimi in vertice signat.

Lactant. de Opif. Dei, cap. 8. *Hominis prope divina mens, quia non tantum animantum, quæ sunt in terra, sed etiam sui corporis est sortita dominatum, in summo capite collocata, tanquam in arce sublimis speculatur omnia & contuetur.* Vid. eund. lib. eod. 16. Et B. Augustin. lib. 14. De Civ. Dei c. 19. *Sitzm.*

venienti monstrabitur loco. sed tamen si idipsum quod eis licere creditur, auferatur, [1] magna ex parte sceleratorum hominum pœna relevatur. Etenim quod incredibile cuiquam fortè videatur, infeliciores esse necesse est malos, cùm cupita perfecerint, quàm si ea, quæ cupiunt, implere non possint. Nam [2] si miserum est voluisse prava, potuisse miserius est, sine quo voluntatis miseræ langueret effectus. Itaque cùm sua singulis miseria sit, [3] triplici infortunio necesse est urgeantur, quos videas scelus velle, posse, perficere. Accedo, inquam: sed uti hoc infortunio citò careant, patrandi sceleris possibilitate deserti, vehementer exopto. Carebunt, inquit, ocyus, quàm vel tu forsitan velis, vel illi sese existiment esse carituros. Neque enim est aliquid [4] in tam brevibus vitæ metis ita serum, quod exspectare longum immortalis præsertim animus putet: quorum magna spes, & excelsa facinorum machina repentino atque insperato sæpè fine destruitur. quod quidem illis miseriæ modum statuit. [5] Nam si nequitia miseros facit, miserior sit necesse est diuturnior nequam: quos infelicissimos esse judicarem, si non eorum malitiam saltem mors extrema finiret. Etenim si de pravitatis infortunio vera concluſimus, infinitam liquet esse miseriam, quam esse constat æternam. Tum ego, Mira quidem, inquam, & concessu difficilis illatio; sed

1 *Magna ex parte sceleratorum pœna relevatur.*] MS. *revelatur.* Idem.

2 *Si miserum est voluisse prava, potuisse miserius est.*] Imo, si Æliano lib. 14. cap. 28. Var. Hist. credimus, ἐ μόνον ὁ ἀδικήσας κακῶς, ἀλλὰ κὴ ὁ συνοήσας ἀδικῆσαι. Idem.

3 *Triplici infortunio necesse est, ut urgeantur.*] MS. Rittersh. & Edit. Nor. non habent voculam *ut.* Idem.

4 *In tam brevibus vitæ metis.*] Præclare Quintil. Declam. 4. *Si cuncta gaudia nostra, si voluptates, & quæcunque ex hac universitate Mundi vel sollicitant aspectu, vel blandiuntur usu, diligenter excutias, tota vita hominis unus est dies.* Idem.

5 *Nam si nequitia miseros facit.*] Salv. l. 1. De Gub. Dei: *Quicunque mali sunt, successione rerum deteriores fiunt, gaudentes sibi nequitiæ studium bene cedere. Successionem* dixit, quem usitatius *successum.* Ita Cassiodor. lib. 1. Var. 4. *Ad apicem fascium repentinis successionibus evolavit.* ut quidem habetur in meis membranis, & observatum est olim à Fornerio in Notis ad l. d. *Idem.*

1 *Recte*

sed his eam, quæ priùs concessa sunt, nimium convenire cognosco. [1] Rectè, inquit, existimas: sed qui conclusioni accedere durum putat, æquum est vel falsum aliquid præcessisse demonstret, [2] vel collationem propositionum non esse efficacem necessariæ conclusionis ostendat: alioquin concessis præcedentibus, nihil prorsus est, quod de illatione caussetur. Nam hoc quoque quod dicam, non minùs mirum videatur, sed [3] ex his, quæ sumta sunt, æque est necessarium. Quid nam? inquam. [4] Feliciores, inquit, esse improbos supplicia luentes, quàm si eos nulla justitiæ pœna coërceat. Neque id nunc molior, quod cuivis veniat in mentem, corrigi ultione pravos mores, & ad rectum supplicii terrore deduci, ceteris quoque exemplum esse culpanda fugiendi: sed alio quodam modo infeliciores esse improbos arbitror impunitos, tametsi nulla ratio correctionis, nullus respectus habeatur exempli. Et quis erit, inquam, præter hos alius modus? Et illa, Bonos, inquit, esse felices, [5] malos verò miseros nonne concessimus? Ita est, inquam. Si igitur, inquit, miseriæ cujuspiam bonum aliquid addatur, nonne felicior est eo, cujus pura ac solitaria sine cujusquam boni admistione miseria est? Sic, inquam, videtur. Quid si eidem misero, qui cunctis careat bonis, præter ea, quibus miser est, malum aliud fuerit annexum, nonne multo infelicior eo censendus est, cujus infortunium boni participatione relevatur? Quid ni? inquam. Habent igitur improbi, cùm puniuntur, boni quidem aliquid annexum,

1 *Recte inquit existimas: sed qui conclusioni accedere durum putet, æquum est.*] MS. Rittersh. & Erfurt. *Recte, inquit, æstimas, sed qui conclusioni accedere durum putat, æquum est.* Idem.

2 *Vel collationem propositionum non esse efficacem necessariæ conclusionis ostendat.*] Arbitrentur docti an non melius scripus *vel collocationem.* Bern.

3 *Ex his quæ sumpta sunt, æque est necessarium.*] MS. Erfurt. *æque esse necessarium.* Sitzm.

4 *Feliciores esse improbos supplicia luentes, quàm si eos nulla justitiæ pœna coërceat.*] *Quippe* (ait eleganter in Gorgia Plato) *cùm punitio moderetur, justioresque efficiat, tamquam medicina quædam improbitatis.* Bern.

5 *Malos vero miseros nonne concessimus.*] MS. Rittersh. *concluſimus.* Sitzm.

nexum, pœnam ipsam scilicet, quæ ratione justitiæ bona est: iidemque cum supplicio carent, [1]ineſt eis aliquid ulterius mali, ipsa impunitas, quam iniquitatis meritò malum esse confessus es. Negare non possum. Multò igitur infeliciores improbi sunt injusta impunitate donati, quàm justa ultione puniti. Sed puniri improbos, justum; impunitos verò elabi, iniquum esse manifestum est. Quis id neget. Sed ne illud quidem, ait, quisquam negabit, bonum esse omne, quod justum est: [2]contraque quod injustum est, malum liquere esse. Tum ego: Ista quidem consequentia sunt eis, quæ paullo antè concluſa sunt. Sed quæso, inquam, te, nullane animarum supplicia post defunctum morte corpus relinquis? Et magna quidem, inquit: quorum alia [3]pœnali acerbitate, [4]alia verò purgatoria clementia

1 *Ineſt eis aliquid ulterius mali.*] MS. Rittersh. *ineſt eis aliquid alterius mali.* Idem.

2 *Contraque quod injuſtum, malum liquet esse. Tum ego: iſta quidem.*] Longe aliter MSS. *Contraque quod injuſtum, malum. Liquere reſpondi. Tum ego.* Idem.

3 *Pœnali acerbitate, purgatoria clementia.*] Malos hic agnoscit non Christianus modo sed & Catholicus Boëtius, alios quidem æternis pœnis damnari: *Cremabit addictos ardens ſemper gehenna*, ait Cyprianus contra Demetr. *& vivacibus flammis vorax pœna: nec erit unde habere tormenta vel requiem poſſint aliquando vel finem. ſervantur cum corporibus ſuis animæ infinitis cruciatibus ad dolorem.* Alios verò, ut inquit idem epist. 111. *pro peccatis longo dolore cruciatuum emundari & purgari diu igne.* Peccata, censet Tertullianus lib. de Pudicit. *nemini dubium eſt, alia caſtigationem mereri, alia damnationem. Omne delictum aut venia expungit, aut pœna: venia, ex caſtigatione; pœna, ex damnatione.* Nec audiri placet istum, qui suis ad hunc locum Notis, Pythagoricas hic Platonicasve animarum purgationes somniat. *Vallin.*

4 *Alia purgatoria clementia.*] Macrob. in fin. lib. 2. Som. Scip. *Quem locum Ex ille Platonicus copioſius exequutus eſt, ſæcula infinita dinumerans, quibus nocentum animæ in eaſdem pœnas ſæpe revolutæ ſero de Tartaris emergere permittuntur, & ad naturæ ſuæ principia, quod eſt cælum, tandem impetrata purgatione remeare.* Silius Ital. lib. 13. decem apud inferos portas esse fingit, quarum per ultimam animæ in cælum redeant.

Extrema hinc auro fulgens (inquit) *jam lucis honorem*
Sentit, & admoto ſplendet ceu ſidere Lunæ.
Hac animæ cælum repetunt, ac mille peractis
Oblitæ ditem redeunt in corpora luſtris.

Idem l. 15. ait: — *ſed fœdere certo*
Degentes tenebris animas damnavit avernis.
At queis ætherei ſervatus ſeminis ortus,
Cæli porta patet —

Vide & B. Auguſtin. lib. 10. de Civ. Dei cap. 9, 10, 23, 24, 26, 27, 28, 32. in quibus prolixe refellit Porphyrii de Animæ purgatione deliria. Item Diog. Laërtium lib. 3. Virgil. 6. Æneid. *Sitzm.*

1 *Me-*

tia exerceri puto. Sed nunc de his differere consilium non est. Id verò hactenus egimus, ut, quæ indigniſſima tibi videbatur, malorum poteſtas, eam nullam esse cognoſceres: quoſque impunitos querebare, videres numquam improbitatis ſuæ carere ſuppliciis. Licentiam quam citò finiri precaberis, nec longam esse diſceres: infelicioremque fore, ſi diuturnior; infeliciſſimam verò, ſi eſſet æterna. Poſt hæc miſeriores esse improbos, injuſta impunitate dimiſſos, quàm juſta ultione punitos. Cui ſententiæ conſequens est, ut tum demum gravioribus ſuppliciis urgeantur, cùm impuniti esse creduntur. Tum ego, Cùm tuas, inquam, rationes conſidero, nihil dici verius puto. At ſi ad hominum judicia revertar, quis ille eſt, cui hæc non credenda modò, ſed ſaltem non audienda videantur? Ita eſt, inquit illa. Nequeunt enim oculos tenebris aſſuetos ad lucem perſpicuæ veritatis attollere, ſimileſque avibus ſunt, quarum intuitum nox illuminat, dies cæcat. dum enim non rerum ordinem, ſed ſuos intuentur affectus, vel licentiam, vel impunitatem ſcelerum putant esse felicem. Vide autem quid æterna lex ſanciat. [1]Melioribus animum conformaveris; nihil opus eſt ju-

1 *Melioribus animum ſi conformaveris.*] Hominem ideo Deus liberum condidit, ἑκουσίους καὶ αὐθαιρέτους ἐργασίας αὐτὸς τῷ ἑαυτοῦ χειροποίησεν, ἵνα ἐπιτάττῃ τὰ ἀγαθὰ παρ' αὐτοῦ καὶ κακῶν καὶ αἰσχρῶν λαμβάνων ἔννοιαν, καὶ δικαίοις καὶ ἀδίκοις, καὶ ὅλως τοῖς ἀπ' ἀρετῆς καὶ κακίας καθαρῶς ἐπιβάλλων, αἱρέσει μὲν τὰ ἀμεινόνων, φυγῇ δὲ τὰ ἐναντίων χρῆται, *ut relictus voluntati propriæ quicquid placeret, ageret: idque hanc ob cauſam, ut ſciens quid bonum ſit, quid malum: & quid interſit inter honeſta turpiaque reputans, quid item inter æqua & iniqua, & in univerſum virtutem inter & vitium, eligeret meliora, deteriora fugeret.* Non igitur ignorat, quoniam omnes homines, inquit Hierocles, jubet æterna lex, ſeu νομοθέτης νοῦς, *mens legiſlatrix*, πρὸς τὸ βέλτιον μεθιστάναι τὸν γνώμονα, *ad id, quod melius eſt, mentem convertere.* Iſtud autem βέλτιον, leges ſunt Dei ſeu naturæ, quarum quaſdam poſtquam recenſuit, idem Hierocles, paulo poſt inquit, Ταῦτα ὁ νομοθέτης νοῦς διαθεσμοθετεῖ ταῖς ψυχαῖς. ὁ δὲ ὑποδεξάμενος αὐτὰ λογισμὸς, δικαιοσύνης ἄρχων ἐνοῦται γίνεται). Πῇ παρέβην; τί δ' ἤρεξα; καὶ σὺ πρὸς τὸν μνήμονα ἀναλαμβάνων ἀρετῆς εἵνεκα εἶπε σύρων ἑαυτὸν συμφώνως τοῖς προκειμένοις ὅρμις διημερεύσουσα, τ' θείας δίψος συνῆς τοῖς καρποῖς ἀναδεῖ. ὡδὶ μέλον δὲ τὰ πράξεως φορτίσας, ὥσπερ ἐπὶ φαρμάκοις ταῖς ὑπὲρ μέγα-

judice præmium deferente; tu te ipſe excellentioribus addidiſti. Studium ad pejora deflexeris;[1] extra ne quæſieris ultorem;[2] tu te ipſe in deteriora detruſiſti: veluti ſi vicibus ſordidam humum, cælumque reſpicias, cunctis extra ceſſantibus, ipſa cernendi ratione nunc cœno, nunc ſideribus intereſſe videaris. At vulgus iſta non reſpicit. Quid igitur? his ne accedamus, quos belluis ſimileis eſſe monſtravimus? Quid, ſi quis amiſſo peni-

τὰ μεζονοίας νυθετήσεσιν ἐπισύφῃ. *Iſta ſunt, quæ mens legiſlatrix in animis hominum ſancit: quæ cum ratio admiſit, judex ipſa ſui vigilantiſſimus efficitur, eaque ordine virtutis nomine memoria repetens, qua ſit prætergreſſa, quidve fecerit, diſquirit. Poſtea ſi ſeipſam agnoſcat juxta ſuperiores regulas diem exegiſſe, divinæ lætitiæ fructibus coronatur. Sin autem præter rationem factum deprehendat aliquid; monitis ſe poſt pœnitudinem; tanquam pharmacis, reprimit.* Itemque poſt, καὶ δικαιοῖ ἐπέρχεσθε τὸ δικαιόπαθον ἅμα, καὶ οἰκειόπαθον, τὸ σωτειδὲς αὐτό, καὶ τὸ ὀρθὸν λόγον. καὶ αὐτὸν ἑαυτῷ, ὃν πάντων μάλιστα αἰδεῖσθαι προσεπαιδεύθημεν. *Iudicem verò adhibuit æquiſſimum ſimul atque commodiſſimum, Conſcientiam nimirum, rectamque Rationem, atque etiam Seipſum, cujus omnium maximè pudere quemque voluit.* Unde rectè Epictetus apud Arrianum lib. 1. cap. XXIX. Τὸν νόμον ὁ Θεὸς τέθεικε, καὶ φησὶν; εἴ τι ἀγαθὸν τέλεις, ἐμοῦ σεαυτῷ λαβέ, *Hanc legem Deus tulit, & ait, Si quid boni expetis, à te ipſo pete.* Monenti igitur Labieno Ammona conſuleret quàm ſanctè Cato apud Lucanum reſpondet.

Hæremus cuncti Superis, temploque tacente
Nil agimus niſi ſponte Dei. non vocibus ullis
Numen eget, dixitque ſemel naſcentibus auctor
Quicquid ſcire licet: ſteriles nec legit arenas
Ut caneret paucis, merſitque hoc pulvere verum:
Eſtque Dei ſedes ubi terra, & Pontus & aër,
Et cœlum, & Virtus.

Adeo conſulere τὸ βελτίονα, hoc eſt virtutem, rectam rationem ſeu ſeipſum, conſulere Deum eſt. à quo mentem & veras opiniones accepimus. Ad præſtantiora igitur conſequenda, aſſidua opus eſt πρὸς τὸ θεῖον νόμον ἐπιστροφή, *ad Dei legem converſione.* huic immoremur; affectum dabit Deus, totius virtutis hinc origo. quippe effatum divinum eſt, Satyrico proferente,

Semita certè
Tranquillæ per Virtutem patet unica vitæ. Vallin.

Melioribus animum ſi conformaveris.] MS. Rittersh. & edit. Flor. *Melioribus animum ſi confirmaveris.* Sic *Firmare animum conſtantibus exemplis* eſt apud Tacit. 16. Annal. Cæſar lib. 1. de bello Gallico: *His rebus cognitis, Gallorum animos confirmavit.* Sitzm.

1 *Extra ne quæſieris ultorem.*] Bene Juv. Sat. 13.

Exemplo quodcunque malo committitur, ipſi
Diſplicet auctori. prima eſt hæc ultio, quòd ſe
Judice nemo nocens abſolvitur, improba quamvis
Gratia fallaci prætoris vicerit urna.

Idem.

2 *Tu te ipſe in deteriora detruſiſti.*] MS. *Trusiſti.* Idem.

1 *Ipſum*

penitus viſu,[1] ipſum etiam ſe habuiſſe obliviſceretur intuitum, nihilque ſibi ad humanam perfectionem deeſſe arbitraretur, num videntes eadem cæcos putaremus?[2] Nam ne illud quidem acquieſcent, quod æquè validis rationum nititur firmamentis, Infeliciores eos eſſe, qui faciunt, quàm qui patiuntur injuriam. Vellem, inquam, has ipſas audire rationes. Omnem, inquit, improbum num ſupplicio dignum negas? Minimè. Infelices verò eſſe, qui ſint improbi, multipliciter liquet. Ita eſt, inquam. Qui igitur ſupplicio digni ſunt, miſeros eſſe non dubitas? Convenit, inquam. Si igitur cognitor, ait, reſideres, cui ſupplicium inferendum putares, eine qui feciſſet, an qui pertuliſſet injuriam? Nec ambigo, inquam, quin perpeſſo ſatisfacerem dolore facientis.[3] Miſerior igitur tibi injuriæ illator, quàm acceptor eſſe videretur. Conſequitur, inquam.[4] Hac igitur aliiſque de cauſſis ea radice nitentibus, quod turpitudo ſuapte natura miſeros faciat, apparet, illatam cuilibet injuriam non accipientis, ſed inferentis eſſe miſeriam. Atqui nunc, ait, contrà faciunt oratores. pro his enim, qui grave quid, acerbumque perpeſſi ſunt,[5] miſerationem judicum excitare conantur, cùm magis admittentibus juſtior miſeratio debeatur: quos

1 *Ipſum etiam ſe habuiſſe obliviſceretur intuitum.*] Lucret. lib. 6. in deſcriptione peſtilentiæ Athenienſ.

— *quoſdam cœpere oblivia rerum*
Cunctarum, neque ſe poſſent cognoſcere ut ipſi. Idem.

2 *Nam ne illud quidem acquieſcent.*] Benè ſcripti *acquieſcerent.* Bern.

Nam ne illud quidem acquieſcent.] MS. Rittershuſ. *Nam nec illud quidem acq.* Sitzm.

3 *Miſerior igitur tibi injuriæ illator.*] Phocion Athenienſium ingratitudinem reprehendens, ſapientiſſime dixit: βέλομαι μᾶλλον ὑφ' ὑμῶν παθεῖν κακῶν αὐτὸς, ἢ αὐτὸς τι ὑμᾶς κακῶς δρᾶσαι. Eſt autem dogma Platonicum, quod & cum ſacris litteris convenit, & à SS. Patribus paſſim inculcatur, *Miſerior eſſe eum qui injuriam inferat, quam cui inferatur.* Immo plus dicit Chryſoſtomus, *Neminem lædi, niſi à ſe ipſo.* Idem.

4 *Hæc igitur aliiſque de cauſſis.*] MS. Erfurt. & edit. Flor. *Hac igitur aliiſque de cauſſis.* Idem.

5 *Miſerationem judicum excitare conantur.*] Caſſiodorus 2. Var. 40. *Inventa eſt quoque ad permovendos animos oratorum fortis ac ſuavis oratio: utque criminoſis iraſcantur judices, miſereantur errantibus: & quicquid poteſt eloquens efficere, ad hujus diſciplinæ non eſt dubium pertinere gloriam.* Idem.

1 *Cru-*

quos non ab iratis, sed à propitiis potiùs, miserantibusque accusatoribus ad judicium, veluti ægros ad medicum duci oportebat, ut culpæ morbos supplicio resecarent: quo pacto defensorum opera, vel tota frigeret, vel si prodesse hominibus mallet, in accusationis habitum verteretur. Ipsi quoque improbi, si eis aliqua rimula virtutem relictam fas esset adspicere, vitiorumque sordes pœnarum cruciatibus se deposituros viderent, compensatione adipiscendæ probitatis, nec hos [1] cruciatus esse dicerent, defensorumque operam repudiarent, ac se totos accusatoribus judicibusque permitterent. quo fit, ut apud sapientes nullus prorsus odio locus relinquatur. Nam bonos quis nisi stultissimus oderit? malos verò odisse ratione caret. Nam si, uti corporum languor, [2] ita vitiositas quidam est quasi morbus animorum; cùm ægros corpore minimè dignos odio, sed potius miseratione judicemus, multò magis [3] non insequendi, sed miserandi sunt, quorum mentes omni languore atrocior urget improbitas.

1 *Cruciatus esse dicerent.*] Vetus, *ducerent*. Bern.

2 *Ita vitiositas quidem est quasi morbus animorum.*] MS. Rittersh. *Ita vitiositas est quidam quasi m. a.* Quæ lectio præstabilior est vulgata. *Sitzm.*

3 *Non insequendi, sed miserandi.*] Contra Aristophanes in Equitibus act. 4. Scen. 1.

Λοιδορῆσαι τὸς πονηρὸς, οὐδὲν ἐς' ἐπίφθονον.

Quanto vero rectius D. Augustin. qui lib. 14. de civit. Dei, cap. 6. inquit: *Homo, qui secundum Deum, non secundum hominem vivit, oportet, ut sit amator boni: unde fit consequens, ut malum oderit. Et quoniam nemo natura, sed quisquis malus est, vitio malus est: perfectum odium debebit malis, qui secundum Deum vivit, ut nec propter vitium oderit hominem, nec amet vitium propter hominem, sed oderit vitium, amet hominem.* Similia non uno loco habet sanctiss. Orator Chrysostomus in suis Homiliis. Plinius etiam Secundus præter alia ita commendat Euphratem Philosophum: *Insectatur vitia, non homines. Nec castigat errantes, sed emendat.* Idem tamen alibi laudat Thraseam, crebro dicere solitum: *Qui vitia odit, homines odit.* tanquam impossibile sit hominibus carere crimine. vid. Epist. 22. lib. 8. His addideris versus Martialis lib. 10. Epist. 33.

Hunc servare modum nostri novere libelli,
Parcere personis, dicere de vitiis.
Idem.

METRUM IV.

[1] *Quid tantos juvat excitare motus,*
Et propria [2] fatum sollicitare manu?
[3] *Si mortem petitis, propinquat ipsa*
Sponte suâ, volucreis nec remoratur equos,
[4] *Quos serpens, leo, tigris, ursus, [5] aper*
Dente petunt, iidem se tamen ense petunt.
An distant quia, dissidentque mores,
Injustas acies, & [6] fera bella movent,
[7] *Alternisque volunt perire telis?*
Non est justa satis [8] sævitiæ ratio.

Vis

1 *Quid tantos juvat excitare motus.*] Senec. in Herc. Fur. ℣. 867.

Quid juvat durum properare fatum?
Omnis hæc magnis vaga turba terris
Ibit ad manes ——

Et ℣. 183. eod.

At gens hominum fertur rapidis
Obvia fatis incerta sui.

Idem.

2 *Fatum sollicitare.*] *Sollicitare Deos*, Senec. in Medea, ℣. 271. *Sollicitare manes*, idem in Oct. ℣. 267. *Idem.*

3 *Si mortem petitis.*] Tibull. libro 1. Eleg. 10. ℣. 34.

Quis furor est atram bellis arcessere mortem?
Imminet, & tacito clam venit illa pede.

Huc commode referes aureolam Epicharmi sententiam quæ est apud Ælian. lib. 2. Var. histor. cap. 34. *Idem.*

4 *Quos serpens, leo* &c.] Lege sodes illa, quæ ex Juvenale annotabimus, & adhibita judicii trutina perpende, quam ingeniose noster Boëtius verba plusculis versibus inserta in unum alterumque redegerit:

Sed jam serpentum major concordia: parcit
Cognatis maculis similis fera. quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore unquam
Expiravit aper majoris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
Perpetuam: sævis inter se convenit ursis.
Ast homini ferrum lethale incude nefanda
Produxisse parum est, cum rastra & sarcula tantum
Adsueti coquere, & marris ac vomere lassi
Nescierint primi gladios extendere fabri. Idem.

5 *Aper.*] Præter aliorum morem primam in hac dictione producit Senec. in Hippolyto ℣. 345.

Tunc vulnificos acuit dentes
Aper, & toto est spumeus ore.

Idem.

6 *Fera bella movent.*] Senec. in Oct. ℣. 795.

Quid fera frustra bella movetis.

Idem.

7 *Alternisque volunt perire telis.*] Senec. in Thyest. ℣. 338.

Quis vos exagitat furor
Alternis dare sanguinem
Et sceptrum scelere aggredi?

Idem.

8 *Sævitiæ ratio.*] Quintil. Declam. 7. *Convenit judices, quod ipse dives hoc feci t, & quod ego vidi: Ratio sævitiæ est, ut aliquis coram me occidatur, propter quem occiditur.* Idem.

Vis aptam meritis vicem referre?
Dilige jurè bonos, & misereſce malis.

PROSA V.

Heic ego, Video, inquam, quæ ſit vel felicitas, vel miſeria in ipſis proborum atque improborum meritis conſtituta. Sed in hac ipſa fortuna populari, non nihil boni, malive ineſſe perpendo. Neque enim ſapientum quiſquam exſul, inops, ignominioſuſque eſſe malit potiùs, quam pollens opibus, honore reverendus, potentia validus, in ſua permanens urbe florere. Sic enim clarius, teſtatiuſque ſapientiæ tractatur officium, cum in contingenteis populos regentium quodam modo beatitudo transfunditur: cum præſertim [1] carcer, lex, ceteraque legalium tormenta pœnarum perniciosis potius civibus, propter quos etiam conſtituta ſunt, debeantur. [2] Cur hæc igitur verſa vice mutentur, [3] ſcelerumque ſupplicia bonos premant, præmia virtutum mali rapiant, vehementer admiror, quæque tam injuſtæ confuſionis ratio videatur, ex te ſcire deſidero. Minus

1 *Carcer, lex, ceteraque legalium tormenta pœnarum.*] Atqui Juriſconſulti carcerem non pœnam, ſed duntaxat *cuſtodiam* eſſe confirmant. Poteſt autem optime noſter excuſari, cum & alii carcerem pœnam eſſe ſtatuerint. Lucret. lib. 3.

Sed metus in vita pœnarum pro maleſactis
Eſt inſignibus inſignis, ſceleriſque lucla,
Carcer, & horribilis de ſaxo jactus deorſum,
Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, tedæ. Idem.

2 *Cur hæc verſa vice mutentur.*] Tacitus lib. 6. Annal. *Mihi in incerto judicium eſt, ſatone res mortalium & neceſſitate immutabili, an ſorte volvantur. quippe ſapientiſſimos veterum, quique ſectam eorum æmulantur, diverſos reperies: ac multis inſitam opinionem, non initia noſtri, non finem, non denique homines Diis curæ. Ideo creberrima & triſtia in bonos, læta apud deteriores eſſe. Contra alii, fatum quidem congruere rebus putant, ſed non è vagis ſtellis, verum apud principia, & nexus naturalium cauſſarum. ac tamen electionem vitæ nobis relinquunt: quam ubi elegeris certum imminentium ordinem, neque mala vel bona, quæ vulgus putet: multos qui conflictari adverſis videantur, beatos; ac pleroſque, quanquam magnas per opes, miſerrimos: ſi illi gravem fortunam conſtanter tolerent, hi proſpera inconſulte utantur.* Vid. etiam Salvian. in pr. lib. 1. 2. & 3. De Gub. Dei, B. Auguſtin. lib. 2. De civ. Dei, cap. 2. *Idem.*

3 *Scelerumque ſupplicia bonos premant.*] Sup. lib. 1. Met. 5.

——— *premit inſontes*
Debita ſcelerì noxia pœna.
Idem.

1 *Si*

Minus etenim mirarer, [1] ſi miſceri omnia fortuitis caſibus crederem. Nunc ſtuporem meum Deus rector exaggerat, qui cum ſæpe bonis jucunda, malis aſpera, contraque bonis dura tribuat, malis optata concedat, niſi cauſa deprehendatur, quid eſt quod à fortuitis caſibus differre videatur? Nec mirum, inquit, ſi quid ordinis ignorata ratione, temerarium confuſumque credatur. Sed tu quamvis cauſam tantæ diſpoſitionis ignores, tamen quoniam bonus mundum rector temperat, rectè fieri cuncta ne dubites.

METRUM V.

[2] *Si quis Arcturi ſidera neſcit*
Propinqua ſummo cardine labi,
[3] *Cur legat tardus plauſtra Bootes,*
Mergatque ſeras æquore flamas,
Cùm nimis celeres explicet ortus,
[4] *Legem ſtupebit ætheris alti.*
[5] *Palleant plenæ cornua Lunæ*

In-

1 *Si miſceri omnia fortuitis caſibus crederem.*] MS. Rittersh. *Si miſceri o. f. c. viderem.* Caſſiodor. 12. Variar. 25. *Nihil ſine cauſſa geritur, nec mundus fortuitis caſibus implicatur: ſed quicquid venire videmus ad terminum, divinum conſtat eſſe conſilium.* Sitzm.

2 *Si quis Arcturi.*] Prudent. Cathem. Hymn. 12.

Arctoa quamvis ſidera
In ſe retortis motibus
Obire nolint, attamen
Plerunque ſub nimbis latent.
Hoc ſidus æternum manet,
Hæc ſtella nunquam mergitur.
Idem.

3 *Cur legat tardus plauſtra Bootes.*] Quid ſi pro *legat* reponamus *regat*? Senec. in Octav. ℣ſ. 68.

Qua plauſtra tardus noctis æterna vice
Regit Bootes, frigido Arctoo rigens.

De Boote Seneca in Med. ℣ſ. 115. in Thyeſt. ℣ſ. 870. Et Manilius his verbis:

A tergo nitet Arctophylax, idemque Bootes,
Qui ſimilis junctis inſtat de more juvencis,
Arcturumque rapit medio ſub pectore ſecum.

Martian. Capella in pr. lib. 2.

Ardua tunc ſenior ſuccendit plauſtra Bootes.

M. S. quo utebatur amiciſſimus meus I. Zinzerlingus, *conſcendit.* Idem.

4 *Legem ſtupebit ætheris alti.*] Seneca in Med. ℣ſ. 757.

Pariterque Mundus lege confuſa ætheris
Et Solem & aſtra vidit. ——
Idem.

5 *Palleant plenæ cornua Lunæ.*] Manilius lib. 1. erudite explicat, qui fiat ut Luna obſcuretur:

O *Te*

[1] *Infecta metis noctis opacæ,*
Quæque fulgenti texerat ore
Confusa Phœbe, detegat astra.
Commovet genteis publicus error,
[2] *Lassantque crebris pulsibus aëra.*
Nemo miratur flamina [3] *Cori*
Litus frementi tundere fluctu,
[4] *Nec nivis duram frigore molem*
Fervente Phœbi solvier æstu.
Heic enim causas cernere promtum est;
Illic latentes pectora turbant
Cuncta, quæ rara provehit ætas,
[5] *Stupetque subitis mobile vulgus.*

Cedat

Te testem dat Luna sui glomerabilis orbis:
Quæ cum mersa nigris per noctem deficis umbris,
Non omnes pariter confundis sidere gentes,
Sed prius Eoæ quærunt tua lumina gentes.
Post medio subjecta polo quæcunque coluntur.
Ultima ad Hesperios infectis volveris alis:
Seraque in extremis quatiuntur gentibus æra.
Quod si plana foret tellus, simul ista per omnes
Deficeret partes toto miserabilis orbe.
Sed quia per teretem deducta est terra tumorem,
His modo, post illis apparet Delia terris,
Exoriens simul atque cadens. ——
Quin & Diog. Laërt. in Procem. tradit de Ægyptiorum Philosophis, quod dixerint σελλώω ὀκλείπφν εἰς τὸ σκιασμα τ γῆς ἐμπίπτεσω. Sitzm.

1 *Infecta metis noctis.*] Silius Ital. lib. 5.

—— *nigram nox roscida metam*
Stringebat. ——
Sitzm.

2 *Lassantque crebris pulsibus æra.*] Æris tinnitu credebant veteres fieri, ut Magicorum carminum sonus ad Lunam non perveniret: eamque hoc modo juvari, de qua superstitione passim Auctores. *Idem.*

3 *Cori.*] Silius lib. 1.
Qualis ubi Ægæo surgente ad sidera Ponto
Per longum vasto Cori cum murmure fluctus
Suspensum in terras portat mare, frigida nautis
Corda tument: sonat ille procul, flatuque tumescens
Curvatis pavidas tramittit Cycladas undis.
De hoc quædam notavimus ad Met. 3. lib. 1. ℣. 3. *Idem.*

4 *Nec nivis duram frigore molem.*] Senec. in Thyest. ℣. 125.
Si quis Taygeti conspicuas nives,
Quas cum Sarmaticus tempore frigido
In summis Boreas composuit jugis,
Æstas veliferis surgit Etesiis.
Idem.

5 *Stupetque subitis mobile vulgus.*] Cassiodor. lib. 12. Variar. 25. *Fit ratione certum, quod stupenti vulgo videtur esse ambiguum.* Idem.

1 *In-*

Cedat [1] *insciliæ nubilus error,*
Cessent perfectò mira videri.

PROSA VI.

Ita est, inquam. Sed cum tui muneris sit latentium rerum causas evolvere, velatasque caligine explicare rationes: quæso uti hinc decernas, & quoniam hoc me miraculum maximè perturbat, edisseras. Tum illa paullisper arridens, Ad rem me, inquit, omnium quæsitu maximam vocas, cui vix exhausti quidquam satis sit. Talis namque materia est, ut unâ dubitatione succisâ, innumerabiles aliæ, [2] velut hydræ capita, succrescant: nec ullus fuerit modus, nisi quis eas vivacissimo mentis igne coërceat. In hac enim de providentiæ simplicitate, de fati serie, de repentinis casibus, de cognitione, ac prædestinatione divina, de arbitrii libertate quæri solet: quæ quanti oneris sint, ipse perpendis. Sed quoniam hæc quoque te nosse, quædam medicinæ tuæ portio est, quamquam angusto limite temporis septi, tamen [3] aliquid delibare conabimur. Quòd si te musici carminis oblectamenta delectant, hanc oportet paullisper differas voluptatem,

1 *Insciliæ nubilus error.*] Arnob. libro septimo: *In nubibus ignorationis incedere.* Diog. Laërt. lib. 2. De Socrate: ἔλεγε ὃ κὴ ἓν μόνον ἀγαθὸν εἶναι, τὸ ἐπισημίων· κὴ ἓν μόνον κακὸν, τὸ ἀμαθίαν. Ab hoc vero Carmine non sunt aliena illa Quintiliani verba, quæ desumpta ex Declamatione 4. *Paullatim hoc quod stupemus, animus ausus diligenter attendere, in arcana naturæ sacrum misit ingenium, & ex adsiduis observationibus notisque redeuntibus latentium ratione collecta, pervenit ad causas. Miraris fatum hominis posse prædici? Defectiones siderum laboresque narrantur, nunciatur origo tempestatum, lassitudo ventorum, quod sidus immodicos solis ardores, quod severas minetur hiemes, quid significent sparsi longius crines, quid ardentius solito jubar, quid excussa flamma sideribus.* Idem.

2 *Velut hydræ capita.*] Vide quæ not. infra ad Met. 7. ℣. 22. h. l. Salvianus quoque ad vim hydræ alludens lib. 6. De Guber. Dei: *Sicut enim* (inquit) *anguinum illud monstrum, ut fabulæ ferunt, quod multiplicabat occisio, ita etiam in Gallorum excellentissima urbe iis ipsis quibus cohercebantur scelera plagis crescebant, ut putares pœnam ipsorum criminum quasi matrem esse vitiorum.* Idem.

3 *Aliquid delibare conabimur.*] Scriptam lectionem in contextum admisi. vulgati insulse: *aliquid deliberare.* Bern. Sitzm.

[1] *Infecta metis noctis opacæ,*
Quæque fulgenti texerat ore
Confusa Phœbe, detegat astra.
Commovet genteis publicus error,
[2] *Lassantque crebris pulsibus aëra.*
Nemo miratur flamina [3] *Cori*
Litus frementi tundere fluctu,
[4] *Nec nivis duram frigore molem*
Fervente Phœbi solvier æstu.
Heic enim causas cernere promtum est;
Illic latentes pectora turbant
Cuncta, quæ rara provehit ætas,
[5] *Stupetque subitis mobile vulgus.*

Cedat

Te testem dat Luna sui glomerabilis orbis:
Quæ cum mersa nigris per noctem deficis umbris,
Non omnes pariter confundis sidere gentes,
Sed prius Eoæ quærunt tua lumina gentes.
Post medio subjecta polo quæcunque coluntur.
Ultima ad Hesperios infectis volveris alis:
Seraque in extremis quatiuntur gentibus æra.
Quod si plana foret tellus, simul ista per omnes
Deficeret partes toto miserabilis orbe.
Sed quia per teretem deducta est terra tumorem,
His modo, post illis apparet Delia terris,
Exoriens simul atque cadens. ——
Quin & Diog. Laërt. in Proœm. tradit de Ægyptiorum Philosophis, quod dixerint σελλοῖω ὀκλείπϝ εἰς τὸ σκίασμα τᾶ γᾶς ἐμπίπλασων. Sitzm.

1 *Infecta metis noctis.*] Silius Ital. lib. 5.

—— *nigram nox roscida metam*
Stringebat. ——
Sitzm.

2 *Lassantque crebris pulsibus æra.*] Æris tinnitu credebant veteres fieri, ut Magicorum carminum sonus ad Lunam non perveniret: eamque hoc modo juvari, de qua superstitione passim Auctores. *Idem.*

3 *Cori.*] Silius lib. 1.
Qualis ubi Ægæo surgente ad sidera Ponto
Per longum vasto Cori cum murmure fluctus
Suspensum in terras portat mare, frigida nautis
Corda tument: sonat ille procul, flatuque tumescens
Curvatis pavidas tramittit Cycladas undis.
De hoc quædam notavimus ad Met. 3. lib. 1. ℣. 3. *Idem.*

4 *Nec nivis duram frigore molem.*] Senec. in Thyest. ℣. 125.
Si quis Taygeti conspicuas nives,
Quas cum Sarmaticus tempore frigido
In summis Boreas composuit jugis,
Æstas veliferis surgit Etesiis.
Idem.

5 *Stupetque subitis mobile vulgus.*] Cassiodor. lib. 12. Variar. 25. *Fit ratione certum, quod stupenti vulgo videtur esse ambiguum.* Idem.

1 *In-*

Cedat [1] *inscitiæ nubilus error,*
Cessent perfectò mira videri.

PROSA VI.

Ita est, inquam. Sed cum tui muneris sit latentium rerum causas evolvere, velatasque caligine explicare rationes: quæso uti hinc decernas, & quoniam hoc me miraculum maximè perturbat, edisseras. Tum illa paullisper arridens, Ad rem me, inquit, omnium quæsitu maximam vocas, cui vix exhausti quidquam satis sit. Talis namque materia est, ut unâ dubitatione succisâ, innumerabiles aliæ, [2] velut hydræ capita, succrescant: nec ullus fuerit modus, nisi quis eas vivacissimo mentis igne coërceat. In hac enim de providentiæ simplicitate, de fati serie, de repentinis casibus, de cognitione, ac prædestinatione divina, de arbitrii libertate quæri solet: quæ quanti oneris sint, ipse perpendis. Sed quoniam hæc quoque te nosse, quædam medicinæ tuæ portio est, quamquam angusto limite temporis septi, tamen [3] aliquid delibare conabimur. Quòd si te musici carminis oblectamenta delectant, hanc oportet paullisper differas voluptatem,

1 *Inscitiæ nubilus error.*] Arnob. libro septimo: *In nubibus ignorationis incedere.* Diog. Laërt. lib. 2. De Socrate: ἔλεγε ϑ᾽ ἡ᾽ ἓν μόνον ἀγαθὸν εἶναι, τὴν ἐπιστήμην· καὶ ἓν μόνον κακὸν, τὴν ἀμαθίαν. Ab hoc vero Carmine non sunt aliena illa Quintiliani verba, quæ desumpta ex Declamatione 4. *Paullatim hoc quod stupemus, animus ausus diligenter attendere, in arcana naturæ sacrum misit ingenium, & ex adsiduis observationibus notisque redeuntibus latentium ratione collecta, pervenit ad causas. Miraris fatum hominis posse prædici? Defectiones siderum laboresque narrantur, nunciatur origo tempestatum, lassitudo ventorum, quod sidus immodicos solis ardores, quod severas minetur hiemes, quid significent sparsi longius crines, quid ardentius solito jubar, quid excussa flamma sideribus.* Idem.

2 *Velut hydræ capita.*] Vide quæ not. infra ad Met. 7. ℣. 22. h. l. Salvianus quoque ad vim hydræ alludens lib. 6. De Guber. Dei: *Sicut enim* (inquit) *anguinum illud monstrum, ut fabulæ ferunt, quod multiplicabat occisio, ita etiam in Gallorum excellentissima urbe iis ipsis quibus cohercebantur scelera plagis crescebant, ut putares pœnam ipsorum criminum quasi matrem esse vitiorum.* Idem.

3 *Aliquid delibare conabimur.*] Scriptam lectionem in contextum admisi. vulgati insulse: *aliquid deliberare.* Bern. Sitzm.

tem, [1] dum nexas sibi ordine contexo rationes. Ut libet, inquam. Tum velut ab alio orsa principio, ita disseruit. Omnium generatio rerum, [2] cunctusque mutabilium naturarum progressus, & quidquid aliquo movetur modo, causas, ordinem, formas ex divinæ mentis stabilitate sortitur. Hæc in suæ simplicitatis arce composita, multiplicem rebus gerendis modum statuit. qui modus cùm in ipsa divinæ intelligentiæ puritate conspicitur, providentia nominatur: cùm verò ad ea quæ movet, atque disponit, refertur, [3] fatum à veteribus appellatum est. Quæ diversa esse facile liquebit, si quis utriusque vim mente conspexerit. Nam providentia est illa ipsa divina ratio in summo omnium principe constituta, quæ cuncta disponit: fatum verò inhærens rebus mobilibus dispositio, per quam providentia suis quæque nectit ordinibus. Providentia namque cuncta pariter, quamvis diversa, quamvis infinita, complectitur: [4] fatum verò singula digerit in motum, locis, formis, ac temporibus distributa: ut hæc temporalis ordinis explicatio, in divinæ mentis adunata prospectu, providentia sit: eadem vero adunatio digesta, atque explicata temporibus, fatum vocetur. Quæ licet diversa sint, alterum tamen pendet ex altero. Ordo namque fatalis ex providentiæ

1 *Dum nexas sibi ordine contexo rationes.*] MSS. *dum nexas tibi ordine c. r.* Sitzm.

2 *Cunctusque mutabilium naturarum progressus.*] MS. Erfurt. *cunctusque mirabilium n. p.* Idem.

3 *Fatum à veteribus appellatum est.*] Min. Felix in Oct. *Quid enim aliud est Fatum, quam quod de uno quoque nostrum Deus effatus est? qui cum possit præscire materiam, pro meritis & qualitatibus singulorum etiam fata determinat.* Vide etiam Apuleium in fin. lib. de Mundo. *Idem.*

4 *Fatum singula digerit in motum.*] B. Augustinus lib. 5. de Civ. Dei cap. 8. *Qui vero non astrorum constitutionem, sicuti est cum quicquam concipitur vel nascitur, sed omnium connexionem seriemque causarum, qua fit omne quod fit, fati nomine appellant: non multum cum iis de verbi controversia laborandum atque certandum est: quandoquidem ipsum causarum ordinem & quandam connexionem Dei summi attribuunt voluntati & potestati, qui optime & veracissime creditur & cuncta scire antequam fiant, & nihil inordinatum relinquere: à quo sunt omnes potestates, quamvis ab illo non sint omnium voluntates.* Idem.

dentiæ simplicitate procedit. Sicut enim artifex faciendæ rei formam mente percipiens, movet operis effectum, & quod simpliciter, præsentarieque prospexerat, per temporaleis ordines, ducit: ita Deus providentia quidem singulariter, stabiliterque facienda disponit: [1] fato verò hæc ipsa, quæ disposuit, multipliciter, ac temporaliter administrat. Sive igitur, famulantibus quibusdam providentiæ [2] divinis spiritibus, fatum exercetur, [3] seu animâ, [4] seu totâ inserviente

1 *Fato vero hæc ipsa quæ disposuit.*] Meus codex *Fatum vero.* recte. *Bern.*

2 *Divinis spiritibus.*] Θείαις ψυχαῖς quæ ἐν τῇ νοητῇ & ἐφανῇ σφαίρᾳ, *in mentali Cœli specula* degentes Deum proximè accedunt: quarum agendi præstantiam Mens Mundi, quantum fieri potest, imitatur. *Vall.*

3 *Seu animâ.*] Mundi, nempe. quæ opinio est Platonis x. de Legibus, Ψυχὴ δὲ διοικεῖσαν καὶ συνοικοῦσαν πᾶσι τοῖς πανταχῇ κινουμένοις λέγοντός σε, καὶ τὸ ἐφανὸν διοικεῖν ἀνάγκη φάναι, *Cum Animam dicas omnia gubernare, omnibusque insitam esse, quæ ubicunque moventur; utique fatearis oportet, Cœlum quoque ipsum Anima gubernari.* Hinc apud Joan. Stobæum Plato dicit λόγον ἀίδιον τὴν ἐσίαν τῆς εἱμαρμένης, καὶ νόμον ἀίδιον τῆς παντὸς φύσεως, *rationem æternam esse fati naturam, & perpetuam universi naturæ legem.* At apud Nemesium accuratius observatur Platonem Fati nomen bifariam usurpare. Aliud, inquit, κατ' ἐσίαν, aliud κατ' ἐνέργειαν. Κατ' ἐσίαν μὲν τὴν τοῦ παντὸς ψυχήν. κατ' ἐνέργειαν δὲ τὸν θεῖον νόμον ἀπαραβάτον δι' αἰτίαν ἀναπόδραστον. καλεῖ δὲ τοῦτον θεσμὸν ἀδράστειαν. τοῦτον δὲ τὸν νόμον δεδόσθαι τοῖς θεοῖς τοῖς περὶ τὸν οὐρανὸν καὶ ἀνωτάτω θεὸν τοῦ παντὸς ψυχῇ εἰς διακόσμησιν τοῦ ὅλου, καθ' ὃν διεξάγεται τὰ γινόμενα. τοιοῦτον δὲ τὸν κατ' ἐνέργειαν εἱμαρμένην καὶ τῆς προνοίας λέγει. ἀπὸ γὰρ τῆς προνοίας ἐπιτελεῖσθαι τὴν εἱμαρμένην. πᾶν γὰρ τὸ καθ' εἱμαρμένην καὶ τῆς προνοίας γίνεσθαι. ὥστε μίαν πᾶν τὸ τῆς προνοίας καὶ καθ' εἱμαρμένην εἶναι. *Quod* in substantia *positus, Animam vult esse Universi; Quod* in muneris functione, *divinam Legem immutabilem ob causam inevitabilem. quam legem etiam Adrastiam dicit, eamque à primo summoque Deo, Universi Animæ, ad omnium administrationem datam esse, per quam omnia quæ fiunt, gubernentur. Hoc fatum in muneris functione positum, etiam providentiam appellat. Nam à providentia fatum comprehendi vult. quicquid enim fato fiat, etiam providentia fieri; non tamen quicquid sit providentiæ, etiam fati esse.* Quod igitur res fiant, ab Anima Universi habent. quod vero hoc vel illo modo ac ordine, à Lege divina. quam sic elegantissime Cicero describit l. 11. de legibus. *Hanc igitur video sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam, neque scitum aliquod esse populorum, sed æternum quiddam, quod universum mundum regeret imperandi prohibendique sapientia. Ita principem legem illam & ultimam, mentem esse dicebant omnia ratione aut cogentis, aut vetantis Dei: ex qua illa lex, quam Dii humano generi dederunt, recte est laudata: est enim ratio mensque sapientis ad jubendum & ad deterrendum idonea.* Idem.

4 *Seu totâ inserviente natura.*] Quæ Stoicorum opinio est. Definierat Heraclitus

viente naturâ, [1]seu cælestibus siderum motibus, seu

raclitus naturam Fati λόγον τ' Ἀφ' ἑσίας & παυλος διήκοντα, *rationem per naturam universi pertinentem.* cui consentiens Zeno definivit quoque, *Rationem quandam per omnem pertinentem naturam.* apud Cic. I. de nat. deor. Quod & ibid. vult Strato ille, *qui omnem vim divinam in Natura sitam esse censet, quæ causas gignendi, augendi minuendive habeat, sed careat omni sensu & figura.* Unde eam vim ἀσωματικὴν, Chrysippus δύναμιν πνευματικὴν τὴν ἑσίαν τ εἱμαρμένης, πάϛ & παυλος διοικητικὴν, *naturam fati vim spiritalem* definivit, *ordine Universum gubernantem.* Fati quoque vim totam in Natura consistere opinatur Jamblichus apud Stobæum. Naturæ autem, hoc sensu acceptæ, pulcherrimam descriptionem vide apud Cic. lib. II. de nat. deor. *Vall.*

1 *Seu cælestibus siderum motibus.*] *Pars* maxima mortalium, inquit Plinius lib. II. cap. VII. *astrosuo eventus assignat & nascendi legibus. Sedere cœpit sententia hæc; pariterque & eruditum vulgus & rude in eam cursu vadit.* At non sapientes. quæ enim inde sequantur incommoda, omnem huic opinioni fidem adimunt. Ea vide apud Alexandrum Aphrod. lib. de Fato. Simplicium in Enchirid. Epicteti cap. I. Apud D. Augustinum lib. V. de Civit. Dei, ista multis argumentis impugnantem & expugnantem. Sed interim, dum eos consultum is, Nemesium audi, Christianum philosophum, paucis multa decernentem: Οἱ τῇ φοριᾷ τ ἄστρων τὸ αἴτιον τ γινομένων πάντων ἐπιγράφοντες, ὁ μόνον ταῖς κοιναῖς ἐννοίαις ἀπομάχονται, ἀλλὰ & πᾶσιν πολιτείαν ἄχρηστον ἀποφαίνουσι. ἄτοποι μὲν γὰρ οἱ νόμοι. ϖεῖται γὰρ τὰ δικαστήρια κολάζοντα τὰς ἀναιτίους. ϖῶς γὰρ λοιδοροῦσι γὰρ οἱ ψόγοι & οἱ ἔπαινοι. ἀνόητοι δὲ & αἱ δυχαὶ πάντων καθ' εἱμαρμένην γινομένων. ἐξοφείζεται δὲ & ϖρόνοια μὴ τ δύσεβείας ϖρὸς τῷ & τ ἄνθρωπον ὄργανον μόνον δυσκίσκεται τ ἄνωθεν ϖεφορᾶς. ὑπὸ ταύτης γὰρ κινεῖται ϖρὸς πᾶς πράξεις ὁ μόνον τὰ μέρη & σώματα, ἀλλὰ & τὰ τ ψυχῆς Ἀμυνόμενα· & ὅλως οἱ ταῦτα λέγοντες, τῷ ἐφ' ἡμῖν συναναιροῦσι & τὴν & ὑπεχομένην φύσιν· & ἄτως ἐδὲν ἄλλο ἢ τῷ παυλὰ λυμαίνονται. ἄδικοι δὲ & αὐτοὶ οἱ ἀστέρες, τὰς μὲ μοιχὰς, τὰς δὲ φονέας ἀναγραζόμενοι· & ϖόθεν τέκτων ὁ δημιουργὸς αὐτῶν Θεὸς τὴν αἰτίαν ἀποφέρει. εἰ τοιαῦτα κατεσκεύασεν ἃ τ κακῶν ἡμῖν τὴν ἐπιφορὰν ἐξ ἀνάγκης ἐπιτίθησιν, ὡς μὴ μόνον ἐπὶ τ πολιτείας ἴσασθαι τὴν τέκτων ἀτοπίαν, ἀλλὰ & τ μεγίστων κακῶν ἀποφαίνειν αἴτιον τ Θεόν. ϖῶς τῷ & ἀδυνάτου ἀποδείκνυσθαι τὴν ὑπόθεσιν αὐτῶν. ἀλλὰ ταῦτα μὲ ἔστ ἀκόμεν ἀναγκαῖον, ϖρόδηλον ἔχοντα τὴν ἀτοπίαν & βλασφημίαν. *Qui astrorum circumvectioni causam omnium quæ fiunt, assignant, non solum communibus notionibus adversantur, sed etiam omnem reip. administrationem, inutilem reddunt. Absurdæ enim leges, supervacanea judicia, quæ ab iis pœnam exigant, in quibus nulla culpa sit. Vituperare quoque, & laudare nulla ratio est. Nullus etiam usus est precum, si omnia fato administrantur. ac præterquam quod instrumentum tantum cœlestis circumvectionis homo reperitur, etiam exterminatur cum religione providentia, siquidem à cœlorum motibus non solum partes corporis, sed etiam animi cogitationes, ad agendum impelluntur. Denique qui ista differunt, una cum libera voluntate contingentis naturam tollunt; & sic nihil aliud agunt, quam quod universa labefactant. Iniqua etiam ipsa astra, quod alios mœchos, alios homicidas efficiunt. & præ his, iniquus architectus eorum Deus, si ejusmodi fecit, quæ mala nobis necessario importarent, ut horum insultsitas non modo in rep. versetur, sed etiam gravissimorum malorum causam, Deum efficiat. Quamquam fieri nullo modo*

[1]seu angelicâ virtute, [2]seu dæmonum variâ solertiâ, seu

modo posse, quod defendunt, ratio convincit. Verum ista ne aures quidem nostræ ferre debent, quæ perspicue absurda sunt, & de Dei majestate detrahunt. Vall.

1 *Seu angelica virtute.*] Angelorum enim ministerio ad jussa peragenda Deum in his inferioribus uti, docet vetus omnis Theologia, iisque omnia plena esse. Clemens Alexandrin. strom. lib. VII. Ἐπὶ τέλϛ & φαινομένου τῷ ἄκρῳ, ἡ μακαρία ἀγγελοθεσία· & δὴ μέχρις ἡμῶν αὐτῶν ἄλλοι ὑπ' ἄλλοις, ἐξ ἑνὸς & δι' ἑνὸς σῳζόμενοί τε & σώζοντες Ἀμπεφύκασι, *In summo fine ejus cœli, quod apparet, beati positi sunt Angeli, atque adeo usque ad nos ipsos, alii sub aliis sunt collocati, qui ex uno & per unum & servantur & servant.* Ii quoque ϖρὸς πᾶϛ θείᾳ τε & ϖρωτείᾳ κατ' ἔθνη σωδιανενεμημένοι, *ordinatione divina & antiqua per Gentes*, ac urbes sed & homines *distributi* φιλοσοφίαν, *sapientiam* iis administrant. Athenagoras autem ϖρεσϐ. Τοῦτο γὰρ ἡ τ ἀγγέλων σύσϛασις τῷ Θεῷ ἐπὶ ϖρονοίᾳ γέγονε τοῖς ὑπ' αὐτὸ Ἀμφικοσμηθροις, ἵνα τὸν μὲ παντελικὸν & ϖρωτικὸν ὁ Θεὸς τ ὅλων ϖρόνοιαν, τὸν δ' ἐπὶ μέρους, οἱ ἐπ' αὐτοῖς ταχθέντες ἄγγελοι, *Idcirco enim Angelos Deus creavit, ut rebus à se dignitis provideret. quamvis enim ipse universali sua & communi providentia universis prospiciat: particularem tamen rerum singularum, quæ cuique fuerint commissæ, Angelis imposuit.* Idem.

2 *Dæmonum varia solertia.*] Dæmones quemadmodum Angelos his in inferioribus multæ esse potestatis omnium temporum opinio fuit. Utque vulgus bonos malosque Genios seu Dæmones dicit; sic etiam Angelos licet dicere; Τὰς μὲ τ ἀγαθῆς ϖροστάσεως, ϖρεσϐυτέρους πνας ἀνθρώπων ϖρὸς Θεὸν, & Θεᾶ ϖρὸς ἀνθρώπους, ἀσύλους & ἱερὰς, Ἀφ' τὸν ἀνυπαίτιον & ϖαγκάλλον ταύτην ὑπηρεσίαν. τὰς δ' ἐμπαλιν, ἀνιέρους & ἀναξίους τ ϖροστάτους & αὐτὸς ὑπολαμϐάνων ἐχ' ἁμαρτήσϛ, *Alteros, qui boni vocantur, legatos quosdam ultro citroque commeantes inter Deum & homines, sacrosanctos propter hoc inculpabile pulcherrimumque ministerium. alteros è diverso profanos ac nefarios, quos & ipse abominandos haud falso dixeris.* ait Philo lib. ϖερὶ Γιγάντων. Quid vero Philosophia Gentilis, hoc est Jamblichi, Porphyrii & cæterorum, de eis senserit, ex Psselli de Dæmonibus libro nondum edito sic accipe. Ἐα μὴ τ ἀγγελικὴν Ἀμάκοσμον τὰς δυναμίας τάξεις ὑφίσησι, & τὰς μὲ αὐτῶν νοερὰς ϖᾶσθ), τὰς δ' κῦ νῦν & λόγου ἐσώσθαι, τὰς δ' κῦ λόγου μόνως, ταῖς δ' ϖρὸς τῷ λόγῳ σωκαλληργῖ & τὸ ἄλογον, τὰς δ' ἐργάτας τ δαιμόνων εἰς ἀλογίαν μόνον ἀπῤῥίπϛ, ὃς δὴ & ὑλαίας & ϖοιναίας καλανομάζϛ. ἐπιλαμϐάνει δὲ αὐτοῖς τὸν κλῆσιν, ἵνα παρ' ἐκείνων ζωπυρῆται & ἐμπνέν). & τοῖς μὲ τὸ ϖῦρ, τοῖς δὲ τ ἀέρα. τοῖς δὲ τὸ ὕδωρ, τοῖς δὲ τὸν γῆν ὑποτίθησιν. σύνιος δὲ κλιμακάρχας ϖοιεῖται & σωμάτων ἑκάστης ϖροστάτας & ὕλης φύλακας· ἐμπίπλειν δὲ τούτους φασὶ ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς & Ἀφ' μισάνιαν τε & δύωλίαν, ἀλλ' ὡς κολαστὰς ὧν ἡμαρτήκασι & κολάσαι ἐϖὶ τὸν ὅλον & λογισμὸν ἔχοντας τούτους κακῶν, ἀλλ' ἵνα τὸ αὐτὸ σκείνων μορφοῖτο Ἀφ' τὸν τέκτων ϖρὸς αὐτὸν χέσεως, οἱ δὲ θυμὸν τούτοις & τὸν αἰσθάνων κῦ φύσιν διδόασιν, ὡς ταῖς ϖαρδάλεσι & τοῖς λέουσι, & σώμασιν σύνδεσμοῖσι λεπτοῖς & ἀερίοις & ἐλαφρὸν αὐγοειδοῖς, & ϖεριφέρεσθαι μόνον, ἀλλὰ & ἐπιμήκεσιν, ἔλαφρον μὲ φῶτὸς πλέον δὲ & χειρὸς σκότους μετέχουσι. τὸν δὲ γνῶσιν αὐτοῖς & τ μελλόντων τὸν ϖρογνωσιν σκ πολλῶν μὲ & ἀλλων ἐπιμαρτυροῦσι, μάλιστα δὲ σκ & τ τὰς ἀστέρας χημάτων,

seu aliquibus horum, [1]seu omnibus fatalis series texitur; illud certè manifestum est, immobilem, simplicemque gerendarum formam rerum esse providentiam: [2]fatum verò eorum, quæ divina simplicitas gerenda dispossuit, mobilem nexum, atque ordinem temporalem. Quo fit, ut omnia quæ fato subsunt, providentiæ quoque subjecta sint; cui ipsum etiam

post ordines Angelorum, Dæmonum series constituit, aliosque eorum intellectuales tantum, alios vero intellectu & ratione præditos, alios sola ratione constantes; aliis vero cum ratione etiam irrationale tribuit, extremos denique Dæmonum in meram irrationalitatem detrudit, eosque idcirco materiales & pœnales indigetat. omnes autem res creatas iis gubernandas attribuit, eo fine, ut ab eis vivificentur & quasi inspirentur. Idcirco aliis quidem ignem, aliis aërem, aliis aquam, aliis denique terram committit: quosdam etiam regionum principes, alios corporum præfectos & materiæ custodes constituit. nostris vero animis eos illabi ait, non propter odium vel malevolentiam, sed quasi tortores & castigatores eorum quæ animi deliquerint. Præterea mentes nostras eos ad materiam incurvare, non quidem lædendi eas animo, sed ut illorum dedecus harum ad illos habitudine repræsentetur. Iram vero & impudentiam iis, prout pardis & leonibus assignat. eosque corporibus tenuibus & aëriis parumque resistentibus, non rotundis modo sed & oblongis amictos statuit, quæ parum lucis, multum verrenæ caliginis contineant. Cognitionem autem rerum, & futurorum præscientiam iis, tum ex multis aliis, tum maxime ex astrorum aspectibus assignat. Multarum igitur rerum virtutes ac scientias callent, sed, ut ait ibid. Philo, non ὀρθῆς λόγῳ ζυγατέρας rectæ rationis filias. Vall.

Seu Dæmonum varia sollertia.] Martian. Capella lib. 2. De Nupt. Phil. Græci δαίμονες dicunt ἀπὸ τῆς δαήμονας εἶναι. *Latini Medioximos vocitarunt.* Opinionem autem Platonicorum, præsertim Apuleii de Dæmonibus aëris multis examinat, vanamque esse demonstrat B. Augustin. lib. 8. 9. & 10. De Civ. Dei. *Sitzm.*

1 *Seu omnibus.*] Sic profecto est. Deserviunt conditori suo supercœlestes illi spiritus, qui coram eo propius assistunt. Obsequitur Anima mensque Universi seu tota Natura, vitam administrando, ordinem inditum tam enixè obeundo. Famulantur astrorum ignes tot ad commoda miraculaque è cœlo fulgentes. Parent denique utrique δαίμονες; illi quidem virtutis, hi verò nequitiæ consultores. Ita quidem omnia Dei providentiam observant, exequendisque ejus decretis præsto sunt, sed, ut inquit Augustin. [de Civit. Dei lib. IV.] *ordine & tempore occulto nobis, notissimo sibi.* Ne mortalis scire desidera. quis enim es, ut noveris consilium Domini: aut quis opus tam stupendum scientia consequi possit, Deus! nisi æterna tua illa *Sapientia*, quæ *sola tecum aderat quando cuncta componebas*? Vallin.

2 *Fatum vero eorum quæ divina simplicitas gerenda esse dispossuit, mobilem nexum atque ordinem temporalem.*] Agell. lib. 6. cap. 2. *Fatum quod Græci* πεπρωμένον vel εἱμαρμένην *vocant, ad hanc ferme sententiam Chrysippus Stoicæ Princeps Philosophiæ definit: Fatum est, inquit, sempiterna quædam & indeclinabilis series rerum, & catena volvens semetipsa sese & implicans per æternos consequentiæ ordines, ex quibus apta, connexaque est.* Sitzm.

1 *A prima*

etiam subjacet fatum. quædam verò, quæ sub providentia locata sunt, fati seriem superent. Ea verò sunt, quæ primæ propinqua divinitati stabiliter fixa, fatalis ordinem mobilitatis excedunt. Nam ut orbium circum eundem cardinem sese vertentium, qui est intimus, ad simplicitatem medietatis accedit, ceterorumque extra locatorum veluti cardo quidam, circa quem versentur, existit: extimus verò majore ambitu rotatus, quanto à puncti media individuitate discedit, tanto amplioribus spatiis explicatur: si quid verò illi se medio connectat & societ, in simplicitatem cogitur, diffundique, ac diffluere cessat. Simili ratione quod longius [1]à prima mente discedit, majoribus fati nexibus im-

1 *A prima mente.*] Post summum ac simplicissimum Deum, sequuntur beati illi spiritus qui majestatem Creatoris proxime intuentur, iidem illi simplices quoque. In Cœlo etiam, quod θεῖον vocat Aristoteles, quod est superius, ἀσώματον ὐσία; quod vero inferius, σωματικὴ dicitur Hierocli. Ipsorum Dæmonum atque adeo Hominum ψυχὴ, λογικὴ quidem est, sed μετὰ φαντασίας ἐ συμφυὲς σώματος. Deinde ipse Ignis, qui cœlo vicinus est, ὕλον apud Simplicium [com. in IV. Physic.] εἰδὲς λόγον ἔχει πρὸς τὰ ἄλλα στοιχεῖα, *habet rationem formæ comparatione aliorum elementorum.* Aër denique subtilior Aqua est; ac Terra, quæ penitus immobilis est. cujus nempe beneficio tam varios ex virtutum superiorum excipiunt effectus, ut iis fœcundiores factæ in tot tantosque, quos videmus animalium, plantarum, aliorumque operum fœtus erumpant. Cujus ordinis totius ac seriei rationem sic explicat Dionys. de divin. nomin. cap. IV. Τὸ μᾶλλον, ἢ ἧττον τῷ ἀγαθῷ πολυπάζον ἀναλόγως ἔστι ἀγαθόν. ἐπεὶπερ ἡ ἀφ' πάντων φοιτῶσα παντελὴς ἀγαθότης ἐ μένει μόνον χωρεῖ τὸ πρὸς αὐτὸ πεναζόμενον ἐσῶν· ὑπτίνει δὲ ἄχρι τῆ ἐσχάτων· παῖς μὲν ὁλικῶς παρέστε, παῖς δὲ ὑφειμένως· ἄλλας δὲ ἐσχάτας, ὡς ἔκαστον αὐτῆς μετέχειν δυνάμει τὸ ὄντως· ἢ τὰ μὲν πάντη ἢ ἀγαθῷ μετέχει· τὰ δὲ μᾶλλον, ἢ ἧττον ἐστέρηται· τὰ δὲ ἀμυδροτέρων ἔχειν ἢ ἀγαθῷ μεθέσιαν, ἢ ἄλλοις κεῖ ἔχεσθαι ἀπήχημα πάρεστι τ' ἀγαθόν. *Quod magis aut minus propinquat bono, pro ipsa* appropinquanti *mensura fit bonum. Siquidem perfecta bonitas per omnia se diffundens, non solum ad illas, quæ sunt circa ipsam substantias optimas accedit, sed ad extremas usque procedit: aliis quidem summopere præsens, aliis autem inferiore quadam conditione, aliis tandem infimo quodam pacto; quatenus singula percipere possunt. Jam vero alia bonum prorsus participant, alia vero magis minusve inde degenerant; sed alia temiorem boni præsentiam sortiuntur: aliis denique vestigium boni contingit extremum.* Quam spiritualium corporearumque substantiarum insitam a Creatore subordinationem & σύνταξιν sic exprimit Augustinus [lib. III. de Trin. cap. IV.] *Ut corpora crassiora per subtiliora & potentiora quodam ordine reguntur, ita omnia corpora per spiritum vitæ, spiritus vitæ irrationalis, per spiritum vitæ rationalem. & rationalis deser-*

implicatur, ac tantò aliquid fato liberum eſt, quantò illum rerum cardinem viciniùs petit. Quòd ſi ſupernæ mentis hæſerit firmitati, motu carens, fati quoque ſupergreditur neceſſitatem. Igitur uti eſt ad intellectum ratiocinatio; ad id quod eſt, id quod gignitur; [1] ad æternitatem tempus, ad puncti medium circulus: ita eſt fati ſeries mobilis ad providentiæ ſtabilem ſimplicitatem. Ea ſeries cælum ac ſidera movet, elementa in ſe invicem temperat, & alternâ commutatione transformat. Eadem naſcentia, occidentiaque omnia per ſimileis fetuum, [2] ſeminumque renovat progreſſus. [3] Hæc actus etiam, fortunaſque hominum indiſſolubili cauſarum connexione conſtringit: quæ cùm ab immobilis providentiæ profiſciſcantur exordiis, ipſas quoque immutabileis eſſe neceſſe eſt. Ita enim res optimè reguntur, ſi manens in divina mente ſimplicitas, indeclinabilem cauſarum ordinem promat; hic vero ordo res mutabileis, & alioqui temerè fluituras propriâ incommutabilitate coërceat. Quo fit, ut tametſi vobis hunc ordinem minimè conſiderare valentibus, confuſa omnia perturbataque videantur, nihilo minus tamen ſuus modus ad bonum dirigens cuncta diſponat. Nihil eſt enim quod mali cauſâ ne ab ipſis quidem improbis fiat: quos, ut uberrimè demonſtratum eſt, bonum quærentes pravus error avertit, ne dum ordo de ſummi boni cardine proficiſcens, à ſuo

tor atque peccator per ſpiritum juſtum atque pium, & hic per Deum, ac ſic univerſa creatura per Creatorem ſuum, ex quo, per quem, in quo condita etiam & inſtituta eſt. Quod autem hic Deum *mentem primam* nuncupat, more Platonis Platonicorumque facit, qui eum τὸν νοῦν paſſim vocant. Videndus poſt Platonem Ariſtot. cap. XI. lib. de Mundo. *Vall.*

1 *Ad æternitatem tempus, ad puncti medium circulus.*] MSS. cum Edit. Norimb. & Flor. *ad punctum medium circulus.* Sitzm.

2 *Seminumque renovat progreſſus.*] MS. Rittersh. *revocat progreſſus.* Sitzman.

3 *Hæc actus etiam.*] Imitatur hæc Salvianus lib. I. de Gub. Dei: *Præſertim cum etiam in his, quæ humano actu adminiſtrantur, nihil penitus ſine ratione conſiſtat, omniaque ita à Providentia incolumitatem, quaſi corpus ab anima vitam trahant.* Idem.

[1] à ſuo quemquam deflectat exordio. Quæ vero, inquies, poteſt ulla iniquior eſſe confuſio, quam ut bonis tum adverſa, tum proſpera, malis etiam tum optata, tum odioſa contingant? Num igitur ea mentis integritate homines degunt, ut quos probos improboſve cenſuerint, eos quoque, uti exiſtimant, eſſe neceſſe ſit? Atqui in hoc hominum judicia depugnant, & quos alii præmio, alii ſupplicio dignos arbitrantur. Sed concedamus, ut aliquis poſſit bonos, maloſve diſcernere. Num igitur poterit intueri illam intimam temperiem, veluti in corporibus dici ſolet, animorum? Non enim diſſimile eſt miraculum neſcienti, cur ſanis corporibus, his quidem dulcia, illis verò amara conveniant. cur ægri etiam quidam lenibus, quidam vero acribus adjuvantur. At hoc medicus, qui ſanitatis ipſius, atque ægritudinis modum temperamentumque dignoſcit, minimè miratur. Quid verò aliud animorum ſalus videtur eſſe, quam probitas? quid ægritudo, quàm vitia? Quis autem alius vel ſervator bonorum, vel malorum depulſor, quàm rector ac medicator mentium Deus? [2] Qui, cùm ex alta providentiæ ſpecula reſpicit, quid unicuique conveniat, agnoſcit, & quod convenire novit, accommodat. Hinc jam fit illud fatalis ordinis inſigne miraculum, cùm ab ſciente geritur, quod ſtupeant ignorantes. Nam ut pauca, quæ ratio valet humana, de divina profunditate perſtringam, de hoc, quem tu juſtiſſimum & æqui ſervantiſſimum putas, omnia ſcienti providentiæ diverſum videtur. Et victricem quidem cauſam diis, victam verò Catoni placuiſſe familiaris noſter [3] Lucanus admonuit. Hîc igitur quidquid citra ſpem videas

1 *A ſuo quemquam deflectat exordio.*] Vetus, *quoquam*; quod propriùs rimanti non improbabitur. *Bern.*

2 *Qui cum ex alta providentiæ ſpecula reſpicit.*] MS. Rittersh. & Edit. Norimb. *reſpexit.* Sitzm.

3 *Lucanus admonuit.*] Famoſo illo verſu lib. I. de B. C.

Nec quemquam jam ferre poteſt Cæſarve priorem,

Pom-

videas geri, rebus quidem rectus ordo est: opinioni verò tuæ perversa confusio. Sed sit aliquis ita bene moratus, ut de eo divinum judicium pariter, humanumque consentiat: sed est animi viribus infirmus: cui si quid eveniat adversi, desinet colere forsitan innocentiam, per quam non potuit retinere fortunam. Parcit itaque sapiens dispensatio ei, quem deteriorem facere possit adversitas, ne cui non convenit laborare, patiatur. Est alius cunctis virtutibus absolutus, sanctusque ac Deo proximus: hunc contingi quibuslibet adversis nefas providentia judicat, adeò, ut ne corporeis quidem morbis agitari sinat. [1] Nam ut quidam me quoque excellentior ait, Ἀνδρὸς ἱερᾶ σῶμα δυνάμεις οἰκοδομοῦσι. Fit autem sæpe, uti bonis summa rerum gerenda deferatur, ut exuberans retundatur improbitas. Aliis mista quædam, pro animorum qualitate, distribuit: [2] quosdam remordet, ne longa felicitate luxurient: [3] alios duris agitari sinit, ut virtutes animi, patientiæ usu atque exercitatione, confirment. Alii plus æquo metuunt, quod ferre possunt: alii plus æquo despiciunt, quod ferre non possunt. hos, in experimentum sui, tristibus ducit. Nonnulli venerandum sæculi nomen, [4] glorioſæ pretio mortis, emerunt. Quidam suppliciis inexpugnabiles, exemplum ceteris prætulerunt, invictam malis esse virtutem. quæ quàm rectè atque dispositè, & ex eorum bono, quibus accidere videntur, fiant, nulla dubitatio est. Nam

Pompejusve parem. quis justius induit arma
Scire nefas, magno se judice quisque tuetur:
Victrix causa Deis placuit, sed victa Catoni.
Vallin.

1 *Nam ut quidam me quoque excellentior ait, Ἀνδρὸς ἱερᾶ σῶμα δυνάμεις οἰκοδομοῦσι.*] Id est, *viri sacri corpus virtutes ædificant.* Bern.

2 *Quosdam remordet.*] Lucret. lib. 3. *Præteritisque admissa annis peccata remordent.* Sitzm.

3 *Alios duris agitari sinit, ut virtutes.*] Manuss. *duris agitat, ut.* Bern.

Alios duris agitari sinit.] MS. *Alios durius agitari permittit, ut virt.* Sitzm.

4 *Glorioſæ pretio mortis emerunt.*] Præfero quod in scripto, *glorioſæ præconio.* Bern.

1 *Quam*

Nam illud quoque, quod improbis nunc tristia, nunc optata proveniunt, ex eisdem ducitur caussis. Ac de tristibus quidem nemo miratur, quòd eos malè meritos omnes existimant. quorum quidem supplicia, tum ceteros ab sceleribus deterrent, tum ipsos, quibus invehuntur, emendant: læta vero magnum bonis argumentum loquuntur, quid de hujusmodi felicitate debeant judicare, [1] quam famulari sæpè improbis cernant. In qua re illud etiam dispensari credo, quòd est forsitan alicujus tam præceps atque importuna natura, ut eum in scelera potiùs exacerbare possit rei familiaris inopia: hujus morbo providentia collatæ pecuniæ remedio medetur. Hic fœdatam probris conscientiam spectans, [2] & se cum fortuna sua comparans, [3] forsitan pertimescit, [4] ne cujus ei jucundus usus est, sit tristis amissio. mutabit igitur mores, ac, dum fortunam metuit amittere, nequitiam derelinquit. [5] Alios in cladem meritam præcipitavit indignè acta felicitas. Qui-

1 *Quam famulari sæpe improbis cernant.*] MS. Rittersh. *Quam familiarem sæpe improbis cernant.* Sitzm.

2 *Et secum fortunam suam comparans.*] Alia in scriptis lectio, quam ego valde approbo: *se cum fortuna sua comparans.* Bern.

3 *Forsitan pertimescit.*] Pub. Syrus: *Nunquam secura est prava conscientia.* Sitzm.

4 *Ne rei, cujus jucundus usus est.*] MSS. & Edit. & Nor. Flor. *ne cujus ei jucundus usus est.* Idem.

5 *Alios in cladem meritam præcip.*] Illos nimirum, quos teste Juven. Sat. 3.
— *ex humili magna ad fastigia rerum*
Extollit, quoties voluit Fortuna jocari.
In quorum numero habendus Sejanus, Tiberio Imperatori nimium nimiumque familiaris. de quo idem Sat. 10.
— *nimios optabat honores*
Et nimias poscebat opes: numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata, unde altior esset
Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ.
Item Cleander Phryx genere, ex ea nota hominum, qui publice per præconem veneunt. Hic eo honoris atque authoritatis regnante Commodo provectus est, ut & corporis ejus custodiam, & cubiculi curam, præterea militum Præfecturam solus obtineret. Cum vero divitiæ ac luxus etiam ad imperii spem illum instigarent, Romanisque propter inexplebilem avaritiam esset exosissimus: accedentem ad se imperator (quod civile excitarat bellum) jussit comprehendi, & caput ejus amputatum contoque præfixum circumferri, voluptuosum scilicet atque optatum populo spectaculum præbiturus. Hunc exitum Cleander habuit: quasi in uno illo velut ambitiosius ostentaret Natura humana, posse ex infimo loco ad supremum fastigium evehi hominem, atque evectum dein rursus deturbari, quamlibet exiguo atque insperato fortunæ momento. Adi Herodianum Historic. libro primo. *Idem.*

1 *Quæ*

Quibusdam permissum puniendi jus, ut exercitii bonis, & malis esset causa supplicii. Nam ut probis atque improbis nullum fœdus est, ita ipsi inter se improbi nequeunt convenire. Quid ni? cum à semet ipsis discerpentibus conscientiam vitiis quique dissentiant, faciantque sæpè, [1] quæ cùm gesserint, non fuisse gerenda decernant? Ex quo sæpè summa illa providentia protulit insigne miraculum, ut malos mali bonos facerent. Nam dum iniqua sibi à pessimis quidam perpeti videntur, noxiorum odio flagrantes ad virtutis frugem rediere, [2] dum se eis dissimileis student esse, quos oderant. Sola est enim divina vis, cui mala quoque bona sint, cùm eis competenter utendo, alicujus boni elicit effectum. [3] Ordo enim quidam cuncta complectitur, [4] ut quod ab assignata ordinis ratione discesserit, hoc licet in alium, tamen in ordinem relabatur, ne quid in regno providentiæ liceat temeritati. [5] Ἀργαλέον δ' ἐμὲ ταῦτα θεὸν ὡς πάνθ' ἁγορεύειν. [6] neque enim fas est homini cunctas divini operis machinas vel ingenio comprehendere, vel explicare sermone. Hoc tantùm perspexisse sufficiat, quod naturarum omnium proditor Deus, idem ad bonum dirigens cuncta disponit: dumque ea quæ protulit, in sui similitudinem retinere festinat, malum omne de reipublicæ

1 *Quæ cum gesserint, non fuisse gerenda decernam.*] Recte MSS. & Edit. Flor. *decernant.* Sitzm.

2 *Dum se eis dissimiles student esse quos oderant.*] Dum *ex vitio alterius emendant suum.* Pub. Syrus. *Idem.*

3 *Ordo enim quidam cuncta complectitur.*] Q. Curtius lib. 5. De Reb. gestis Alexandri Magni: *Eludant licet, quibus forte ac temere humana negotia volvi, agique persuasum est: equidem æterna constitutione crediderim nexuque causarum latentium, & multo ante destinatarum suum quemque ordinem immutabili lege percurrere.* Idem.

4 *Ut ab assignata ordinis ratione discesserit.*] MSS. Erfurt. & Edit. Norimberg. *ut quod à designata ordinis ratione decesserit.* Idem.

5 Ἀργαλέον δ' ἐμὲ ταῦτα, θεὸν ὡς πάντ' ἀγορεύειν.] Id est, *Difficile hæc mihi ut omnia divina explicare.* Bernart.

6 *Neque enim fas est.*] Manilius lib. 4. *Ostendisse Deum nimis est. dedit ipse sibimet*
Pondera. nec fas est rebus suspendere Mundum.
Rebus enim major. —— Sitzm.

publicæ suæ terminis per fatalis seriem necessitatis [1] eliminat. Quo fit, ut quæ in terris abundare creduntur, si disponentem providentiam spectes, nihil usquam esse perpendas. Sed video jam dudum te & pondere quæstionis oneratum, & rationis prolixitate fatigatum: aliquam carminis exspectare dulcedinem. Accipe igitur haustum, quo refectus, firmior in ulteriora contendas.

METRUM VI.

[2] *Si vis celsi jura tonantis*
Pura sollers cernere mente,
Adspice summi culmina cæli.
Illic justo fœdere rerum
Veterem [3] *servant sidera pacem.*

Non

1 *Eliminat.*] MS. Rittersh. & Edit. Norimberg. *eliminet.* Idem.

2 *Si vis, &c.*] Carmen istud magis & magis illustraveris ex Arnob. lib. 1. Apul. De Mundo, Lactant. lib. 2. Inst. cap. 5. *Sitzm.*

Si vis celsi jura tonantis.] Hoc totum carmen sanè sanctum, cœleste, divinum si quis cum his Manilii lib. 11. versibus conferat, industriæ diligentiæque grande pretium habiturus est:

Namque canam tacita Naturæ mente potentem,
Infusumque Deum cælo, terrisque, fretoque,
Ingentem æquali moderantem fœdere molem:
Totumque alterno consensu vivere Mundum,
Et rationis agi motu, cum spiritus unus
Per cunctas habitet partes atque irriget orbem
Omnia pervolitans, corpusque animale figuret.
Quod nisi cognatis membris contexta maneret
Machina, & imposito pareret tota magistro,
Ac tantum Mundi regeret prudentia sensum,
Non esset statio terris, non ambitus astris,
Hæreretque vagus Mundus, standoque rigeret,
Nec sua dispositos servarent sidera cursus,
Noxque alterna diem fugeret, rursumque fugaret.
Non imbres alerent terras, non æthera venti,
Non Pontus gravidas nubes, non flamina Pontum,
Nec pelagus fontes: nec staret summa per omnes
Par semper partes æquo digesta parente,
Ut neque deficerent undæ, nec sidera nobis,
Nec Cælum justo majusve minusve volaret.
Motus alit non mutat opus. sic omnia toto
Dispensata manent Mundo, Dominumque sequuntur. Vall.

3 *Servant sidera pacem.*] Prudent. in Psychom.

Sidera pace vigent, consistunt terrea pace,
Nil placitum sine pace Deo ——

Cæcilius apud Min. Felicem: *Quid quod tori*

Non Sol rutilo concitus igne
Gelidum Phœbes impedit axem.
Nec quæ ſummo vertice mundi
Flectit rapidos Urſa meatus,
[1] *Numquam occiduo lata profundo,*
Cetera cernens ſidera mergi,
Cupit Oceano tingere flammas.
[2] *Semper vicibus temporis æquis*
Veſper ſeras nuntiat umbras,
Revehitque diem Lucifer almum.
Sic [3] *æternos reficit curſus*
Alternus amor: ſic [4] *aſtrigeris*
Bellum diſcors exſulat oris.
[5] *Hæc concordia temperat æquis*
Elementa modis, ut pugnantia
Vicibus cedant humida ſiccis,
Jungantque fidem frigora flammis,
[6] *Pendulus ignis ſurgat in altum,*
Terræ-

voti orbi & ipſi mundo cum ſideribus ſuis minantur incendium, ruinam moliuntur, quaſi aut naturæ divinis legibus conſtitutus æternus ordo turbetur, aut rupto elementorum omnium fœdere & cæleſti compage diviſa moles iſta, qua continemur, & cingimur, ſubruatur. Sitzm.

1 *Numquam occiduo.*] Sen. in Herc. Oet. ℣ſ. 1584.

Ante deſcendet glacialis Urſæ
Sidus, & ponto vetito fruetur,
Quam tuas laudes populi quieſcant.

Pulcre Claudianus in Gigantomachia fingit emergentibus Gigantibus ſidera expalluiſſe, timoremque ea invaſiſſe, adeo quidem, ut ſtationem ſuam relinquere voluerint. Verba ejus ſunt:

Oceanum petit Arctos, inocciduique Triones
Occaſum voluere pati ——

Idem alibi:

Claraque ſe vetito proluat Urſa mari.

Idem.

2 *Semper vicibus temporis æquis.*] Prudent. Cathem. Hymno quinto:

Inventor rutili Dux bone luminis
Qui certis vicibus tempora dividis. Id.

3 *Æternos reficit curſus.*] Arnob. l. 2. *Neceſſe eſt cuncta ſuos ire per curſus, nec ab ordinis nati continuatione diſcedere.* Idem.

4 *Aſtrigeris bellum diſcors exulat oris.*] Lactant. de Ira Dei, cap. 13. *Aſtra etiam cetera vel ortu vel occaſu ſuo certis ſtationibus opportunitates temporum plane ſubminiſtrant.* Idem.

5 *Hæc concordia* &c.] Apulejus de Mundo: *Principiorum conſenſus ſibi concordiam peperit: perſeverantiam vero amicitia inter ſe elementis dedit ſpecierum ipſarum æqua partitio, dum in nullo alia ab alia vincitur modo vel poteſtate. Æqualis quippe omnium diverſitas, graviſſimorum, leviſſimorum, ferventium, frigidorum, docente ratione Naturæ, diverſis licet rebus, æqualitatem deferre concordiam, omnia parentis mundi amœnitatem æternitatemque reperiſſe.* Idem.

6 *Pendulus ignis ſurgat.*] Quintilian. De-

Terræque graves [1] *pondere ſidant.*
[2] *Hiſdem cauſſis vere tepenti*
[3] *Spirat florifer annus odores,*
[4] *Æſtas Cererem fervida ſiccat,*
[5] *Remeat pomis gravis autumnus,*
Hiemem defluus irrigat imber.
Hæc temperies alit, ac profert
Quidquid vitam ſpirat in orbe:
Eadem rapiens condit, & aufert,
Obitu mergens orta ſupremo.
Sedet intereà conditor altus,
Rerumque regens flectit habenas,
[6] *Rex & dominus, fons & origo,*
Lex

Declamat. 4. *Caſune tibi, Pater, hæc diverſitas videtur in corpus unum diſſentientibus ſolidata primordiis, ut ſummo vertice locatus igneus vigor cuncta levia calidi ſpiritus ardore ſuſpenderet: profundus humor ad ima dimerſus, unde quotidie ſuperpoſiti caloris alimenta traherentur, terrenum pondus in medio quanto ſuperne ſpiritu, tanta penitus inanitate ſubnixum librata mole conſideret, ut ſeculorum infinita ſeries, per aſſiduas temporum vices ſua lege feſtinet?* Idem.

1 *Pondere ſidant.*] Senec. in Agam. ℣ſ. 86.

——— *ſidunt ipſo*
Pondere magna ———

Idem.

2 *Iiſdem cauſſis.*] Huc pertinent illa verba Min. Felicis: *Quid? cum ordo temporum hac frugum ſtabili varietate diſtinguitur, nonne auctorem ſuum parentemque teſtatur? Ver æque cum ſuis meſſibus, & autumni maturitas grata, & hyberna olivitas neceſſaria: qui ordo facile turbaretur, niſi maxima ratione conſisteret. Jam providentiæ quantæ, ne hiems ſola glacieureret, aut ſola æſtas ardore torreret, autumni & veris inſerere medium temperamentum, ut per veſtigia ſua anni revertentis occulti & innoxii tranſitus laberentur.* Idem.

3 *Spirat florifer annus odores.*] Manilius lib. 4.

—— *odoratæ ſpirant medicamina ſylvæ.*

Idem.

4 *Æſtas fervida.*] Bene *fervida*. Tunc enim

Flammiferis tellus radiis exuſta dehiſcit
Candentique globo medius coquit æthera fervor,

ut loquitur Silius lib. 1. *Idem.*

5 *Remeat pomis gravis Autumnus.*] Horat. Epod. Od. 2.

Vel cum decorum mitibus pomis caput
Autumnus arvis extulit.

Columella lib. 10.

Cum ſatur Autumnus quaſſans ſua tempora pomis,
Sordibus, & muſto ſpumantes exprimit uvas.

Angelus Politianus in Sylva, cui titulus Manto:

Et Pater Autumnus medio conſurgat ab arvo,
Pomiferum viridi caput alte umbratus amictu. Idem.

6 *Rex.*] Plato in epiſt. ad Dionyſium; Deum pronuntiavit τὸ βασιλέα πάντων, *omnium Regem*, huicque quod maxime notandum eſt, ſubjicit τὸν μετὰ τοῦτον Θεὸν, *primum illum Deum*, hoc eſt, ut opinantur Platonici, τὸν Δία *Iovem*;

Lex & ſapiens arbiter æqui,
Et quæ motu concitat ire,
Siſtit retrahens, ac vaga firmat.
Nam niſi rectos revocans itus,
Flexos iterum cogat in orbeis,
Quæ nunc [1] *ſtabilis continet ordo,*
Diſſepta ſuo fonte fatiſcant.
Hic eſt cunctis communis amor,
Repetuntque boni fine teneri.
Quia non aliter durare queunt,
Niſi converſo rurſus amore
[2] *Refluant cauſſæ, quæ dedit eſſe.*

PRO-

quod tamen obſcurum de induſtria reliquit Plato. Quòd verò hoc nomine ſignificaverit ſeu potius, cicutam metuens, velaverit ſummi Dei nomen, nec, eum *cum cognoviſſet, ſicut Deum glorificaverit*, teſtis eſt Apulejus his in Apologiæ verbis, mentem Platonis ipſe quoque aperire geſtiens nec audens: *Quin altitudinis ſtudio ſecta iſta* Platonicorum *Cæloipſo ſublimiora quæpiam veſtigavit, & in extimo Mundi tergo degit. Idem Maximus optimè intelligit, ut de nomine etiam vobis reſpondeam, quiſnam ſit ille non à me primo, ſed à Platone nuncupatus βασιλεὺς, totius rerum naturæ cauſa, & ratio, & origo initialis, ſummus animi Genitor, æternus animantum Soſpitator, aſſiduus Mundi ſui Opifex. ſed enim ſine opera Opifex, ſine cura Soſpitator, ſine propagatione Genitor: neque loco, neque tempore, nec ulla voce comprehenſus, eoque paucis cogitabilis, nemini effabilis. En ultro augeo Magiæ ſuſpicionem. non reſpondeo tibi Æmiliane quem colam βασιλέα. quin ſi ipſe proconſul interroget, quid ſit Deus meus: tacebo de nomine, ut impræſentiarum ſatis dixi.* Hoc quoque veteres uſurparant, Homerus,

—— ἄναξ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

ac poſt Virgilius,

—— *Sic fata Deûm rex*
Sortitur. ——

Et,

—— *Rex omnipotentis Olympi.*

Vallin.

Rex & Dominus, fons & origo.] Ecquis negarit Boetium noſtrum exprimere voluiſſe illum verſum Orphei:

Ζεὺς βασιλεὺς, Ζεὺς ἀρχὸς ἁπάντων, Ζεὺς μεσσιτεύων.

Rex Iovis omnigenum eſt, princeps, & originis auctor.

Martianus Capella lib. 3. Nupt. Philol. de Sole:

Fomes ſenſificus, mentis fons, lucis origo.

Sitzm.

1 *Stabilis ordo.*] Val. Flacc. lib. 1.

Tum genitor: Vetera hæc nobis & condita pergunt
Ordine cuncta ſuo, rerumque à principe curſu
Fixa manent ——

Idem.

2 *Refluant cauſſæ.*] Amore nimirum ad id impellente, ut inquit, quem Dionyſius ex Hierothei hymno dicit eſſe ἑνοποιὸν τινα καὶ συνεκτικὸν δύναμιν. τὸ μὲν ὑπέρτερα κινοῦσαν ἐπὶ πρόνοιαν τῶν καταδεεστέρων. τὸ δὲ ὁμοίοις πάλιν εἰς κοινωνικὴν ἀλληλεγγύαν. καὶ ἐπ' ἐσχάτων ὑφειμένοις αὖθις τὸν τῶν κρειττόνων καὶ ὑπερκειμένων ἐπιστρεφόμενον. *vim quandam unificam atque commiſcentem. ſuperiora quidem movent em ad inferiorum providentiam; quæ autem ejuſdem ſunt ordinis. ad communionem mutuam adhortantem. ac inferiora* tandem *revocantem, ut ad meliora & ſuperiora convertantur.* Amor igitur converſionis & aſcenſus Animæ ad Deum cauſa eſt, & quidem impultrix. quod & affirmat Jamblichus lib. de myſt. Ægypt. *A primo deſcenſu Deus animas ea conditione demiſit, ut ad eum iterum revertantur.* Et anima apud Syneſium Hym. III.

Λιβὰς ἀέναος
Κέχυμαι πατρός.
Παγᾶ με δίδου
Ὅθεν ἐξεχύθην
Φυγὰς ἀλήτης,
Gutta cæleſtis
Effuſa ſum in terram.
Fonti me reſtitue
Unde ſum effuſa
Profuga vagans.

Et oraculum de Juliani Imp. morte apud Suidam,

Ἥξεις δ' αἰθερίης φάεος παλιρρόον αὐλὸν,
Ἔνθεν ἀποπλαγχθεὶς μερόπιον ἐς δέμας ἦλθες.
Venies autem ad ætherii luminis paternam manſionem,
Unde demigrans humanum in corpus veniſti.

Empedocles apud Simplicium illis verſibus, de quibus ſupra, quos haud dubie noſter cum hæc ſcriberet in mente habuit,

Ἦ δὲ τὸ δ' ἀλλάσσοντα πλανώμενος ἠδὲ μεθ' ὕδατι πλήνῃ,
Ταύτῃ αἰὲν ἔασιν ἀκλινέα καὶ κύκλον. Vall.

Refluant cauſſæ, quæ dedit eſſe.] Cæcilius apud Minut. Felicem: *Ita in fontem refluunt, & in ſemet omnia revolvuntur, nullo artifice, nec judice, nec auctore.* Lucret. lib. 4.

Omnia quandoquidem cogit Natura referri
Ac reſilire ab rebus ad æquos reddita flexus. Sitzm.

1 *Tum puniendi corrigendique improbos.*] MSS. *tum puniendi corrigendive improbos.* Idem.

PROSA VII.

Jamne igitur vides, quid hæc omnia, quæ diximus, conſequatur? Quid nam? inquam. Omnem, inquit, bonam prorſus eſſe fortunam. Et quî, inquam, fieri poteſt? Attende, inquit, cùm omnis fortuna vel jucunda, vel aſpera, tum remunerandi exercendive bonos, [1] tum puniendi corrigendive improbos cauſsâ deferatur; omnis bona eſt, quam vel juſtam conſtat eſſe, vel utilem. Nimis quidem, inquam, vera ratio; &, ſi quam paullo antè docuiſti providentiam fatumve conſiderem, firmis viribus nixa ſententia. Sed eam, ſi placet, inter eas quas inopinabileis paullò antè poſuiſti, numeremus. Qui? inquit. Quia id hominum ſermo communis uſurpat, & quidem crebrò, quorundam malam eſſe fortunam. Viſne igitur, inquit, paulliſper vulgi ſermonibus accedamus, ne nimium velut ab humanitatis

tatis usu recessisse videamur? Ut placet, inquam. Nonne igitur bonum censes esse, quod prodest? Ita est, inquam. Quæ verò aut exercet, aut corrigit, prodest. Fateor, inquam. Bona igitur. Quid ni? Sed hæc eorum est, qui vel in virtute positi, contra aspera bellum gerunt, vel à vitiis declinantes, [1] virtutis iter arripiunt. Negare, inquam, nequeo. Quid verò jucunda, quæ in præmium tribuitur bonis, num vulgus malam esse decernit? Nequaquam: verùm uti est, ita quoque esse optimam censet. Quid reliqua, quæ, cùm sit aspera, justo supplicio malos coërcet, num bonam populus putat? Immo omnium, inquam, quæ excogitari possunt, judicat esse miserrimam. Vide igitur ne opinionem populi sequentes quiddam valde inopinabile confecerimus? Quid? inquam. Ex his enim, ait, quæ concessa sunt, evenit eorum quidem, qui vel sunt in possessione, vel in provectu, vel in adeptione virtutis, omnem, quæcumque sit, bonam; in improbitate verò manentibus, omnem pessimam esse fortunam. Hoc, inquam, verum est, tametsi nemo audeat confiteri. Quare, inquit, ita vir sapiens molestè ferre non debet, quoties in fortunæ certamen adducitur: ut [2] virum fortem non decet indignari, quoties increpuit bellicus tumultus. Utrique enim, huic quidem gloriæ propagandæ, illi verò confirmandæ sapientiæ difficultas ipsa, materia est. Ex quo etiam virtus vocatur, [3] quod suis viribus nitens non superetur adversis. Neque enim vos in pro-

1 *Virtutis iter arripiunt.*] Ennodius Ticin. in Panegyr. *Nullus præter parentem iter arripuit.* Rutil. Itin. lib. 1.

His dictis iter arripimus, comitantur amici. Idem.

2 *Virum fortem, non decet indignari quoties increpuit bellicus tumultus.*] Hæc facilius dicuntur, quam fiunt. Quis enim adeo constans, adeo infractus, ut instantia subeat impavidus pericula? *Vincitur humanæ mentis auctoritas prævisione discriminis: labascit fortium conscientia, quoties formidanda oculis ingeruntur*, inquit Ennodius in Panegyrico Theodorico Regi dicto. *Idem.*

3 *Quod suis viribus nitens non superetur adversis.*] Silius Italicus lib. 10.

— *neque enim virtutis amorem*
Adversa exemisse valent —
Idem.

1 *Emar-*

provectu positi virtutis, diffluere deliciis, & [1] emarcescere voluptate venistis, prœlium cum omni fortuna nimis acre conseritis, [2] ne vos aut tristis opprimat, aut jucunda corrumpat. firmis medium viribus occupate. Quidquid autem infra subsistit, aut ultra progreditur, habet contemtum felicitatis, non habet præmium laboris. In vestra enim situm manu, qualem vobis fortunam formare malitis. Omnis enim, quæ videtur aspera, nisi aut exercet, aut corrigit, punit.

METRUM VII.

[3] *Bella bis quinis operatus annis*
[4] *Ultor* [5] *Atreides*, [6] *Phrygiæ ruinis*

Fra-

1 *Emarcescere voluptate.*] Ovid. 1. De Ponto, Elegia sexta:

Nec juvat in lucem nimio marcescere vino. Idem.

2 *Ne vos aut tristis opprimat, aut jucunda corrumpat.*] Sententia Periandri Corinthii numeris ab Ausonio explicata:

Si fortuna juvat, caveto tolli
Si fortuna tonat, caveto mergi.

Horatius lib. 2. Carm. Od. 10.

Rebus angustis animosus atque
Fortis appare: sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

Apud Q. Curtium l. 10. Alexander Magnus milites suos ita increpat: *Secundis rebus, quæ circumfluunt vos, insani e cœpistis, obliti status ejus, quem beneficio exuistis meo. Digni hercle qui in eodem conseneſcatis: quoniam facilius est vobis adversam, quam secundam regere fortunam.* cujus generis sententias plures ex Xenophonte & aliis annotavit Muretus in Var. lectionibus. Ennodius in Panegyr. Regem suum tergemino ornat elogio, quod *nunquam animi illius status aut secundarum rerum tumore elatus fuerit, aut dubiis acquieverit.* Contra Zosimus l. 2. hist. scribit de Magnentio quod exstiterit *audax fortuna prospera, timidus adversa.* Idem.

3 *Bella bis quinis o. a.*] Senec. in Agam. ℣. 624.

— *restitit annis*
Troja bis quinis
Unius noctis peritura fato.

Idem in Troad. ℣. 1056.

— *tam ferum, tam triste bis quinis*
scelus
Mars vidit annis —

Idem in Agam. vocat istud bellum *Martem decennem*, ℣. 921. vid. & Plaut. in Bachid. act. 5. scen. 8. in pr. aliosque. Idem.

4 *Ultor Atreides.*] Statius l. 2. Achilleid.

— *si nomina quæras*
Hæc perlata ducum, fidit quibus ultor
Atreides. Idem.

5 *Atreides.*] Sosipater Charisius, Instit. Grammat. l. 1. *Masculina modo in ES, modo A terminantur, ut Anchises, Anchisa: Chryses, Chrysa: Attes, Atta: Atreides, Atreida. ut Propert.* (lib. 2. Eleg. 14.)

Non ita Dardanio gavisus Atreida
triumpho. Idem.

6 *Phrygiæ ruinis.*] Andromacha de Astyanacte, apud Sen. in Troad. v. 738.

An has ruinas urbis in cinerem datas
Hic excitabit? —

Silius Italicus l. 1. de Murro Herculem invocante:

Fratris amissos thalamos piavit.
Ille dum Grajæ dare vela classi
Optat, & [1] ventos redimit cruore,
[2] Exuit patrem, miserumque tristis
Fœderat gnatæ jugulum sacerdos.
Flevit amissos [3] Ithacus sodaleis,
Quos ferus, [4] vasto recubans in antro,
Mersit immani Polyphemus alvo.
Sed tamen, caco furibundus ore,
Gaudium mœstis lacrymis rependit.
Herculem [5] duri celebrant labores;

Ille

— *fer numen amicum*
Et Trojæ quondam primis memorate ruinis
Dexter ades Phrygiæ delenti stirpis alumnos. Idem.

1 *Ventos redimit cruore.*] Clytæmnestra apud Senecam in Agam. ℣.168.

Cruore ventos emimus, & bellum nece.

De Iphigeniæ autem supplicio post Euripidem vide Lucret. lib. 1. Propert. l. 4. Eleg. 1. Senec. in Agamem. v. 165. & seqq. *Idem.*

2 *Exsuit patrem.*] Contra Ovid. in epist. Heroid.

— *induit illa patrem.*

Nostrum autem Boëtium & hic imitatum fuisse Senecam apparet ex illo Troad. ℣. 561. ubi Andromacha :

— *non hostibus* (inquit)
Confossa telis pectus, aut vinclis manus
Secantibus præstricta, non acri latus
Utcunque flamma cincta, maternam fidem
Unquam exuissem —
Idem.

3 *Ithacus.*] Cassiodorus 1. Variar. 39. *Interdum expedit patriam negligere, ut sapientiam quis possit acquirere. Ulysses Ithacus nisi hoc fecisset, in laribus propriis forsan latuisset. Cujus sapientiam hinc maxime Homeri nobile carmen asserit, quod multas civitates & populos circuivit. Dum illi prudentiores semper habiti, qui multorum hominum conversationibus probantur eruditi.* Similiter Apulejus de Deo Socratis : *Nec aliud te in eodem Ulysse Homerus docet, qui semper ei comitem voluit esse Prudentiam : quam poëtico ritu Minervam nuncupavit. Igitur, hac eadem comitante, omnia horrenda subiit, omnia adversa superavit. Quippe ea adjutrice Cyclopis specus introivit ; sed egressus est : Solis boves vidit ; sed abstinuit : ad inferos demeavit, sed ascendit. eadem Sapientia comite, Scyllam præternavigavit ; nec abreptus est : Charybdi conspectus est ; nec retentus est : Circes poculum bibit ; nec mutatus est : ad Lotophagos accessit ; nec remansit : Sirenes audivit ; nec accessit.* De eodem Polyænus lib. 1. Strategematum. *Idem.*

4 *Vasto in antro.*] Virg. 3. Æneid.

Hic me dum trepidi crudelia limina linquunt
Immemores socii vasto Cyclopis in antro
Deseruere — Idem.

5 *Duri labores.*] Senec. in Herc. Fur. ℣. 433. ubi Megara de Hercule ad Lycum :

Imperia dura tolle : quid virtus erit ?

Min. Felix : *Vires denique & mentis & corporis sine laboris exercitatione torpescunt : omnes adeo vestri viri fortes quos in exemplum prædicatis, ærumnis suis inclyti floruerunt.* Cassiodorus 1. Variar. 24. *Laborem non refugit, qui virtutis gloriam concupiscit.* Idem 1. Variar. 39. *Natura humana duris laboribus instruitur, ita per otia torpentia fatuatur.* Seneca Epist. 31. *Generosos animos labor nutrit.* Pindarus Pythi. ult.

Εἰ δέ τις ὄλβῳ ἐν ἀνθρώποισιν, ἄνδρα κομφάτες
ἐ φαίνεται

Et Olymp. ε.

Ἀεὶ δ' ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος διαπέρνα τε μόχθους, θεὸς
ἔργον κινδύνῳ κεκαλυμμένον.

Silius Italic. lib. 1.

Ardua virtutem profert via —
Idem.

1 *Ille Centauros domuit superbos.*] Sen. in Oed. ℣. 478. de Baccho :

Ille dispersos domuit Gelonos :
Arma detraxit trucibus puellis.

Quo Strategemate usus sit Hercules in debellandis Centauris, docet Polyænus lib. 1. cujus verba huc adscribam, quod sciam non in omnium manibus eum auctorem versari, & tamen narrationem illam esse lectu jucundam : *Hercules cum è Pelio Centaurorum gentem exscindere statuisset, sic ut tamen ipse non prior inciperet pugnam, sed illos provocaret, diversatus est apud Pholum : apertoque cado vini odorati, eum ipse cum suis custodivit. Id sentientes Centauri, concursum ad Pholi antrum fecerunt, vinumque rapuerunt. Ibi tum Hercules, quasi injuriam inferentibus, qui accurrerant, impetum in eos faciens, morte Centauros affecit.* Istius etiam laboris Herculei meminit Ovid. Heroid. epist. 9. Silius lib. 3. Senec. in Herc. Oet. ℣. 1195. *Idem.*

2 *Abstulit sævo spolium leoni.*] Senec. in Herc. Fur. ℣. 1150.

— *cur latus lævum vacat*
Spolio Leonis ? —

In Hippolyt. v. 317.

Natus Alcmena posuit pharetras,
Et minax vasti spolium Leonis.

In Herc. Oet. v. 786.

Spolium Leonis sordidum tabo exsuit.

[1] Ille Centauros domuit superbos,
[2] Abstulit sævo spolium leoni,
[3] Fixit & [4] certis volucres sagittis :
[5] Poma cernenti rapuit draconi,

Au-

De hoc labore vid. eundem in Herc. Fur. v. 45. v. 225. v. 465. in Thyest. v. 858. in Agam. v. 830. in Herc. Oet. v. 16. v. 1193. v. 1892. Et Lucret. lib. 5. Martial. lib. 5. Epig. 67. Claudian. in Rufin. l. 1. v. 285. Silium Ital. lib. 3. Val. Flacc. lib. 8. Ovid. Epist. Heroid. 9. Politian. in Nutricia, v. 67. Ælian. l. 4. Var. hist. cap. 5. *Idem.*

3 *Fixit & certis volucres sagittis.*] Lactant. lib. 1. Div. Instit. cap. 9. de Hercule : *Quid enim tam magnificum, si leonem, aprumque superavit ? si aves dejecit sagittis ? si regium stabulum egessit ? si virginem vicit, cingulumque detraxit ? si equos feroces cum domino interemit ? Opera sunt ista fortis viri, hominis tamen : illa enim quæ vicit, fragilia & mortalia fuerunt.* Id.

4 *Certis sagittis.*] Has ipsas Hercules Philoctetæ traditurus ita commendat apud Senec. in Herc. Oet. v. 1652.

Victure felix ! has enim nunquam irritas
Mittes in hostes : sive de media voles
Auferre volucres nube ; descendent aves,
Et certam prædam tela de cælo ferent.
Nec fallet unquam dexteram hic arcus tuam :
Librare telum didicit, & certam dare
Fugam sagittis ; ipsa non fallunt iter
Emissa nervo tela.

De hoc labore Lucret. lib. 5. Claudian. in Epigrammate de Hystrice, Senec. in Herc. Fur. v. 243. v. 945. in Agam. v. 850. in Oct. v. 17. in Herc. Oet. v. 1237. v. 1390. v. 1888. *Idem.*

5 *Poma cernenti rapuit Draconi.*] Sen. in Herc. Fur. v. 240.

Posthæc adortus nemoris opulenti domos
Aurifera vigilis spolia serpentis tulit.

Latius vero hæc exequitur in Agam. v. 851. & seqq.

Arborque pomis fertilis aureis
Extimuit manus, insueta carpi,
Fugitque in auras leviore ramo :
Audivit sonitum crepitante lamna

[1] *Aureo lævam gravior metallo:*
Cerberum traxit triplici catena.
[2] *Victor immitem posuisse fertur*
Pabulum sævis dominum quadrigis.
[3] *Hydra combusto perit veneno,*
[4] *Fronte turpatus * Achelous amnis,*

Ora

Frigidus custos nescius somni,
Linqueret cum jam nemus omne fulvo
Plenus Alcides vacuum metallo.

Porro ad istum v. & seqq. referenda sunt amœnissimi verba Solini, qui cap. 27. ait: *De hortis Hesperidum & pervigili Dracone, ne famæ licentia vulneretur, fides & ratio hæc est. Flexuoso meatu æstuarium è mari fertur, adeo sinuosis lateribus tortuosum, ut visentibus procul lapsus angueos fracta vertigine mentiatur. Itaque, quod hortos appellavere, circumdat. Unde pomorum custodem interpretantes, struxerunt iter ad mendacium fabulandi. Sed hæc insula sinuata sinibus alvei procurrentis, & in quibusdam æquoris spiris sita, præter arbores oleastri similes & eram sacram Herculi, aliud nihil præfert quod propaget vetustatis memoriam. Verum ultra frutices aureos, & metalla frondentia illud magis mirum, quod solum inferiore licet libra depressius, nunquam tamen accessu freti superlabitur, sed obstaculo naturalis repaguli in ipsis marginibus hæret unda, & intimis orarum superciliis sponte fluctus ingruentes sistuntur; ut spectando nimirum ingenio loci, planicies manet sicca, quamvis prona superveniant æquora.* Idem.

1 *Aureo læva gravior metallo.*] MSS. *lævam.* Eod. modo Senec. in Hippolyt. v. 300. de Jove:

Candidas ales modo movit alas
Dulcior vocem moriente cycno.

De hoc labore Propert. lib. 2. Eleg. 24. v. 26. Lucret. lib. 5. Val. Flacc. lib. 2. Arnobius lib. 5. adverss. Gentes. Senec. in Thebaid. v. 317. in Agam. v. 852. in Herc. Oet. v. 1534. Martian. Capella lib. 6. *Idem.*

2 *Victor immitem p. f.*] Sen. in Herc. Oet. v. 226.

Quid fabula memorem dira Bistonii gregis?
Suisque regem pabulum armentis datum?

Apulejus lib. 7. Met. *Sic apud historiam de rege Thracio legeram, qui miseros hospites ferinis equis suis lacerandos devorandosque porrigebat. Adeo præpotens ille tyrannus sic parcus hordei fuit, ut edacium jumentorum famem corporum humanorum largitione sedaret.* Ovid. Heroid. Ep. 9.

Non tibi succurrit crudi Diomedis imago
Efferus humana qui dape pavit equos.

De hoc labore, immanitateque Diomedis Sen. in Herc. Fur. v. 1169. in Agam. v. 841, in Herc. Oet. vers. 20. v. 1540. v. 1790. v. 1819. v. 1897. Lucretius l. 5. Silius lib. 3. Gellius lib. 3. cap. 9. Ovidius 1. de Ponto, Eleg. 3. *Idem.*

3 *Hydra combusto periit veneno.*] Sen. in Herc. Fur. v. 241.

Quid? sæva Lernæ monstra, numerosum malum,
Non igne demum vicit, & docuit mori?

De hoc labore Lucret. lib. 5. Propert. lib. 2. El. 24. v. 25. Martial. l. 5. Epig. 67. Valer. Flac. lib. 7. Silius lib. 3. Ovidius in Epist. Heroid. 9. Claudian. lib. 1. in Rufin. v. 200. Seneca in Hercul. Fur. v. 45. v. 529. in Medea, v. 701. in Agamem. v. 835. in Hercul. Oet. v. 19. vers. 1194. *Idem.*

4 *Fronte turbatus Achelous amnis.*] Beta languidius est. corrige mecum ex Manuss. *fronte turpatus.* Statius Theb. IV.

— *& Herculea turpatus gymnade vultus*
Amnis, adhuc imis vix truncam attollere frontem
Ausus aquis.

Ovidius fabulam, quam tangunt nostri, fusè, ut solet, describens Metam. IX.

Nec satis hoc fuerat; rigidum fera dextera cornu
Dum tenet infregit, truncaque à fronte revellit. Bern.

Fronte turbatus.] In MSS. quibusdam:

Fronte turpatus Achelous amnis.

quam lectionem & Basil. edit. vetus retinuit, & confirmat illud Senecæ in Herc. Oet. v. 495. & seqq.

— *subactus Herculis clava horridi*
Achelous, omnes facilis in species dari,
Tandem peractis omnibus patuit feris
Unoque turpis subdidit cornu caput.

De hoc labore Ovidius 9. Metam. 3. Amor. Eleg. 5. Heroid. epist. 9. & ep. 15. Silius lib. 3. Senec. in Medea, v. 635. in Herc. Oet. v. 300. & 1292. *Sitzm.*

* *Achelous.*] Vibius Sequester de Fluminibus: *Achelous Ætoliæ primus erupisse terram dicitur, in Maliacum sinum effluit: Ætoliam ab Acarnania dividit. Oritur in Pindo monte. Acheloum* Græcis vetustissimis pro quacunque aqua dici solitum, lucide ostendit Macrobius l. 5. Saturnal. cap. 18. *Idem.*

1 *Ora pudibunda.*] Senec. in Herc. Fur. v. 1178.

Uterque tacitus ora pudibunda obtegit.

In Oedipo v. 619. dicit:

— *pudibundum caput extulit.*

Idem.

2 *Stravit Antæum Lib. a.*] Martian. Capella lib. 6. *Africa vero ac Libya dictæ ab Afro Lib. Herculis filio. In confinio est Elissos colonia, in qua regia Antæi luctamenque cum Hercule celebratur* &c. Amphitruo apud Sen. in Hercul. Fur. v. 482. ad Lycum:

— *non nosti omnia.*
Ipsius opus est cæstibus fractus suis
Eryx, & Eryci junctus Antæus Libys.

De hoc labore idem in Herc. Oet. v. 25. v. 1783. v. 1898. Propertius lib. 3. El. 21. v. 10. Martialis l. 5. Epigram. 67. Lucan. lib. 4. Val. Flacc. lib. 1. Silius lib. 3. Ovidius epist. Heroid. 9. Claudian. in Rufin. lib. 1. v. 288. Augustin. lib. 18. De civit. Dei, cap. 12. & Ludov. Vives. Pindarus itidem Isth. Od. 4. scribit, adeo immanem fuisse Antæum, ut templum Neptuni *χρυσίοις ξείνων* à se interfectorum cooperuerit. *Idem.*

3 *Cacus Euandri*, &c.] Hunc laborem eleganter describit Virg. 8. Æneid. Propert. lib. 4. Meminit ejusdem Solin. in Polyhist. cap. 6. Augustin. lib. 19. de civ. Dei, cap. 12. Silius in fin. lib. 6. *Idem.*

4 *Satiavit iras.*] Silius lib. 11.

— *neque enim satiaverat iras*
Dicendo —

Petron Arbiter:

— *gemini satiavit numinis iram*
Telephus — Idem.

5 *Quosque pressurus foret altus orbis.*] Senec. in Hippolyt. v. 325.

— *humerisque quibus*
Sederat alti regia cæli.

Idem.

6 *Setiger spumis humeros notavit.*] Alcmena apud Senec. in Herc. Oet. v. 1887.

Stratus vestris setiger oris.

Ovid. quoque 8. Metam. absolute aprum vocat *Setigerum*:

Vulnera fecissent, nisi setiger inter opacas
Nec jaculis isset, nec equo loca pervia sylvas. Idem.

7 *Spumis.*] Hinc *spumei, spumantes, spumigeri* apri dicuntur. De hoc labore Solin. cap. 13. Lucr. lib. 5. Martial. l. 5. Epig. 67. Silius lib. 3. ubi aprum istum *pestem Erymanthiam* vocat. Ovid. Epist. Heroid. 9. Senec. in Agam. vers. 832. in Herc. Oet. v. 17. v. 1537. & Claudianus rotundissimo isto Epigrammate:

Torvus aper, fulvusque leo coiere superbis
Viribus: hic setis sævior, ille juba.

[1] *Ora demersit pudibunda ripis.*
[2] *Stravit Antæum Libycis arenis,*
[3] *Cacus Euandri* [4] *satiavit iras,*
[5] *Quosque pressurus foret altus orbis*
[6] *Setiger* [7] *spumis humeros notavit.*

Ulti-

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОДЕСЬКОГО НАЦІОНАЛЬНОГО УНІВЕРСИТЕТУ ІМЕНІ І.І. МЕЧНИКОВА

[1] *Ultimus cælum labor irreflexo*
Sustulit collo, pretiumque rursus
Ultimi [2] *cælum meruit laboris.*
[3] *Ite nunc fortes, ubi celsa magni*
Ducit exempli via: cur inertes
Terga nudatis? superata tellus
Sidera donat.

Hunc Mars, hunc Cybele laudat, dominatur uterque
Montibus. Herculeus sudor uterque fuit.

Quod si credimus Polyæno, neque hunc laborem sine astu Hercules perfecit. Ita enim ille lib. 1. Stratag. *Hercules vires ac robur Erymanthii suis metuens, dolo belluam cepit. Cum enim hic in valle somnium caperet, (erat autem vallis plena nivium) ille multos lapides desuper injiciebat, itaque sus excitatus exsiliit, & furore atque indignatione præceps actus, in nivem incidit, ac submersus, impingensque capiebatur.* Sitzm.

1 *Ultimus cælum labor.*] Sen. in Herc. Fur. v.68.

——— *robore expenso tumet,*
Et posse cælum viribus vinci suis
Didicit ferendo: subdidit mundo caput,
Nec flexit humeros molis immensæ labor,
Mediusque collo sedit Herculeo polus,
Immota cervix sidera & polum tulit.

Idem.

2 *Cælum meruit.*] Martian. Capella in fin. lib. 1. de nupt. Philol. *Omnis Deorum senatus in suffragium concitatur, acclamantque cuncti fieri protinus oportere: adjiciuntque sententiæ Jovialı, ut deinceps mortales quos vitæ insignis elatio & maximum culmen meritorum, ingeniumque in appetitum cælitem propositumque sidereæ cupiditatis extulerit, in Deorum numerum cooptentur.* Idem.

3 *Ite nunc fortes ubi celsa magni Ducit exempli via.*] Ovid. 4. Trist. Eleg. 3.

Ardua per præceps gloria tendit iter.
Hectora quis nosset felix si Troja fuisset?
Publica virtutis per mala facta via est. Idem.

ANI-

ANICII MANLII SEVERINI BOETII CONSOLATIONIS PHILOSOPHIÆ LIBER QUINTUS.

ARGUMENTUM LIBRI.

Quid sit casus. an sit liberum arbitrium: quis providentiæ ordo: quæ fati series in rerum administratione describit. deinde præscientiam Dei non tollere hominis libertatem probat. quam omnem quæstionem solidissimis rationibus tractat & solvit.

PROSA I.

DIxerat, orationisque cursum ad alia quædam tractanda atque expedienda vertebat. Tum ego, Recta quidem, inquam, exhortatio, tuâque prorsus auctoritate dignissima. Sed quod tu dudum de providentia quæstionem pluribus implicitam esse dixisti, re experior. Quæro enim an esse aliquid omnino, & quidnam esse casum arbitrere. Tum illa, Festino, inquit, debitum promissionis absolvere, viamque tibi, qua patriam reveharis, aperire. Hæc autem etsi perutilia cognitu, tamen à propositi nostri tramite paullisper aversa sunt: verendumque est, ne deviis fatigatus, ad emetiendum rectum iter sufficere non possis. Ne id, inquam, prorsus vereare. Nam quietis mihi loco fuerit ea, quibus maximè delector, agnoscere. simul cùm omne disputationis tuæ latus indubitata fide constiterit, nihil de sequentibus ambigatur. [1] Tum illa, Morem, inquit, geram tibi; simulque sic exorsa est. Si quidem, inquit, ali-

1 *Tum illa, morem, inquit, geram tibi, simulque sic orsa est.*] MS. Rittersh. *simulque sic exorsa est.* Sitzm.

1 *Id*

aliquis eventum temerario motu, nullâque causſarum connexione productum, casum esſe definiat, nihil omnino casum esſe confirmo,& præter ſubjectæ rei ſignificationem inanem prorſus vocem esſe decerno. Quis enim, coërcente in ordinem cuncta Deo, locus esſe ullus temeritati reliquus poteſt? Nam nihil ex nihilo exſiſtere, vera ſententia eſt; cui nemo umquam veterum refragatus eſt. quamquam id illi non de operante principio, ſed de materiali ſubjecto, hoc eſt, de natura omnium rationum, quaſi quoddam jecerint fundamentum. At ſi nullis ex cauſis aliquid oriatur, [1] id de nihilo ortum esſe videbitur. Quòd ſi hoc fieri nequit, nec caſum quidem hujuſmodi esſe poſſibile eſt, qualem paulo antè definivimus. Quid igitur, inquam, nihilne eſt, quod vel caſus, vel fortuitum jure appellari queat? An eſt aliquid, tametſi vulgus lateat, cui vocabula iſta conveniant? Ariſtoteles meus id, inquit, in Phyſicis, & brevi,& veri propinqua ratione definivit. Quonam, inquam, modo? Quoties, ait, aliquid cujuſpiam rei gratia geritur, aliudque quibuſdam de cauſſis, quàm, quod intendebatur, obtingit, caſus vocatur: ut ſi quis colendi agri cauſa fodiens humum, defoſſi auri pondus inveniat. Hoc igitur fortuitò quidem creditur accidiſſe: verùm non de nihilo eſt. nam proprias cauſas habet: quarum improviſus, inopinatuſque concurſus caſum videtur operatus. Nam niſi cultor agri humum foderet,niſi eo loci pecuniam ſuam depoſitor obruiſſet, aurum non eſſet inventum. Hæ ſunt igitur fortuiti cauſſæ compendii, quod ex obviis ſibi & confluentibus cauſſis, non ex gerentis intentione provenit. Neque enim, vel qui aurum obruit, vel [2] qui agrum exercuit,

1 *Id de nihilo ortum esſe videtur.*] MSS. *videbitur.* Idem.

2 *Qui agrum exercuit.*] Horat. Epod. Od. 2.

Paterna rura bobus exercet ſuis,
Solutus omni fœnore.

Plin. Secundus 1. Epiſt. 20. *Etiam campos curo & exerceo.* Et lib. 7. Epiſt. 18. *Ager ipſe propter id quod vectigali large ſupercurrit, ſemper dominum à quo exerceatur, invenict.* Idem.

1 *Quod*

cuit, ut ea pecunia reperiretur, intendit: ſed uti dixi, [1] quo ille obruit, hunc fodiſſe convenit, atque concurrit. Licet igitur definire caſum esſe inopinatum, ex confluentibus cauſis, in his, quæ ob aliquid geruntur, eventum. Concurrere verò atque confluere cauſas facit ordo ille inevitabili connexione procedens, qui de providentiæ fonte deſcendens, cuncta ſuis locis, temporibuſque diſponit.

METRUM I.

[2] Rupis [3] Achæmeniæ ſcopulis, ubi verſa ſequentum
[4] Pectoribus figit ſpicula [5] pugna fugax,
*[6] Tigris & Euphrates * uno ſe fonte reſolvunt,*

Et

1 *Quod ille obruit.*] MS. Rittersh. *Quò ille obruit.* Idem.

2 *Rupis Achæmeniæ ſcopulis.*] Hoc eſt, Tauro monte Achæmeniæ ſeu Armeniæ. *Vall.*

3 *Achæmeniæ.*] Armeniæ. Stat. 1. Sylvar.

— arcuque horrenda fugaci
Armenia. —

Idem lib. 5. Sylvar.

— quæ fuga ſera ferocis
Armenii —

Ad quæ verba Statii vid. Comm Domitii Calderini. *Sitzm.*

4 *Pectoribus figit ſpicula.*] Senec. in Thyeſt. ℣. 380.

Nil ullis opus eſt equis;
Nil armis, & inertibus
Telis quæ procul ingerit
Parthus cum ſimulat fugas.

In Oedip. v. 118.

Cinnamis ſylvas Arabum beatas
Vidit, & verſas equitis ſagittas,
Terga fallacis metuenda Parthi.

Virgil. 3. Georg.

Fidentemque fuga Parthum, verſiſque ſagittis.

De hac fuga etiam Valer. Flacc. libro 6. Claudian. de Hyſtrice, Prudent. in Hamartig. multique alii. *Idem.*

5 *Pugna fugax.*] Armeniorum, Statius 1. Sylvar.

— Arcuque horrenda fugaci
Armenia. —

Seu Parthorum, à vicinitate. ſi quidem verum ſit, ut apud Plinium exiſtimat M. Agrippa, Parthiam, ab Occidente, Tigri terminari. *Vall.*

6 *Tigris & Euſrates.*] Alcimus Avitus lib. de Origine Mundi:

Euſratem Tigrimque vocant, qui limite certo
Longa ſagittiferis faciunt confinia Parthis.

Sitzm.

Tigris & Euſrates.] Q. Curt. lib. 5. *Iſti amnes ex Armeniæ montibus profluunt, & magno deinde aquarum divortio iter, quod cœpere, percurrunt. duo millia & quingenta ſtadia emenſi ſunt, qui ampliſſimum intervallum circa Armeniæ montes notaverunt. Iidem cum Mediæ & Gordianorum terras ſecare cæperunt, paulatim in arctius coëunt: & quo longius manant, hoc anguſtius inter ſe ſpatium terræ relinquunt. Vicini maxime ſunt his campis, quos incolæ Meſopotamiam vocant. Mediam namque ab utroque latere concludunt. Eadem per Babyloniorum fines in Rubrum mare prorumpunt.* Idem.

Tygris.] Q. Curt. lib. 4. *Nec ſane alius ad Orientis plagam tam violentus in-*

vehi-

Et mox abjunctis dissociantur aquis.
[1] *Si coëant, cursumque iterum revocentur in unum,*
Confluat alterni quod trahit unda vadi:
Conveniant puppes, & vulsi flumine trunci,
Mistaque fortuitos implicet unda modos:
Quos tamen ipsa vagos terræ declivia casus,
Gurgitis & lapsi defluus ordo regit.
[2] *Sic, quæ permissis fluitare videtur habenis,*
Fors, patitur frenos, ipsaque lege meat.

PROSA II.

Animadverto, inquam, idque uti tu dicis, ita esse consentio. Sed in hac cohærentium sibi serie causarum, estne ulla nostri arbitrii libertas, an ipsos quoque humanorum motus animorum fatalis catena constringit? Est, inquit. Neque enim fuerit ulla rationalis natura, quin eidem libertas adsit arbitrii. Nam quod ratione uti naturaliter potest, id habet judicium, quo quodque discernat. per se igitur fugienda, optandave dignoscit. Quod verò quis optandum esse judicat,

vehitur, multorum torrentium non aquas solum sed etiam saxa secum trahens. Itaque à celeritate qua defluit, Tigri nomen est inditum; qui Persica lingua Tigrim sagittam appellant. Idem.

Euphrates.] Vibius Sequester, de Fluminibus: *Euphrates Mesopotamiæ in Paradiso oriens. Porro Sallustius auctor certissimus asserit tam Tigris quam Euphratis in Armenia fontes monstrari.* Incertus Poëta de Claudii Britannica victoria:

Euphrates prodest nil tibi Parthe fugax. Idem.

* *Unò se fonte resolvunt.*] Id est, in eisdem Armeniæ seu montis Tauri partibus. Nam diversos utriusque fontes esse affirmant Plinius, Ptolemæus, Strabo, Q. Curtius & alii. ac inter utrosque hi quidem mille & quingenta; alii vero duo millia & quingenta stadia ponunt. *Vall.*

1 *Si coëant.*] Ut faciunt paulo infra Babylonem sub Apamia urbe. conjunctique inde in sinum Persicum devolvuntur. *Idem.*

2 *Sic, quæ permissis.*] Hoc est, Quemadmodum Tigris & Euphrates, qui ex eodem Tauro Armeniæ monte in terras diversas abeunt, si aquis confluentibus jungerentur; naves quoque trunci arborum & quælibet alia materies natans ac fluitans, utroque alveo devoluta, utroque alveo juncta, jungeretur. quod quidem casu eveniret, esset tamen certa causa vectionis earum rerum, nempè unda utriusque alvei, quæ ordine quodam eas res deferret. Ita eorum eventuum, qui nobis Casu fieri videntur, certa nihilominus causa est & ordo naturalis. *Idem.*

1 *Ratio-*

cat, petit: refugit verò, quod existimat esse fugiendum. Quare quibus inest ratio, ipsis etiam inest volendi, nolendique libertas. Sed hanc non in omnibus æquam esse constituo. Nam supernis, divinisque substantiis & perspicax judicium, & incorrupta voluntas, & efficax optatorum præsto est potestas. Humanas verò animas liberiores quidem esse necesse est, cum se in mentis divinæ speculatione conservant: minùs verò, cùm dilabuntur ad corpora, minusque etiam, cùm terrenis artubus colligantur. Extrema verò est servitus, cum vitiis deditæ, [1] rationis propriæ possessione ceciderunt. Nam ubi oculos à summæ luce veritatis, ad inferiora, & tenebrosa dejecerint, mox [2] insciticæ nube caligant, perniciosis turbantur affectibus, quibus accedendo consentiendoque, quam invexere sibi, adjuvant servitutem, & [3] sunt quodam modo propriâ libertate captivæ. Quæ tamen ille, ab æterno cuncta prospiciens, providentiæ cernit intuitus, & suis quæque meritis prædestinata disponit, [4] πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.

1 *Rationis propriæ possessione ceciderint.*] MSS. *Rationis propria possessione ceciderunt.* Sitzm.

2 *Insciticæ nube caligant.*] MSS. & Edit. Norimb. *caligantur.* Idem.

3 *Sunt quodammodo propria libertate captivæ.*] MS. Erfurt. & Edit. Norimb. *captivæ.* Est autem elegans ὀξύμωρον in illis *Libertate captivæ.* Idem.

Propria libertate captivæ.] Audivi scriptos. Vulgati corruptè *captiva.* levis mutatio, sed quæ sententiam non parum illustrat. *Bern.*

4 Πάντ' ἐφορᾷ.] Hemistichium est Homerici versus Iliad. γ.

Ἠέλιος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις.

Sol etiam qui cuncta vides, quique omnia inaudis.

Rectiusque id divinæ providentiæ oculo Boëtius tribuit, quam Homerus Solí. quem, videntem omnia & audientem, ut numen aliquod iis verbis agnoscit. ut optimè animadvertit Plinius lib. II. cap. VI. *Hic* [Sol] *suum lumen cæteris quoque sideribus fœnerat, præclarus, eximius; omnia intuens, omnia etiam exaudiens, ut principi literarum Homero placuisse in uno eo video.* Vall.

Πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.] Vide Hom. Iliad. γ. & Odyss. μ. *Sitzm.*

METRUM

METRUM II.

[1] *Puro clarum lumine Phœbum*
Melliflui canit oris [2] *Homerus:*
Qui tamen intima viscera terræ
Non valet, aut pelagi, [3] *radiorum*
Infirma perrumpere luce.
Haud sic magni conditor orbis:
Huic ex alto cuncta tuenti
Nulla terræ mole resistunt;
Non nox atris nubibus obstat,
[4] *Quæ sint, quæ fuerint, veniantque*
[5] *Uno mentis cernit in ictu.*
[6] *Quem, quia* [7] *respicit omnia solus,*
[8] *Verum possis dicere Solem.*

PROSA

1 *Puro clarum lumine Phœbum.*] Homerus Iliad. β.

-- λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Etiam Anaximander dixit Solem esse καθαρώτερον πῦρ. Vide Diog. Laërt. lib. 2. *Idem.*

2 *Homerus.*] Iliad. α, ε, θ. ubi passim appellatur

— λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.
— *clarum Solis lumen.*

Vall.

3 *Radiorum luce.*] Martian. Capella lib. 1. *Solis angustum caput radiis persusum circumactumque flammantibus velut auratam cæsariem rutili verticis imitatur. Hinc quoque sagittarius, hinc quoque vulnificus, quod possit radiorum jaculis icta penetrare.* Sitzm.

4 *Quæ sint quæ fuerint veniantque.*] Optime monuit Janus Dusa filius, hunc loquendi modum à Græcis esse inventum, quem vide in Notis ad Catulli Carm. 21. *Idem.*

5 *Uno mentis cernit in ictu, Quæ sint, quæ fuerint, veniantque.*] Veteres versuum ordine moto, & sane concinnius.

Quæ sint, quæ fuerint, veniantque
Uno mentis cernit in ictu. Bern.

6 *Quem quia respicit omnia solus Verum possis dicere Solem.*] Julius Firmicus Maternus, de Errore Prophanarum Religion. *Lumen hoc, quod hominibus jussu Dei fugatis tenebris diem reddit, quod per duodecim horarum spatia cursus sui ordinem dirigit, Solem dici voluerunt, non quia solus est, ut quidam volunt, quia ibi & Cœlum est, & Luna, & alia plurima sidera, quæ videmus, ex quibus quædam una serie, & cohærentia perpetua simulque copulata lucent, alia toto sparsa cœlo vagos cursus suis metiuntur erroribus. Sed ideo Sol appellatur, quia cum ortus fuerit, obscuratis ceteris sideribus luceat solus.* Martian. Capella lib. 2. De Nupt. Phil. De Sole:

Solem te Latium vocitat, quod solus honore
Post Patrem sis lucis apex —

Sitzm.

7 *Respicit omnia solus.*] Macrobius Saturn. lib. 1. *Nam & Latinitas eum, qui tantam claritatem solus obtinet, solem vocavit.* Vall.

8 *Verum possis dicere solem.*] Frequens veteribus fuit Solis cum Deo comparatio, sed præcipue ad immobilem Ejus

PROSA III.

[1] Tum ego, en, inquam, difficiliori rursus ambiguitate

ejus providentiam exprimendam, quod, ut ait Maximus Tyr. serm. 1. Ὁ θεῖος νοῦς καὶ τῷ παντελῶς ἡλίῳ πάνυ ἐφορᾷ τὰ ἐν τῇ γῇ τόπον ἀθρόως, *Divina mens, instar Solis, uno simul intuitu quodcunque ubique est in terra loci prospicit.* Instar Solis, quia, ut est apud Claudianum,

— *medium non deserit unquam*
Cœli Phœbus iter, radiis tamen omnia lustrat.

Sed multo quàm Sol præstantius. unde Epictetus Arriani, φωτίζειν οἷός τε ἐστὶν ὁ ἥλιος τηλικοῦτον μέρος καὶ παντὸς, ὀλίγον ἢ τὸ ἀφώτιστον ἀπολιπεῖν, ὅσον οἷόν τ' ἐπέκεινα τοῦ σκιᾶς, ὧν ἡ γῆ ποιεῖ, ἡ δὲ νὺξ τὸν ἥλιον αὐτὸν περιοικοῦσα καὶ φέρουσα, μέρος ὄντ' αὐτῆς μικροῦ ὡς πρὸς τὸ ὅλον, ἔτος δ' ὑμῖν πάντων αἰθαίνεσθαι. *Sol tantam universi partem illustrare potest, exiguam illam relinquens luminis expertem, quam umbra terræ occupat. Qui autem ipsum & fecit & circumducit, parvam suorum operum partem, si cum universo conferatur; is vero non potest animadvertere omnia?* Utriusque Solis, vero seu ὑπερκοσμίου supercœlestis; ejusque imaginis, cœlestis, differentiam vide apud D. Dionysium de div. nom. c. IV. Deum quippe, apud Platonicos, participant καθ' ὅλων τὸ res omnes seu entia omnia, τὰ νοητὰ καὶ θειότατα, ἀμέσως. *intellectualia & maxime divina, immediate.* τὰ αἰσθητὰ δὲ, ἀφ' ἑαυτῶν μονάδος, *sensilia vero, per eam quam habent* cum Deo actionis *unitatem.* Si quid igitur Sol pulchritudinis, aut virtutis, aut lucis rebus inferioribus largitur, ab ipso Pulchro, ab ipsa Virtute, ab ipsa Luce, hoc est à Deo, mutuatur. hinc Platoni libro VI. de rep. ἔκγονον τοῦ ἀγαθοῦ, *progenies* seu *ipsius Boni* filius appellatur. Hæc quidem vere vetus sapientia protulit: at eadem paulatim tot Solis laudibus, tot encomiis sic abusa est, ut tandem Gentibus cœperit esse Deus, qui famulus & minister erat. atque adeo, si Macrobio aliisque multis fides habenda est, unus toto orbe Sol, licet sub diversis Jovis, Martis, Mercurii atque aliorum omnium nominibus, cultus fuit. Multisque sæculis omnes pœne mortales hic error obtinuit. Imo & post reconciliatam vero Deo creaturam, Euangeliique lumen, reperti philosophi Julianus ἀπροσώπητος, Proclus Lycius atque alii, jurati Christianæ, hoc est, cœlestis veritatis hostes, qui Μίθρᾳ, *Soli* vota precesque nuncuparunt, eumque sibi viventibus & mortuis Θεὸν ἀμέμπτη, *Deum propitium* deprecati sunt. cuique ille, si modo è bello Persico victor rediisset, tot victimas & sacrificia parabat, ut defuturos boves Romanus orbis timuerit, quibus, annis aliquot, tellus alioquin cessatura araretur. Sol igitur Deorum ultimus aras habuit, quique eum formidant & oderunt Dæmones, pro Deo hominibus adorandum postremum omnium obtruserunt. Hæc obiter monemus, quod nunc quoque maxime interest, quibus Sol laudibus ab homine præsertim Christiano ornetur. ne dicam quæ sit ejus cum Deo instituenda comparatio. *Vall.*

1 *Tum ego, en, inquam.*] Hanc longe gravissimam & pulcherrimam de Præscientia Dei, liberaque hominis voluntate Disputationem ut melius intelligas, & quænam sit sententia verior, perspicue cognitum habeas, lege capite nono, decimo, & 11. Augustin. libro quinto de Civitate Dei, quæ loca ceu digito monstrasse nobis fuerit satis Plura huc pertinentia in Sacris lectionibus suis congessit C. Rittershusius ex Chrysostomo, Cyrillo, Origene & aliis SS. Patribus. *Sitzm.*

guitate confundor. Quænam, inquit, ista est? Jam enim, quibus perturbere, conjecto. Nimium, inquam, adversari ac repugnare videtur, prænoscere universa Deum, & esse ullum libertatis arbitrium. Nam si cuncta prospicit Deus, neque falli ullo modo potest, evenire necesse est, quod providentia futurum esse præviderit. Quare si ab æterno non facta hominum modo, sed etiam consilia, voluntatesque prænoscit, nulla erit arbitrii libertas: neque enim vel factum aliud ullum, vel quælibet exsistere poterit voluntas, nisi quam nescia falli providentia divina præsenserit. Nam si res aliorsum, quàm provisæ sunt, detorqueri valent, non jam erit futuri firma præscientia: sed opinio potius incerta: quod de Deo credere nefas judico. Neque enim illam probo rationem, qua se quidam credunt hunc quæstionis nodum posse dissolvere. Ajunt enim, non esse ideo quid eventurum, quoniam id providentia futurum esse prospexerit: sed è contrario potius, quoniam [1]quid futurum est, id divinam providentiam latere non posse, eoque modo necessarium hoc in contrariam relabi partem. Neque enim necesse esse contingere, quæ providentur: sed necesse esse, quæ futura sint, provideri. Quasi vero, quæ cujusque rei causa sit, præscientiane, futurorum necessitatis; an futurorum necessitas, providentiæ, laboretur. At nos illud demonstrare nitamur, quoquo modo sese habeat ordo causarum, necessarium esse eventum præscitarum rerum, etiam si præscientia futuris rebus eveniendi necessitatem non videatur inferre. Etenim si quispiam sedeat, opinionem quæ eum sedere conjectat, veram esse necesse est: atque è converso rursus, si de quopiam vera sit opinio, quoniam sedet, eum sedere necesse est. In utroque igitur necessitas

1 *Quid futurum est, id divinam Providentiam latere non posse.*] MSS. & Edit. Norimb. *non posse.* Sitzm.

1 *Similia*

cessitas inest: in hoc quidem sedendi, at verò in altero veritatis. Sed non iccirco quisque sedet, quoniam vera est opinio; sed hæc potius vera est, quoniam quempiam sedere præcessit. Ita cùm causa veritatis ex altera parte procedat, inest tamen communis in utraque necessitas. [1]Similia de providentia, futurisque rebus ratiocinari oportet. Nam etiam si idcirco, quoniam futura sunt, providentur; non vero ideo, quoniam providentur, eveniunt: nihilo minus tamen à Deo vel ventura provideri, vel provisa evenire necesse est: quod ad perimendam arbitrii libertatem solùm satis est. Jam verò quàm præposterum est, ut æternæ præscientiæ temporalium rerum eventus causa esse dicatur? Quid est autem aliud arbitrari, ideo Deum futura, quoniam sunt eventura, providere, quam putare quæ olim acciderunt, causam summæ illius esse providentiæ? Ad hæc, sicuti, cùm quid esse scio, id ipsum esse necesse est: ita cum quid futurum novi, id ipsum futurum esse necesse est. Sic fit igitur, ut eventus præscitæ rei nequeat evitari. Postremò si quid aliquis aliorsum, atque sese res habet, existimet, id non modo scientia non est, sed est opinio fallax, ab scientiæ veritate longè diversa. Quare si quid ita futurum est, ut ejus certus ac necessarius non sit eventus, [2]id eventurum esse præsciri quî poterit? Sicut enim scientia ipsa impermista est falsitati: ita id quod ab ea concipitur, esse aliter, atque concipitur, nequit. Eanamque causa est, cur mendacio scientia careat, quòd se ita rem quamque habere necesse est, uti eam sese habere scientia comprehendit. Quid igitur? Quonam modo Deus hæc incerta futura prænoscit? Nam si inevitabiliter eventura censet, quæ etiam non evenire possi-

1 *Similia de providentia futurisque rebus ratiocinari oportet.*] Perverse mutatum, cùm in omnibus scriptis: *ratiocinari patet.* id est liquet. purus putus Hellenismus. *Bern.*

2 *Id eventurum esse præsciri qui poterit.*] MS. Rittersh. *præscire quis poterit.* Sitzm.

possibile est, fallitur: quod sentire non modo nefas est, sed etiam voce proferre. At si, uti sunt, ita ea futura esse decernit, ut æque vel fieri ea, vel non fieri posse cognoscat, quæ est hæc præscientia, quæ nihil certum, nihil stabile comprehendit? Aut quid hoc refert [1] vaticinio illo ridiculo Tiresiæ? *Quidquid dicam, aut erit, aut non.* Quid etiam divina providentia humana opinione præstiterit, si, uti homines, incerta judicat, quorum est incertus eventus? Quod si apud illum rerum omnium certissimum fontem nihil incerti esse potest, certus eorum est eventus, quæ futura firmiter ille præscierit. Quare nulla est humanis consiliis, actionibusque libertas: quas divina mens sine falsitatis errore cuncta prospiciens, ad unum alligat & constringit eventum. Quo semel recepto, [2] quantus occasus humanarum rerum consequatur, liquet. Frustra enim bonis, malisque præmia, pœnæve proponuntur, [3] quæ nullus meruit liber ac voluntarius motus animorum. idque omnium videbitur iniquissimum, quod nunc æquissimum judicatur, vel puniri improbos, vel remunerari probos: quos ad alterutrum non propria mittit voluntas, sed futuri cogit certa necessitas. Nec vitia igitur, nec virtutes quidquam fuerint, sed omnium meritorum potius mista atque indiscreta confusio. Quoque nihil sceleratius excogitari potest, cùm ex providentia rerum, omnis ordo ducatur, [4] nihilque consiliis liceat humanis, fit, ut vitia quoque nostra ad bonorum omnium referantur auctorem.

1 *Vaticinio Tiresiæ.*] Apud Horatium Serm. lib. II. sat. VI. *Vall.*

2 *Quantus occasus humanarum consequatur, liquet.*] Mutilus locus. Veteres: *Humanarum rerum consequatur.* Sane bene. adeoque audacter in contextum admisi. *Bern.*

Quantus occasus humanarum consequatur.] MSS. & Edit. *quantus occasus humanarum rerum conseq.* Sitzm.

3 *Quæ nullus meruit liber ac voluntarius motus animorum.*] Ferri posse videtur. Omnino tamen audiendi veteres: *metuit liber.* Bern.

4 *Nihilque consiliis liceat humanis.*] MS. Rittershus. *cumque nihil consil. l. h.* Sitzm.

1 *Uti*

auctorem. Igitur nec sperandi aliquid nec deprecandi ulla ratio est. Quid enim vel speret quisquam, vel etiam deprecetur, quando optanda omnia series indeflexa connectit? Auferetur igitur unicum illud inter homines Deumque commercium, sperandi scilicet ac deprecandi. Siquidem justæ humilitatis pretio inæstimabilem vicem divinæ gratiæ promeremur: qui solus modus est, quo cum Deo colloqui homines posse videantur, illique inaccessæ luci prius quoque quàm impetrent, ipsa supplicandi ratione conjungi: quæ si recepta futurorum necessitate, nihil virium habere credantur, quid erit, quo summo illi rerum principi connecti atque adhærere possimus? Quare necesse erit humanum genus, [1] uti paullo antè cantabas, dissceptum atque disjunctum suo fonte fatiscere.

METRUM III.

[2] *Quænam discors* [3] *fœdera rerum*
Causa resolvit? quis tanta Deus
[4] *Veris statuit bella duobus,*
Ut, quæ carptim singula constant,

Eadem

1 *Uti paullo ante cantabas.*] Carmine nimirum 6. vs. 43. lib. 4. *Sitzm.*

2 *Quænam, &c.*] Cum hoc Carmine confer diligenter Maximum Tyrium Philosoph. Plat. Et Lucret. lib. 4. De Rer. Nat. *Idem.*

3 *Fœdera rerum.*] Quid difficultatis hic & sequens locus habeant, non video, impensius mirans cur non paucos inter legendum torqueat: tanquam illic arcana quædam nulli pervia proferat Boëtius. qui superioris, de Arbitrii Libertate Deique Præscientia, quæstionis nodos soluturus, ait mirari se, quænam causa discors rerum fœdera resolvat, id est, duas res maxime inter se concordes convenientesque dissolvat ac divellat. Ex sunt quæ & mox *duo vera* ab eo vocantur. *Vall.*

4 *Veris bella duobus.*] Ea duo sunt; Prænoscere cuncta Deum, & tamen Esse libertatis arbitrium. Est enim hoc ἀξίωμα verum, Prænoscit omnia futura Deus. est & illud, Inest omnibus hominibus Libertatis arbitrium. Singula hæc quidem carptim & divisim vera esse nemo est qui non agnoscat. Cum verò mixta jugantur, hoc est, juncta sic enuntiantur, Prænoscit cuncta Deus & Est arbitrii humani Libertas; difficultatis nonnihil, ex mentis nostræ imbecillitate, importatur. neque enim intellectu consequi possumus quemadmodum Deus, ut canit noster,

Quæ sint, quæ fuerint, veniantque
Uno mentis cernit in ictu.

Idem.

Eadem nolint mista jugari?
An nulla est discordia veris,
Semperque sibi certa cohærent?
[1] *Sed mens, cæcis obruta membris,*
Nequit oppressi luminis igne
Rerum tenueis noscere nexus.
Sed cur tanto [2] *flagrat amore*
Veri tectas reperire notas?
Scitne, quod appetit anxia nosse?
[3] *Sed quis nota scire laborat?*
At si nescit, quid cæca petit?
Quis enim quidquam nescius optet?
Aut quis valeat nescita sequi?
Quove inveniat, quisve repertam
Queat ignarus noscere formam?
[4] *An cùm mentem cerneret altam,*
Pariter summam & singula norat?
Nunc membrorum condita nube,
Non in totum est oblita sui,
Summamque tenet singula perdens.
Igitur quisquis vera requirit,
Neutro est habitu. nam neque novit,
Nec penitus tamen omnia nescit:
Sed, quam retinens meminit, summam
Consulit, altè visa retractans,
Ut servatis queat oblitas
[1] *Addere parteis.*

1 *Sed mens cæcis obruta membris.*] Lactant. De ira Dei, cap. 1. *Mens hominis tenebroso carceris domicilio circumsepta, longe à* DEI *perspectione summota est.* Vid. eund. de Opif. Dei c. 16. *Sitzm.*

2 *Flagrat amore.*] August. lib. 12. de Civ. Dei, cap. 20. *Pervenire ad conspectum Dei, atque ita fieri beatum contemplatione incorporeæ lucis per participationem incommutabilis immortalitatis ejus, cujus adipiscendæ amore flagramus.* Catullus Carm. 68.

—— *mens cæco flagrabat amore.*

Flagrare charitate, Q. Curt. lib. 3. *Flagrare meliore Gradivo*, Silius lib. 15. in pr. pro Marte uti prospero sive secundo. *Idem.*

Flagrat amore Veri tectas reperire notas.] Senec. in Agam. v. 60.

Non sic Libycis Syrtibus æquor
Furit alternos volvere fluctus.

Videtur tamen noster magis respexisse ad illud Horatii lib. 1. Carm. Od. 15.

—— *ecce furit te reperire atrox*
Tydides melior patre.

Idem.

3 *Sed quis nota rescire laborat.*] MSS. & Edit. Norimb. *sed quis nota scire laborat.* quam lectionem amplector lubens, idque duplicem ob causam. Cum ante quinquennium pervenirem in notitiam P. Melissi, inclyti Germaniæ Vatis, edocebar, veteres Latinorum Poëtas quosdam nusquam, quosdam rarissime syllabam corripere, quam præcederet *st, sp, sc.* quod ipsemet postea inter legendum observavi diligentius, atque ita sese rem habere perspicue cognovi. Deinde me non tralaticie movit ipsum verbum *Rescire*, quod vim habet propriam quandam, non ex communi significatione ceterorum verborum, quibus eadem præpositio, *Re*, imponitur. Nam qui factum aliquod occultius, aut inopinatum insperatumque cognoscit, is dicitur proprie *Rescire*, ut docet Agell. lib. 2. cap. 15. cujus assertioni si locum dederimus, facile patebit, verbum *Rescire* minus congrue hic poni. *Idem.*

4 *An cum mentem.*] Nimirum momento creationis, quo anima perfectissime videt, non solum res universales, sed particulares quoque. Postquam vero corpori unita est, retinet quidem scientiam

Parti-

PROSA IV.

[2] Tum illa, Vetus, inquit, hæc est de providentia querela, Marcoque Tullio, cum divinationem distribuit, [3] vehementer agitata, tibique ipsi res diu prorsus multumque quæsita; sed haud quaquam ab ullo vestrûm hactenus satis diligenter ac firmiter expedita. Cujus caliginis causa est, quod humanæ ratiocinationis motus ad divinæ præscientiæ simplicitatem non potest admoveri: quæ si ullo modo cogitari queat, nihil prorsus relinquetur ambigui: quod ita demum patefacere, atque expedire tentabo, [4] si prius ea quibus moveris, expendero. Quæro enim, cur illam solventium rationem minus efficacem putes: quæ quia præ-

tiam universalium, qua particulares agnoscit; particularium autem non item, quarum oblivionem corporis moles induxit. Hinc paulatim anima λήθῃ τῶν ἀνάμνησιν res particulares discit, quandiu homo vivit. Hinc disciplinæ & scientiæ singularium. Hæc & quæ reliquo carmine complectitur, è Platonis Menone & Phædone desumpta. *Vall.*

1 *Addere parteis.*] Meus non malè *dedere parteis.* Bern.

2 *Tum illa, Vetus, inquit, est de providentia querela, à M. Tullio.*] MS. Rittersh. *Tum illa inquit: Hæc est vetus de Providentia querela, Marcoque Tullio, &c.* Sitzm.

3 *Vehementer agitata.*] Libro scilicet 2. De Divinat. ubi cum Quincto fratre disputans divinationem prorsus nititur tollere, quam Quinctus volumine superiore asseruerat. *Idem.*

4 *Si prius ea quibus moveris expediero.*] Assentior Manuss. *moveris expendero.* Bern.

præscientiam non esse futuris rebus causam necessitatis existimat, nihil impediri præscientia arbitrii libertatem putat. Num enim tu aliunde argumentum futurorum necessitatis trahis, nisi quod ea quæ præsciuntur, non evenire non possunt? Si igitur prænotio nullam futuris rebus adjicit necessitatem, quod tu etiam paulo antè fatebare; quid est, quod voluntarii exitus rerum ad certum cogantur eventum? Etenim positionis gratia, ut quid consequatur advertas, statuamus nullam esse præscientiam. Num igitur, quantum ad hoc attinet, quæ ex arbitrio eveniunt, ad necessitatem coguntur? Minimè. Statuamus iterum esse, sed nihil rebus necessitatis injungere, manebit, ut opinor, eadem voluntatis integra atque absoluta libertas. Sed præscientia, inquies, [1] tametsi futuris eveniendi necessitas non est, signum tamen est, necessario ea esse ventura. Hoc igitur modo, etiam si prænotio non fuisset, necessarios futurorum exitus esse constaret. Omne etenim signum, tantum quid sit, ostendit, non vero efficit quod designat. Quare demonstrandum prius est, nihil non ex necessitate contingere, ut prænotionem signum esse hujus necessitatis appareat. Alioquin si hæc nulla est, [2] nec illa quidem ejus rei signum poterit esse, quæ non est. Jam verò probationem firmâ ratione subnixam constat, non ex signis, neque petitis extrinsecus argumentis, sed ex convenientibus necessariisque causis esse ducendam. Sed quî fieri potest, ut ea non proveniant, quæ futura esse providentur? Quasi vero nos ea, quæ providentia futura esse prænoscit, non eventura credamus: ac non illud potius arbitremur, licet eveniant, nihil tamen, ut evenirent, sui natura necessitatis habuisse: quod hinc facilè perpendas licebit. Plura etenim dum fiunt,

1 *Tametsi futuris eveniendi necessitas.*] Mss. *tametsi futuris rebus even. nec.* Sitzmanus.

2 *Nec illa quidem ejus rei signum potest esse.*] Vetus: *Ne ille prænotio quidem,* Bern.

fiunt, subjecta oculis intuemur: [1] ut ea, quæ in quadrigis moderandis atque flectendis facere spectantur aurigæ: atque ad hunc modum cetera. Num igitur quidquam illorum ita fieri necessitas ulla compellit? Minimè. Frustra enim esse artis effectus, si omnia coacta moverentur. Quæ igitur cùm fiunt, carent existendi necessitate, eadem priùs quàm fiant, sine necessitate futura sunt. Quare sunt quædam eventura, quorum exitus ab omni necessitate sit absolutus. Nam illud quidem nullum arbitror esse dicturum, quod quæ nunc fiunt; prius quam fierent, eventura non fuerint. Hæc igitur etiam præcognita liberos habent eventus. Nam sicut [2] scientia præsentium rerum nihil his, quæ fiunt; ita præscientia futurorum nihil his, quæ ventura sunt, necessitatis importat. Sed hoc, inquis, ipsum dubitatur, an earum rerum, quæ necessarios exitus non habent, ulla possit esse prænotio. Dissonare etenim videntur: putasque, si prævideantur, consequi necessitatem: si necessitas desit, minime præsciri, nihilque scientia comprehendi posse nisi certum. quòd si, quæ incerti sunt exitus, ea quasi certa providentur, opinionis id esse caliginem, non scientiæ veritatem. Aliter enim ac sese res habeant, arbitrari, ab integritate scientiæ credis esse diversum. Cujus erroris causa est, quod omnia, quæ quisque novit, ex ipsorum tantum vi atque natura cognosci existimat quæ sciuntur, quod totum contra est. Omne enim quod cognoscitur, non secundum sui vim, sed secundum cognoscentium potius comprehenditur facultatem.

1 *Ut ea quæ in quadrigis.*] Auctor Carminis ad Pisonem:

Sic auriga solet ferventia Thessalus ora
Mobilibus frenis in aperto flectere campo:
Qui modo non solum rapido permittit habenæ
Quadrupedi, sed calce citat, modo torquet in auras
Flexibiles victus, & nunc cervice rotata
Incipit effusos in gyrum carpere cursus.

Sitzm.

2 *Scientia præsentium nihil.*] Mss. *Scientia præsentium rerum nihil.* Idem.

tem. Nam ut hoc brevi liqueat exemplo, eandem corporis rotunditatem aliter visus, aliter tactus agnoscit. Ille eminus manens, totum simul jactis radiis intuetur: hic vero cohærens orbi atque conjunctus, circa ipsum motus ambitum, rotunditatem partibus comprehendit. Ipsum quoque hominem aliter sensus, aliter imaginatio, aliter ratio, aliter intelligentia contuetur. Sensus enim figuram in subjecta materia constitutam. Imaginatio vero solam sine materia judicat figuram. Ratio vero hanc quoque transcendit, speciemque ipsam, quæ singularibus inest, universali consideratione perpendit. Intelligentiæ vero celsior oculus exsistit. supergressa namque universitatis ambitum, ipsam illam simplicem formam pura mentis acie contuetur. In quo illud maxime [1] considerandum est: quòd superior comprehendendi vis amplectitur inferiorem; inferior verò ad superiorem nullo modo consurgit. Neque enim sensus aliquid extra materiam valet, vel universales species imaginatio contuetur, vel ratio capit simplicem formam: sed intelligentia quasi desuper spectans, concepta forma, quæ subsunt etiam cuncta dijudicat; sed eo modo, quo formam ipsam, quæ nulli alii nota esse poterat, comprehendit. Nam & rationis universum, & imaginationis figuram, & materiale sensibile cognoscit, nec ratione utens, nec imaginatione, nec sensibus, sed illo uno ictu mentis formaliter, ut ita dicam, cuncta prospiciens. Ratio quoque cum quid universale respicit, nec imaginatione, nec sensibus utens, imaginabilia, vel sensibilia comprehendit. Hæc est enim, quæ conceptionis suæ universale ita definit: [2] homo est

1 *Considerandum est: nam superior.*] MS. Ritters. *Considerandum est, quod superior.* Sitzm.

2 *Homo est animal bipes rationale.*] MS. Rittersh. plenius: *Homo est animal rationale, bipes, mortale.* Ita supra libro 1. *Hoccine interrogas, an esse me sciam rationale animal atque mortale?* Ponit hanc Philosophicam hominis definitionem etiam S. Chrysostomus homil. 14. in priorem ad Timoth. sed opponit ei ac præfert aliam veriorem ex sacris depromptam tabulis. Verba Aurei oris illius hæc sunt, quæ ex Sacris Lectionibus suis haud gravate mihi gratificatus est C. Rittershusius: Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ἀδελφέ. οἱ ἔξωθεν φασὶ, ζῶον λογικὸν, θνητὸν, νῦν τὴν ἐπιστήμης δεκτικόν. ἡμεῖς δὲ μὴ ἀπ' ἐκείνων τὸν ὅρον θώμεθα· ἀλλὰ πόθεν; ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς. πῶς τοίνυν τὸν ὅρον ἐξέθετο ἄνθρωπος; ἄκουε λεγόντος αὐτῆς· ὦ ἄνθρωπος δίκαιος, ἀληθινὸς, ὁσιοπρεπὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος. τοῦτον ἄνθρωπον. καὶ πάλιν ἕτερος φησί· μέγα ἄνθρωπος, καὶ τίμιον ἀνὴρ ἐλεήμων. τοὺς μὴ τοιούτους, κἂν νῦν μετέχωσι, κἂν μυριάκις ἐπιστήμης ὦσι δεκτικοὶ, οὐκ οἶδεν ἡ γραφὴ λέγειν ἀνθρώπους, ἀλλὰ κυνάς, καὶ ἵππους, καὶ ἔλαφος, καὶ ὄφεις, καὶ ἀλώπεκας, καὶ λύκους, καὶ εἴ τι τούτων ἀπαμφότερον τῶν ἡμέρων, &c. Sitzman.

1 *Tamen imaginabilem sensibilemque rem esse.*] Non video causam cur doctissimi Belgarum I. Lipsii bonum codicem non audiam: *tamen imaginalem sensibilemque* ea notione qua non solùm *sensibile*, sed *sensile* dicimus, & similia. *Bern.*

2 *Porticus.*] In qua Athenis Zeno Citticus, Stoicorum princeps, primus docuit. Unde à στοὰ, hoc est, *porticu* Stoici appellati. *Vallin.*

3 *Senes.*] Zenonem & ejus sectatores Stoicos. Is enim, recedens à veteris Academiæ decretis, *fidem* [ait Cicero l. 1. Academ.] *sensibus tribuebat, quod comprehensio facta sensibus & vera esse & fidelis videatur. non quod omnia quæ essent in re comprehenderet; sed quia nihil quod cadere in eam posset, relinqueret; quodque natura quasi normam scientiæ & principium sui dedisset, unde postea notiones rerum in animis imprimerentur, è quibus non principia*

est animal bipes rationale. quæ cum universalis notio sit, [1] tum imaginabilem, sensibilemque esse rem nullus ignorat, quod illa non imaginatione, vel sensu, sed rationali conceptione considerat. Imaginatio quoque tametsi ex sensibus visendi, formandique figuras sumsit exordium, sensu tamen absente sensibilia quæque collustrat, non sensibili, sed imaginaria ratione judicandi. Videsne igitur, ut in cognoscendo cuncta, sua potius facultate, quam eorum quæ cognoscuntur, utantur? Neque id injuria: nam cùm omne judicium judicantis actus exsistat, necesse est, ut suam quisque operam non ex aliena, sed ex propria potestate perficiat.

METRUM IV.

Quondam [2] porticus attulit
Obscuros nimium [3] senes,

Quæ

Qui sensus, [1] & imagines
E corporibus [2] extimis
Credant mentibus imprimi,
Ut quondam celeri stylo
Mos est æquore paginæ
Quæ nullas habeat notas,
Pressas figere litteras.
Sed mens si propriis vigens

Nihil

pia solum, sed latiores quædam ad rationem inveniendam viæ reperiuntur. Veteris vero Academiæ principes, Socrates, Plato, Speusippus, Theophrastus, Aristoteles aliter senserant: *Tertia*, inquit idem, *philosophiæ pars, quæ erat in ratione & in differendo, sic tractabatur ab utrisque: Quamquam oriretur à sensibus, tamen non esse judicium veritatis in sensibus. Mentem volebant esse rerum judicem: solam censebant idoneam cui crederetur, quia sola cerneret id quod semper esset, simplex & unius modi, & tale quale esset.* Et paulo post, *Sensus autem omnes hebetes & tardos esse arbitrabantur: nec percipere ullo modo res eas, quæ subjectæ sensibus viderentur.* Et infra, *Itaque hunc omnem partem rerum opinabilem appellabant; Scientiam autem nusquam esse censebant nisi in animi motionibus atque rationibus.* Mens quidem sensuum ministerio singularia cognoscit, deinde ex singularium ἐπαγωγῇ *inductione* Universalia vi sua constituit. Cum quis Socratem videt, inquit Themistius Posterior. libro 11. τότε ὁρᾷ σὺν αὐτῷ καὶ τὸ κοινὸν ἀλλήλοις ὁμοιον καὶ κοινὸν, ὥστε τρόπον τινὰ καὶ αἴσθησις ἡ καθόλου; ἀλλ' οὐχ ὕτως, ὥστε αὐτὸ χωρίσαι καὶ ἀφελεῖν καὶ καθ' ἑαυτὸ γνῶναι. ἀλλὰ συγκεχυμένον τε τῷ καθ' ἕκαστον, καὶ μᾶλλον εἰς ἐκεῖνο ἀποβλεπόμενον, ἀλλ' ἑτέρα δυνάμις ἐστιν, ἡ τοῦ αἰσθήσεως κρεῖττον τὸ καθ' ἕκαστον ἐνεργήσης, τὸ ἓν ἐν πολλοῖς, καὶ τὸ ἀδιάφορον, ἐν διαφόροις, καὶ τὸν αὐτὸν ἐξ ἑτέρων σωμάτων. οἷον, τὸν ἄνθρωπον, ἐν Καλλίᾳ καὶ Ἀριστωνι. καὶ τὸ ζῶον ἐξ ἀνθρώπου καὶ λέοντος. καὶ τὸ οὐσίαν ἐν φυτοῖς καὶ ζώοις. οὐκοῦν ἡ, μέχρις ἂν εἰς ἓν συνελθῶν τὰ πολλὰ ἀναγαγῇ τὸ καὶ σωμάτων) ; *simul & in* Socrate *videt id, quod in aliis quoque* hominibus *simile communeque inest. quare quadam ratione sensus versatur circa universale, non ita tamen ut illud abstrahat & separet, seorsimque à singulari cognoscat, sed confusum cum ipso singulari & magis in ipsum conversum. Alia quippe est facultas, quæ, dum sensus operatur circa individua, unum ex multis, indifferens ex differentibus, idem ex diversis colligit; verbi gratia, hominem ex Aristone & Callia, animal ex homine & leone, substantiam ex planta & animali. Ea enim ascendit quousque multa in unum omnino reduxerit & copulaverit.* Et paulo post, Sensus, inquit, ἀρχαὶ μὲν αὗται τῆς μερικῆς ὑπολήψεων, τὸ δὲ καθόλου ἐπιφορᾶς, οὐκ ἔστι ποιήσει) , *Cognitionis singularium principia & causæ, sensus sunt. assumptio verò Universalium* ex singularibus, *intellectus seu mentis opus est.* Ita ut quicquid per sensus discitur mentis ἐνεργείᾳ tribuendum sit, non ipsis sensuum imaginibus, quas ipsa creat, non ipsæ ullo modo in animam agunt. Unde rectè de ea dicitur, Νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει· τὰ δὲ ἄλλα, κωφὰ καὶ τυφλά, *Mens videt, mens audit; cætera verò surda ac cæca sunt.* Idem.

1 *Et imagines.*] *Notiones* Cicero vocat, ἐννοίας καὶ καταλήψεις Stoici. *Idem.*

2 *Extimis.*] Exterioribus, hoc est, quæ videntur, audiuntur, palpantur. *Idem.*

1 *Cas-*

Nihil motibus explicat,
Sed tantùm patiens jacet
Notis subdita corporum,
[1] Cassásque in speculi vicem
Rerum reddit imagines,
Unde hæc sic animis viget
Cernens omnia notio?
Quæ vis singula prospicit,
Aut [2] quæ cognita dividit?
Quæ divisa recolligit,
Alternumque legens iter
[3] Nunc summis caput inserit,

Nunc

1 *Cassasque in speculi vicem.*] Lucret. lib. 4.

Rem contra speculum ponas, apparet imago.

Et paulo post:

Quandoquidem speculum, quodcunque obvertimus oris,
Res tibi respondent simili forma atque tenore.

De speculis multa congessit I. Meursius. Vide etiam Jac. Pontanum ad Eclog. 3. Virg. Nic. Rigaltium ad Phædri Fab. 6. & 47. De iisdem quid senserit Socrates tradit Laërt. lib. 2. & Apulejus Apologia. *Sitzm.*

2 *Quæ cognita dividit.*] Themistius ibid. Τοῦτο γὰρ ἔργον ἤδη, τὰ πολλὰ ἓν δεῖν. ὃ περαίνειν τὸ ἄπειρον ὥσπερ φησὶ Πλάτων, πέρας σωθῆναι. ὃ δὴ Ἀριστοτέλης ὃ συνθετικὸς καὶ μεθοδικός. καὶ ἄλλως πολυτρόπως δυκινητότατον, *Hujus officium est multa unire & infinita terminare; quod Plato appellat,* termino concludere. *Dividit illa componitque, pluribus modis convariat atque commutat, omnino agilis & permobilis natura ejus deprehenditur.* Vallin.

3 *Nunc summis caput inserit.*] D. Augustinus, seu quisquis auctor est, lib. de Spiritu & Anima cap. xi. *Et sicut luna crescit & deficit & varia vicissitudine commutatur, in id tamen quod fuit quadam perfecta novitate se restituit. Sic Mens nunc caput summis inserit, nunc decidit in infimis, nunc sese inserens sibi veris falsa revelarguit: modo ad corporalia regenda deflectitur, modo æternis rationibus inspiciendis vel consulendis adhæresit.* Quo in loco cum ipsissima Boëtii verba referantur, minimè dubium est hunc Tractatum D. Augustini non esse. Nec obstat quòd hic aliter quædam mendosè legantur, omnino enim scribendum est *desidit in infima & sese referens sibi.* Desidit in infima Mens, cum res ὕλῃ, *materiæ* inhærentes considerat, quod ubi sensus ministerio fecit, *sese*, habentem eas notiones, *refert sibi*, ratiocinanti & intellectu discernenti quid verum, quid falsum sit. Neque furtum hujusmodi hic tantum deprehendas, sed & cap. xxxvii. lib. Meditationum, qui ejusdem magni viri nomen falso præfert, his verbis, *In hoc enim magno hujus vitæ diluvio, ubi circumstantibus agitamur procellis.* Ubi expressit quisquis auctor est, hunc Boëtii locum ex lib. 1. Consol. *Itaque nihil est quod admirere, si in hoc vitæ salo circumstantibus agitemur procellis.* Unde idem qui superius error admissus, dum pro *salo, diluvio* scriptum est. neque enim *vitæ diluvium*, aut *procellas* habere dicitur. neque rectè procellæ *circumstantes* hic vocentur. quod tamen ex mendosis Boëtii codicibus excerpserat; ut nunc quoque in iisdem legere est. *Idem.*

1 *Qua-*

Nunc deſidit in infima,
Tum ſeſe referens ſibi,
Veris falſa redarguit?
Hæc eſt efficiens magis
Longè cauſſa potentior,
Quam quæ materiæ modo
Impreſſas patitur notas.
Præcedit tamen excitans,
Ac vires animi movens,
Vivo in corpore paſſio.
Cùm vel lux oculos ferit,
Vel vox auribus inſtrepit:
Tum mentis vigor excitus,
Quas intus ſpecies tenet,
Ad motus ſimileis vocans,
Notis applicat exteris,
Introrſumque reconditis
Formis miſcet imagines.

PROSA V.

Quod ſi in corporibus ſentiendis, quamvis afficiant inſtrumenta ſenſuum forinſecus objectæ qualitates, animique agentis vigorem paſſio corporis antecedat, quæ in ſe actum mentis provocet, excitetque interim quieſcenteis intrinſecus formas: ſi in ſentiendis, inquam, corporibus animus non paſſione inſignitur, ſed ex ſua vi ſubjectam corpori judicat paſſionem, quanto magis ea quæ cunctis corporum affectionibus abſoluta ſunt, in diſcernendo non objecta extrinſecus ſequuntur, ſed actum ſuæ mentis expediunt? Hac itaque ratione multiplices cognitiones diverſis ac differentibus ceſſere ſubſtantiis. Senſus enim ſolus cunctis aliis cognitionibus deſtitutus, immobilibus animantibus ceſſit: [1]quales ſunt conchæ maris, quæque alia ſaxis hæ-

1 *Quales ſunt conchæ.*] Solinus c. 56. *Piſcantium inſidias timent conchæ: inde eſt, ut aut inter ſcopulos, aut inter marinos canes plurimum deliteſcant.* Sitzm.

1 *Id*

hærentia nutriuntur. Imaginatio vero mobilibus belluis, quibus jam ineſſe fugiendi, appetendive aliquis videtur affectus. Ratio vero humani tantum generis eſt, ſicuti intelligentia ſola divini: quo fit ut ea notitia ceteris præſtet, quæ ſuapte natura non modò proprium, ſed ceterarum quoque notitiarum ſubjecta cognoſcit. Quid igitur, ſi ratiocinationi ſenſus imaginatioque refragentur, nihil eſſe illud univerſale dicentes, quod ſeſe intueri ratio putet? quod enim ſenſibile, vel imaginabile eſt, [1]id univerſum eſſe non poſſe. aut igitur rationis verum eſſe judicium, nec quidquam eſſe ſenſibile: aut quoniam ſibi notum ſit plura ſenſibus, & imaginationi eſſe ſubjecta, inanem conceptionem eſſe rationis, quæ quod ſenſibile ſit, ac ſingulare, quaſi quiddam univerſale conſideret. Ad hæc, ſi ratio contra reſpondeat, ſe quidem & quod ſenſibile & quod imaginabile ſit in univerſitatis ratione conſpicere; illa vero ad univerſitatis cognitionem adſpirare non poſſe: quoniam eorum notio corporaleis figuras non poſſit excedere. de rerum vero cognitione, firmiori potius, perfectiorique judicio eſſe credendum. In hujuſmodi igitur lite, nos, quibus tam ratiocinandi, quam imaginandi etiam, ſentiendique vis ineſt, nonne rationis potius cauſam probaremus? Simile eſt, quod humana ratio divinam intelligentiam futura, niſi ut ipſa cognoſcit, non putat intueri. Nam ita diſſeris, ſi quæ certos ac neceſſarios habere non videantur eventus, ea certo eventura præſciri nequeunt. Harum igitur rerum nulla eſt præſcientia, quam ſi etiam in his eſſe credamus, nihil erit, quod non ex neceſſitate proveniat. Si igitur, uti rationis participes ſumus, ita divinæ judicium mentis habere poſſemus, ſicut imaginationem ſenſumque rationi cedere oportere judicavimus, ſic divinæ ſeſe menti humanam ſummittere rationem juſtiſſi-

1 *Id univerſum eſſe non poſſe.*] MS. Rittersh. *id univerſum eſſe non puteſt.* Idem.

1 *Illic*

stissimum censeremus. Quare in illius summæ intelligentiæ cacumen, si possumus, erigamur; [1] illic enim ratio videbit, quod in se non potest intueri. [2] id autem est, quonam modo etiam quæ certos exitus non habent, certa tamen videat, ac definita prænotio; neque id sit opinio, sed summæ potius scientiæ nullis terminis inclusa simplicitas.

METRUM V.

[3] *Quam variis terras animalia permeant figuris!*
Namque alia extento sunt corpore, pulveremque verrunt,
[4] *Continuumque trahunt vi pectoris incitata sulcum.*
[5] *Sunt quibus* [6] *alarum levitas vaga* [7] *verberetque ventos,*
Et liquido longi spatia ætheris enatet volatu,
Hæc pressisse solo vestigia gressibusque gaudent,
Vel virideis campos transmittere, vel subire silvas.
Quæ variis videas licet omnia discrepare formis,
[8] *Prona tamen facies* * *hebetes valet ingravare sensus.*

Unica

1 *Illic enim ratio videbit.*] Manilius lib. 4.

Materiæ ne quære modum, sed perspice vires,
Quas ratio, non pondus habet. ratio omnia vincit.

Ne dubites homini divinos credere visus. Idem.

2 *Id autem est, quonam modo.*] MS. Rittersh. omittit voculam *autem*. Idem.

3 *Quam variis.*] Alcimus Avitus lib. De Orig. Mundi:

Protinus in varias animalia multa figuras
Surgunt, & vacuum discurrunt bruta per orbem. Idem.

4 *Continuumque trahunt.*] Serpentes & viperas intelligit. Sen. in Herc. Fur. de Cadmo in serpentem mutato v. 393.

Longas reliquit corporis tracti notas. Idem.

5 *Sunt quibus.*] Min. Felix: *Quid animantium loquar adversus sese tutelam multiformem? alias armatas cornibus, alias dentibus septas, & fundatas ungulis, & spicatas aculeis, aut pedum celeritate liberas, aut elatione pennarum.* Vide & Arist. De Hist. animal. & Oppianum. *Idem.*

6 *Alarum levitas vaga..*] Lact. de Opif. Dei, c. 3. *Plus manus præstant, quam levitas ususque pennarum.* Vid. eund. c. 5. l. eod. *Idem.*

7 *Verberetque ventos.*] Apulejus De Deo Socratis: *Imo enim si sedulo advertas, ipsæ quoque aves terrestre animal, non aëreum, rectius perhibeantur. Est enim semper illis omnis victus in terra, ibidem pabulum, ibidem cubile, tantum quod aëra proximum terræ volitando transverberent. Ceterum cum illis fissa sunt remigia, terra ceu portus est.* Idem.

8 *Prona tamen facies.*] Verba sunt Aristotelis de part. animal. libro IV. Διὸ πλεῖστον γινομένη βάρος καὶ σωματώδες, ἀνάγκη ῥέπειν πρὸς σώματα πρὸς τὴν γῆν, *Quamobrem concretione, & pondere graviore opprimente, corpora vergere in terram necesse est.* Vallin.

1 *Hebe-*

[1] *Unica gens hominum* [2] *celsum levat altius cacumen,*
Atque levis [3] *recto stat corpore, despicitque terras.*
Hæc, nisi terrenus malè desipis, admonet figura,

Qui

* *Hebetes valet ingravare sensus.*] De Brutis animalibus Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. cap. 14. *Si quid in illis similitudinem rationis imitatur, non ratio, sed memoria est; & memoria non illa ratione mixta, sed quæ hebetudinem sensuum quinque comitatur.* Idem.

1 *Unica gens hominum.*] Min. Felix: *Ipsa præcipue formæ nostræ pulcritudo Deum fatetur artificem, status rigidus, vultus erectus, oculi in summo, velut in specula constituti, & omnes ceteri sensus velut in arce compositi.* Præclare Lactantius l. 2. Div. Instit. c. 1. *Parens enim noster ille Deus unus & solus cum fingeret hominem, id est, animal intelligens & rationis capax, eum vero ex humo sublevatum ad contemplationem sui artificis erexit. quod optime ingeniosus Poëta signavit:*

Pronaque cum spectent animalia cetera terram
Os homini sublime dedit, cælumque videre

Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus. Hinc utique ἄνθρωπον *Græci appellarunt, quod sursum spectet. Ipsi ergo sibi renuntiant, seque hominum nomine abdicant, qui non sursum aspiciunt, sed deorsum.* Vide eund. de Ira Dei, c. 7. 8. & 14. Manil. l. 4.

——— *stetit unus in arcem*
Erectus capitis, victorque ad sidera mittit
Sidereos oculos, propiusque aspectat Olympum,
Inquiritque Iovem, nec sola fronte Deorum
Contentus manet, & cælum scrutatur in alto,
Cognatumque sequens corpus se quærit in astris. Idem.

2 *Celsum levat altius cacumen.*] Eam plantam intelligere credas, quam sic describit Philo lib. *Quod deterius potiori insidiari soleat.* Μόνον δὴ τὸ ἐπὶ γῆς φυὲν ἀφάνιστον ὁ Θεὸς ἄνθρωπον εἰργάσατο, τὸ μὴ ἄλλων τὰς κεφαλὰς πηξάμενον εἰς χέρσῳ· καλωκάρδια γὰρ πάντα, ἄνθρωπῳ ὑπὸ εἰς τὸ ἄνω ὠθαζομένῳ, ἵνα πᾶς τροφὰς ὀλυμπίους καὶ ἀφθάρτους, ἀλλὰ μὴ γεώδεις καὶ φθαρτὰς ἔχῃ· παρ' ὃ καὶ τὸ σώματος ἡμῶν, τὸ μέν ὅσον ἀναισθητότατον, πλεῖστον ἀποστήσας λογισμοῦ, πᾶς βάσις γῆ ὥσπερ ῥίζης. πᾶς γὰρ δρυφόρους αἰσθήσεις, καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον πορρωτάτω μέν τοῦ ὠκεῖ γλῶ ἐξώκισε, τοῖς δὲ ἀέρος καὶ ἐρφνῆς περιόδοις ἀφθάρτοις ἅπαις συνδήσας. *Solam in terris cœlestem plantam fecit Hominem, cæterarum in terra defixit capita: omnes enim humi caput habent; soli homini sublime dedit, ut alimenta cœlitus incorruptibilia quærat, non terrena ista corruptioni obnoxia. qua propter corporis nostri partem insensatissimam, longe à ratione secretam, pedes seu radices ad terram applicuit. sensus autem mentis satellites, & hanc ipsam, longissimè à terra jussit habitare, & ad æteris cœlique nunquam interituros alligavit ambitus.* Quod jam monuerat antè Aristoteles lib. IV. de part. an. cap. x. Nec aliunde ἄνθρωπος etymon, quam ἀπὸ τοῦ ἄνω ἀθρεῖν, *à suspiciendo in altum*, deductum est. *Vallin.*

3 *Recto stat corpore.*] Cujus status rationem hanc pulcherrimam reddit Aristoteles [de part. animal. lib. IV. cap. x.] Ὀρθὸν μὲν γάρ ἐστι μόνον τῶν ζώων διὰ τὸ τιμιώτερον αὐτῶν καὶ τιμιώτατον εἶναι θείαν. ἔργον δὲ θειοτάτης, τὸ νοεῖν καὶ φρονεῖν. τοῦτο δ' ὁ ῥᾴδιον ποιεῖ μὴ ἄνωθεν ἐπικειμένης σώματος, τὸ δὲ βάρος, δυσκινησίαν ποιεῖ τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ κοινῇ αἰσθήσει. *Solus enim animalium homo erectus est, quoniam ejus natura atque substantia divina est. Officium autem divini est, intelligere atque sapere. quod non facile esset, si vasta corporis moles assideret: pondus enim tardiorem reddit & mentem, & sensum communem.* Idem.

Qui recto cælum vultu petis, exerisque frontem,
In sublime feras animum quoque, ne gravata pessum
[1] *Inferior sidat mens corpore celsius levato.*

PROSA VI.

Quoniam igitur, uti paullo antè monstratum est, omne quod scitur, non ex sua, sed ex comprehendentium natura cognoscitur, intueamur nunc quantum fas est, quis sit divinæ substantiæ status, ut quænam etiam scientia ejus sit, possimus agnoscere. Deum igitur æternum esse, cunctorum ratione degentium commune judicium est. Quid sit igitur æternitas, consideremus. Hæc enim naturam nobis pariter divinam, scientiamque patefecerit. Æternitas igitur est, interminabilis vitæ tota simul & perfecta possessio. quod ex collatione temporalium clarius liquet. Nam quidquid vivit in tempore, id præsens à præteritis in futura procedit: nihilque est in tempore constitutum, quod totum vitæ suæ spatium pariter possit amplecti. Sed crastinum quidem nondum apprehendit: hesternum vero jam perdidit. In hodierna quoque vita non amplius vivitis, quam in illo mobili transitorioque momento. Quod igitur temporis patitur conditionem, licet illud, sicut [2] de mundo censuit Aristoteles, nec cœperit umquam esse, nec desinat, vitaque ejus cum temporis infinitate tendatur, nondum tamen tale est, ut æternum esse jure credatur. Non enim totum simul, infinitæ licet vitæ spatium comprehendit, atque complectitur: sed futura nondum transacta jam non habet. Quod igitur interminabilis vitæ plenitudinem totam pariter com-

1 *Inferior sidat mens.*] Prudent. Cathem. Hymn. 10.

Si terrea forte voluntas
Luteum sapit, & grave captat,
Animus quoque pondere pressus
Sequitur sua membra deorsum.
At si generis memor ignis
Contagia nigra recuset:
Vehit hospita corpora secum
Pariterque reportat ad astra.

Sitzm.

2 *De mundo censuit Aristoteles.*] Lib. 1. de Cœlo. *Vallin.*

comprehendit, ac possidet, cui neque futuri quidquam absit, nec præteriti fluxerit, id æternum esse jure perhibetur: idque necesse est, & sui compos præsens sibi semper assistere, & infinitatem mobilis temporis habere præsentem. [1] Unde non recte quidam, qui cum au-

1 *Unde non rectè quidam cùm audiunt visum Platoni mundum nec habuisse initium temporis, nec habiturum esse defectum.*] Rectè *cùm audiunt*, à Grantore videlicet, Plotino, Porphyrio, Jamblico, Tauro Platonico, Proclo, aliisque Platonicis, qui cùm sempiternum esse mundum impiè defenderent, impietatis patrocinium à Platone petiere. cùm tamen non obscurè sed indubitatò Plato senserit, Mundum ortum esse & aliquando cœpisse. In Timæo siquidem ubi de mundi procreatione agit, exertè pronuntiat: *De quo primùm consideremus, quod in quæstione de universo ante omnia investigari debet. utrumne semper fuerit sine ullo generationis principio; an genitum sit, ab aliquo principio sumens exordium. Id profectò cernitur, tangiturque, & corpus habet: omnia verò hujusmodi sensus movent. quæ sensus movent, opinione per sensum percipiuntur: hæc verò talia esse constat ut gignantur & genita sint; quidquid autem gignitur, necessariò ab aliqua causa gigni asseruimus.* Et iterùm: *Dicamus itaque quam ob causam, generationem rerum confecit, & hoc omne quod cernimus opifex ipse constituit.* Et tertiò eodem libro: *Hanc igitur habuit*, inquit, *rationem effector Mundi molitorque Deus, ut unum opus tantùm, atque perfectum ex omnibus totis atque perfectis absolveret.* Tauri verò, Procli, Apulejj, & aliorum calumnias, qui ut Platonem pro ipsis stare probarent, varias notiones harum vocum *oriri* seu *gigni* comminiscuntur, quasi radiis quibusdam Plato dispellit, dum de molitione Mundi quæstionem proponens, Mundum ex eorum genere esse quæ oriuntur definivit. quid autem per ortum intelligeret, ipse explicat: *Utrùm semper*, inquit, *fuerit, ita ut ortus sui initium nullum habuerit, an verò ortum sit ita ut ab aliquo temporis principio esse cœperit.* Et rursus ibidem: *Tempus*, ait, *unà cum cælo factum est, ut simul & generata simul etiam dissolvantur, si quando ulla eorum futura erat dissolutio.* Quæ postrema verba illud magis ex vero Platoni adscribi confirmant, ut & alia loca, sensisse Platonem Mundum quem ortum fatetur, & à Deo conditum, non habiturum, ut Noster ait, defectum. Ego sanè non fidenter eum purgem hujus culpæ. Illud affirmo, licet voluntate & potentia Dei putarit Mundum perpetuò conservandum, per se tamen caducum esse, & à Deo dissolvi posse, apertè tradidisse. In Politico sanè: *Mundus*, inquit, *in contrarias partes ultrò circumducitur, ut qui vitam & intelligentiam nactus sit ab eo qui ipsum construxit. porrò ipsi retrorsum ire, ob id necessariò insitum fuit, quòd quidem semper in iisdem esse & eodem modo se habere, atque idem permanere, omnium maximè divinis naturis solis convenit: Corporis autem natura non hujus est ordinis. Quod igitur cælum seu mundum nuncupavimus, permulta ac præclara munera à creatore suscepit. Corporis tamen factus est Mundus particeps, unde fieri non potest ut ipse in omne tempus sit mutationis expers.* Et in Timæo: *Itaque & ob eam causam*, inquit, *& ab iis rebus numero quatuor, Mundi est corpus effectum, ea constructum proportione, qua dixi, ex quo ipse se concordi quadam amicitia & charitate complectitur, atque ita aptè cohæret, ut dissolvi nullo modo queat, nisi ab eodem, à quo est colligatus.* Hæc Plato. Nos ut *In principio creasse Deum cælum & terram* non ignoramus, ita divina voce edocti illud tenemus: *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Bern.

Unde non rectè quidam.] Vide Comm. L. Vivis ad l. 10. Aug. de Civ. Dei, c. 31. nec non ipsum Aug. l. 11. c. 4. & 5. *Sitzm.*

audiunt visum Platoni, mundum hunc nec habuisse initium temporis, nec habiturum esse defectum, hoc modo conditori conditum mundum fieri coæternum putant. Aliud est enim per interminabilem duci vitam, quod [1] mundo Plato tribuit: aliud interminabilis vitæ totam pariter complexam esse præsentiam, quod divinæ mentis proprium esse manifestum est. Neque enim Deus conditis rebus antiquior videri debet temporis quantitate, sed simplicis potius proprietate naturæ. Hunc enim vitæ immobilis præsentarium statum, infinitus ille temporalium rerum motus imitatur; cumque eum effingere, atque æquare non possit, ex immobilitate deficit in motum, ex simplicitate præsentiæ decrescit in infinitam futuri ac præteriti quantitatem; &, cum totam pariter vitæ suæ plenitudinem nequeat possidere, hoc ipso, quòd aliquo modo numquam esse desinit, illud, quod implere atque exprimere non potest, aliquatenus videtur æmulari, alligans se ad qualemcumque præsentiam hujus exigui volucrisque momenti: quæ, quoniam manentis [2] illius præsentiæ quandam gestat imaginem, quibuscumque contigerit, id præstat, ut esse videantur. Quoniam vero manere non potuit, infinitum temporis iter arripuit: eoque modo factum est, ut continuaret eundo vitam, cujus ple-

1 *Plato mundo tribuit.*] Quomodo omnia præterita, præsentia & futura, Deo præsentia sint, & Mundus Platoni æternus, docet Joan. Grammaticus Philopon. in Proclum de Mundi æternitate, in solutione præsertim quinti ejus argumenti. Nulla autem Platonis sententia est, quam fœdius corruperint, & obstinatius defenderint veteres Platonis interpretes: seu quia eorum alii ita sentirent, seu ut Christianam fidem impugnarent. Eorum signifer Ammonius fuit, fidus alioquin ac illustris doctrinæ Platonicæ assertor; quem Zacharias dialogo cui *Ammonius* titulus est, confutavit. Mox ejus discipuli, Plotinus passim libr. suis. & quod mirum est, ne à magistro dissentiret, fax illa fidei Origenes; cujus errorem S. Methodius lib. Περὶ τοῦ Ἀυτεξουσίου, ut est apud Photium, redarguit. Deinde Julianus quoque lib. de Sole. Hierocles in excerptis de Providentia apud Photium. Proclus in Theologia Platonica & apud Joan. Grammaticum Philop. de Mundi ætern. contra quem idem Joan. Gram. scripsit. *Vallin.*

2 *Illius præsentiæ quandam gestet imaginem.*] Leviculum est, sed longè melius quod in veteribus *gestat.* flagitante sententia ita edidi. *Bern.*

1 *Sicut*

plenitudinem complecti non valuit permanendo. Itaque si digna rebus nomina velimus imponere, Platonem sequentes, Deum quidem æternum, mundum verò dicamus esse perpetuum. Quoniam igitur omne judicium secundum sui naturam, quæ sibi subjecta sunt, comprehendit; est autem Deo semper æternus, ac præsentarius status: scientia quoque ejus, omnem temporis supergressa motionem, in suæ manet simplicitate præsentiæ, infinitaque præteriti ac futuri spatia complectens, omnia, quasi jam gerantur, in sua simplici cognitione considerat. Itaque si præsentiam pensare velis, quâ cuncta dignoscit, non esse præscientiam quasi futuri, sed scientiam numquam deficientis instantiæ rectius æstimabis. Unde non prævidentia, sed providentia potius dicitur, quòd porro ab rebus infimis constituta, quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat. Quid igitur postulas, ut necessaria fiant, quæ divino lumine lustrentur, cùm ne homines quidem necessaria faciant esse, quæ videant? Num enim quæ præsentia cernis, aliquam eis necessitatem tuus addit intuitus? Minimè. Atqui, si est divini humanique præsentis digna collatio, uti vos vestro hoc temporario præsenti quædam videtis, ita ille omnia suo cernit æterno. Quare hæc divina prænotio naturam rerum, proprietatemque non mutat, taliaque apud se præsentia spectat, qualia in tempore olim futura provenient: nec rerum judicia confundit, unoque suæ mentis intuitu tam necessariè, quam non necessariè, ventura dignoscit. [1] Sicuti vos cùm pariter ambulare in terra hominem, & oriri in cælo Solem videtis, quamquam simul utrumque conspectum, tamen discernitis, & hoc voluntarium, [2] illud esse necessarium judicatis. Ita igitur

1 *Sicut vos, cum pariter ambulare in terra hominem, & oriri.*] MSS. *Sicut vos, c. p. a. i. t. hominem conspicitis & oriri.* Sitzm.

2 *Illud esse necessarium judicatis.*] Lactant. lib. 2. Div. Instit. cap. 5. *Non est astrorum motus voluntarius, sed necessarius: quia præstitutis legibus officiisque deserviunt.* Idem.

igitur cuncta despiciens divinus intuitus, qualitatem rerum minime perturbat, apud se quidem præsentium, ad conditionem verò temporis futurarum. Quo fit, ut hoc non sit opinio, sed veritate potius nixa cognitio, cùm exstiturum quid esse cognoscit, quod idem exsistendi necessitate carere non nesciat. Heic si dicas, quod eventurum Deus videt, id non evenire non posse: quod autem non potest non evenire, id ex necessitate contingere, meque ad hoc nomen necessitatis adstringas: Fatebor rem quidem solidissimæ veritatis, sed cui vix aliquis nisi divini speculator accesserit. Respondebo namque idem futurum, cum ad divinam notionem refertur, necessarium: cum vero in sua natura perpenditur, liberum prorsus atque absolutum videri. Duæ sunt etenim necessitates; simplex una, veluti quod necesse est omneis homines esse mortaleis; altera conditionis, ut si aliquem ambulare scias, eum ambulare necesse est. Quod enim quisque novit, id esse aliter ac notum est, nequit. Sed hæc conditio minime secum illam simplicem trahit. Hanc enim necessitatem non propria facit natura, sed conditionis adjectio. Nulla enim necessitas cogit incedere voluntariè gradientem, quamvis eum tamen, cum graditur, incedere necessarium sit. Eodem igitur modò, si quid providentia præsens videt, id esse necesse est, tametsi nullam naturæ habeat necessitatem. Atqui Deus ea futura, quæ ex arbitrii libertate proveniunt, præsentia contuetur. Hæc igitur, ad intuitum relata divinum, necessaria fiunt per conditionem divinæ notionis: per se vero considerata, ab absoluta naturæ suæ libertate non desinunt. Fient igitur proculdubio cuncta, quæ futura Deus esse prænoscit, sed eorum quædam de libero proficiscuntur arbitrio: quæ quamvis eveniant, exsistendo tamen propriam naturam non amittunt; quæ prius, quam fierent, etiam non evenire potuissent. Quid igitur refert non esse ne-

cessaria, cum propter divinæ scientiæ conditionem modis omnibus, necessitatis instar, eveniant? Hoc scilicet, quod ea quæ paullo ante proposui, Sol oriens, & gradiens homo, quæ dum fiunt, non fieri non possunt: eorum tamen unum prius quoque quam fieret, necesse erat exsistere: alterum vero minime. Ita etiam quæ præsentia Deus habet, dubio procul exsistunt: sed eorum hoc quidem de rerum necessitate descendit: illud vero de potestate facientium. Haud igitur injuria diximus, hæc, si ad divinam notitiam referantur, necessaria; si per se considerentur, necessitatis esse nexibus absoluta. sicuti omne quod sensibus patet, si ad rationem referas, universale est: si ad seipsum respicias, singulare. Sed si in mea, inquies, potestate situm est mutare propositum, evacuabo providentiam, cum, quæ illa prænoscit, forte mutavero. Respondebo, Propositum te quidem tuum posse deflectere, sed, quoniam & id te posse, & an facias, quove convertas, præsens providentiæ veritas intuetur, divinam te præscientiam non posse vitare; sicuti præsentis oculi effugere non possis intuitum, quamvis te in varias actiones libera voluntate converteris. Quid igitur, inquies? Ex meane dispositione scientia divina mutabitur, ut cum ego nunc hoc, nunc illud velim, illa quoque noscendi vices alternare videatur? Minime. [1]Omne namque futurum divinus præcurrit intuitus, [2]& ad præsentiam propriæ cognitionis retorquet ac revocat. nec alternat, ut existimas, nunc hoc, nunc illud prænoscendi vices; sed uno ictu mutationes tuas manens prævenit atque complectitur. Quam comprehendendi omnia visen-

1 *Omne namque futurum divinus præcurrit intuitus, & ad præsentiam propriæ cognationis retorquet ac revocat.*] Aurea sententia, sed litterulæ vitio fœdè deformata. reformavi ex scriptis in alium habitum: *propriæ cognitionis*. Id meæ fidei crede germanissimum esse, & salve quisquis es Lector. *Bern.*

2 *Et ad præsentiam propriæ cognationis retorquet ac revocat.*] MS. Rittersh. *& ad præs. propriæ cognitionis retorqueat ac revocet.* Sitzm.

viſendique præſentiam, non ex futurarum proventu rerum, ſed ex propria Deus ſimplicitate ſortitus eſt. Ex quo illud quoque reſolvitur, quod paullo ante poſuiſti, indignum eſſe, ſi ſcientiæ Dei cauſam futura noſtra præſtare dicantur. Hæc enim ſcientiæ vis præſentaria notione cuncta complectens, rebus omnibus modum ipſa conſtituit, nihil vero poſterioribus debet. Quæ cum ita ſint, manet intemerata mortalibus arbitrii libertas. [1] Nec iniquæ leges, ſolutis omni neceſſitate voluntatibus, præmia pœnaſque proponunt. [2] Manet etiam ſpectator deſuper cunctorum præſcius Deus, viſioniſque ejus præſens [3] ſemper-æternitas cum noſtrorum actuum futura qualitate concurrit, bonis præmia, malis ſupplicia diſpenſans. Nec fruſtra ſunt in

1 *Nec iniquæ leges nec fruſtra preces.*] Sequitur ex libertate arbitrii, juſtas leges eſſe: ex providentia verò, rectas preces. Ut copioſiſſimè & accuratiſſimè docuit ſapiens noſter. Sed & audiendus Apulejus lib. de Deo Socratis, loco illo illuſtri: *Nullus, inquis, Deus humanis rebus intervenit: Cui igitur preces allegabo, cui votum nuncupabo, cui victimam cædam; quem miſeris auxiliatorem, quem bonis fautorem, quem adverſatorem malis in omni vita ciebo? quem denique, quod frequentiſſimum eſt, jurejurando arbitrum adhibebo?* Hierocles in excerptis de Providentia, Οὐ μάτην ἐννόμοι κείσονται τοῖς ἀνθρώποις, οὐδὲ λογισμὸς εἰκῆ δέδοται, οὐδὲ τὸ βουλεύεσθαι παρέλκει, οὐδὲ τὸ εὔχεσθαι περιττόν, εἰ φρόνοια τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἐστίν. *Non ergo fruſtra leges conſtitutæ erunt hominibus, neque ratiocinandi vis temerè iiſdem conceſſa eſt, neque conſultatio & deliberatio eſt ſupervacanea, neque vota & preces redundant, ſi providentia humanis negotiis præſit.* Et Salvianus Chriſtianè lib. 1. *Removet igitur à ſe, inquis, curam mortalium Deus. Et quæ ergo nobis divinæ religionis eſt ratio, quæ vel cauſa Chriſtum colendi vel ſpes propiciandi? Si enim neglexit Deus in hoc ſæculo genus hominum, cur ad cœlum quotidie manus tendimus, cur orationibus crebris miſericordiam Dei quærimus, cur ad eccleſiaſticas domos currimus, cur ante altaria ſupplicamus? Nulla eſt enim nobis ratio precandi, ſi ſpes tollitur impetrandi. Vides ergo quam ſtulta atque inanis ſit hujus perſuaſionis aſſertio; quæ utique ſi recipitur, nihil penitus de religione ſervatur.* Sexcenta ſimilia habent auctores. Quippe, ait Lactantius, *ſummus colendi ritus eſt, ex ore juſti hominis ad Deum directa laudatio.* Vallin.

2 *Manet enim ſpectator deſuper.*] Similia habes apud Prudent. Cathem. Hymn. 2. *Sitzm.*

3 *Semper-æternitas.*] Sic fortaſſe S. Cypriano Charitas *ſemper-æterna* dicitur lib. de bono Patientiæ; *Charitas fraternitatis vinculum eſt, fundamentum pacis, tenacitas ac firmitas unitatis, quæ & Spe & Fide major eſt, quæ & opera & martyria præcedit, quæ nobiſcum ſemper-æterna apud Deum in regnis cœleſtibus permanebit.* Vall.

Semper-æternitas.] Sic conjunctim ſcribendum eſſe monet Fr. Juretus Miſcellan. ad lib. 3. Symmachi, Epiſt. 18. multis adductis exemplis: quale illud eſt Terentianum: *heri ſemper-lenitas.* Sitzm.

1 *Ante*

in Deo poſitæ ſpes preceſque; quæ cum rectæ ſunt, inefficaces eſſe non poſſunt. Averſamini igitur vitia, colite virtutes, ad rectas ſpes animum ſublevate, humileis preces in excelſa porrigite. Magna vobis eſt, ſi diſſimulare non vultis, neceſsitas indicta probitatis, [1] cum ante oculos agitis judicis cuncta cernentis.

1 *Ante oculos agitis judicis cuncta cernentis.*] Diogenes Laërt. in Thalete 1. ἠρώτησε τὶς αὐτὸν, εἰ λήθῃ θεὸς ἄνθρωπον ἀδικῶν, Ἀλλ' οὐδὲ ἀμφοτέρους, ἔφη. Cui concinit Epigramma vetus:

Ἀνθρώπους μὴ ἴσως λήσεις ἄτοπόν τι ποιήσας·
Οὐ λήσεις ἢν θεὸς οὐδὲ λογιζόμενον.

Idem Diog. de Platone lib. 3. οἴεται ἢν τῷ θεὸς ἐφορᾶν τὰ ἀνθρώπινα. Pindarus Olymp. Od. 1.

——— Εἰ δὲ θεὸν
ἀνὴρ τις ἔλπεται τι λαθέμεν ἔργων, ἁμαρτάνει.

S. Ambroſius ad Relat. Symmachi: *Nemo Deum fallit, cui omnia etiam cordis occulta manifeſta ſunt.* Lactant. libro ſexto, cap. 24. *Purgemus igitur conſcientiam, quæ oculis Dei pervia eſt; & ut ait Cicero, Semper ita vivamus, ut rationem nobis reddendam arbitremur; putemuſque, nos momentis omnibus, non in aliquo, (ut ille dixit) orbis terræ theatro ab hominibus, ſed deſuper ſpectari ab eo, qui & judex & teſtis olim futurus eſt, cui rationem vitæ poſcenti, actus ſuos inficiari non licebit.* Sic divinitus certe Plautus in Captivis:

Eſt profecto Deus, qui quæ nos gerimus auditque & videt.

Virtus ad Scipionem apud Silium Italicum lib. 15.

Idem Inſtitiæ cultor, quæcunque capeſſes,
Teſtes factorum ſtare arbitrabere divos.

Ovidius 1. Triſt. Eleg. 2.

——— *acta Deos nunquam mortalia fallunt.*

Sic Poëta ſacer:

Nil abſente Deo loquimur; nil abdita clauſum
Pectoris antra tegunt. Cernit Deus omnia præſens.

Claudat Notas noſtras Chryſoſtomus hoc inſigni ſuo dicto, quod ex hom. 62. in Geneſin adſcribo. *Etiamſi fecerimus* (inquit) *ut res clam ſit omnibus, ab oculo tamen illo, qui dormitare nequit, latere non poterimus. Illum ſolum timere oportet, & tremere ac pavere, ut ne in conſpectu ejus male quippiam faciamus.* Et infra: *Sic oportet omnia diligenter fieri, ne forte à domino condemnemur. Neque enim fieri poteſt, ut occultetur aliquid ab oculo illo qui dormitare nequit; Verum neceſſe omnino eſt, ut is qui peccat ſuppliciis obnoxius fiat.* Idem.

FINIS.

ANICII MANLII SEVERINI

BOETII

OPUSCULA SACRA.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

LECTORI.

UT hic codex exiguus mole in justam enchiridii formam excresceret, operæ pretium tibi, Lector, fore credidimus, si libris Consol. hi de rebus sacris breviores tractatus subjicerentur. tum quia nullus Christi nomine censitus est, qui non Christiana mysteria solidis hic rationibus disserta & legere aveat & intelligere; nullibi enim fortius aut brevius potest. tum quia Confessione Fidei auctiores prodeunt; is libellus verè aureus, indignus erat, qui diutius lateret, olim inter diversos hæresum turbines, quæ tunc maximé Anastasii principis favore elatæ grassabantur, conscriptus; atque eo fine, ut, more tum inter magnos viros recepto, testatiorem faceret suam fidem Boëtius, suamque cum Ecclesia Catholica communionem. Iis autem omnibus recensendis nullum non studium impendimus, quo, collatis aliquot venerandæ antiquitatis exemplaribus emendatiores, suo primævo nitori redderentur.

ANI-

ANICII MANLII SEVERINI

BOETII

V.C. ET INL., EXCONS. ORD.,

PATRICII,

INCIPIT LIBER,

QUOMODO TRINITAS UNUS DEUS AC NON TRES DII.

[1]AD Q. AUR. MEMM. SYMMACHUM V.C. ET INL. EXCONS. ORD. ATQUE PATRICIUM SOCERUM SUUM.

DOMINO ET PATRI SYMMACHO BOETIUS.

PROOEMIUM.

INvestigatam diutissime quæstionem, quantum nostræ mentis igniculum illustrare lux divina dignata est, formatam rationibus literisque mandatam, offerendam vobis communicandamque curavi, tam vestri cupidus judicii, quam nostri studiosus inventi. Qua in re quid mihi sit animi quoties stylo excogitata commendo, quùm ex ipsa materiæ difficultate, tùm ex éo quòd raris, id est, vobis tantùm colloquor, intelligi potest. neque enim famæ jactatione & inanibus vulgi clamoribus excitamur; sed si quis est fructus exterior, hic non aliam potest nisi materiæ similem sperare sententiam. Quocunque igitur à vobis dejeci oculos, partim

[1] AD Q. AUR. MEMM. SYMMACHUM.] Titulum hunc integrum ex Bibl. Regiæ vetustiori & ex S. Victoris optimæ fidei codd. descripsimus & præfiximus, qui ex omnibus scripturam hanc soli retinuerant. *Vall.*

tim ignava ſegnities, partim callidus livor occurrit; ut contumeliam videatur divinis tractatibus irrogare, qui talibus hominum monſtris non agnoſcenda hæc potius, quam proculcanda projecerit. Idcirco ſtylum brevitate contraho, & ex intimis ſumpta Philoſophiæ diſciplinis novorum verborum ſignificationibus velo; ut hæc mihi tantum vobiſque, ſi quando ad ea converteritis oculos, colloquantur. cæteros verò ita ſubmovemus, ut qui capere intellectu nequiverint, ad ea etiam legenda videantur indigni. Sed nunc tantum à nobis quæri oportet, quantùm humanæ rationis intuitus ad divinitatis valet celſa conſcendere. nam cæteris quoque artibus idem quaſi quidam finis eſt conſtitutus, quo uſque poteſt via rationis accedere. neque enim medicina ſemper ægris affert ſalutem, ſed nulla erit culpa medentis, ſi nihil eorum quæ fieri oportebat, omiſerit, idemque in cæteris. At quantum hæc difficilior quæſtio eſt, tam facilior eſſe debet ad veniam. Vobis tamen etiam illud inſpiciendum eſt, an ex beati Auguſtini ſcriptis ſemina rationum aliquos in nos venientia fructus extulerint: ac de propoſita quæſtione hinc ſumamus initium.

CAPUT I.

Sententia Catholica de trinitate & unitate Dei.

CHriſtianæ religionis reverentiam plures uſurpant; ſed ea fides pollet maximè ac ſolitariè, quæ quùm propter univerſalium præcepta regularum, quibus ejuſdem religionis intelligatur auctoritas; tùm propterea quod ejus cultus per omnes pænè mundi terminos emanavit, Catholica vel univerſalis vocatur, cujus hæc de trinitatis unitate ſententia eſt: Pater, inquiunt, Deus, Filius Deus, Spiritus Sanctus Deus. igitur Pater, Filius, Spiritus Sanctus unus non tres Dii.

Dii. cujus conjunctionis ratio eſt indifferentia. eos enim differentia comitatur, qui vel augent vel minuunt, ut Ariani, qui gradibus meritorum trinitatem variantes diſtrahunt atque in pluralitatem diducunt. principium enim pluralitatis, alteritas eſt, præter alteritatem enim nec pluralitas quid ſit intelligi poteſt. Trium namque rerum vel quotlibet tùm genere, tum ſpecie, tum numero diverſitas conſtat. quoties enim idem dicitur, toties diverſum etiam prædicatur. Idem verò dicitur tribus modis: aut genere, ut idem homo quod equus; quia his idem genus, ut animal. vel ſpecie, ut idem Cato quod Cicero, quia eadem ſpecies ut homo. vel numero, ut Tullius & Cicero, quia unus eſt numero. Quare diverſum etiam vel genere, vel ſpecie, vel numero dicitur. ſed numero differentiam accidentium varietas facit. nam tres homines neque genere, neque ſpecie, ſed ſuis accidentibus diſtant: nam ſi vel animo cuncta ab his accidentia ſeparemus, tamen locus cunctis diverſus eſt, quem unum fingere nullo modo poſſumus. duo enim corpora unum locum non obtinebunt, qui eſt accidens, atque ideo ſunt numero plures, quoniam accidentibus plures fiunt.

CAPUT II.

Subſtantia divina, forma eſt.

AGe igitur ingrediamur & unumquodque ut intelligi atque capi poteſt diſpiciamus. nam, ſicut optimè dictum videtur, eruditi eſt hominis unumquodque ut ipſum eſt, ita de eo fidem capere tentare. Nam quùm tres ſint Speculativæ partes, Naturalis, in motu, in abſtracta, ἀνεπεξάρετον, id eſt, inſeparabilis. conſiderat enim corporum formas cum materia, quæ à corporibus actu ſeparari non poſſunt, quæ corpora in

in motu ſunt, ut quùm terra deorſum, ignis ſurſum fertur, habetque motum forma materiæ conjuncta. Mathematica, ſine motu, inabſtracta. hæc enim formas corporum ſpeculatur ſine materia, ac per hoc ſine motu; quæ formæ quùm in materia ſint, ab ea ſeparari non poſſunt. Theologica, ſine motu, abſtracta atque ſeparabilis. nam Dei ſubſtantia, & materia & motu caret. In naturalibus igitur rationaliter, in mathematicis diſciplinaliter, in divinis intellectualiter verſari oportebit, neque diduci ad imaginationes, ſed potius ipſam inſpicere formam, quæ verè forma nec imago eſt; & quæ eſſe ipſum eſt, & ex qua eſſe eſt; omne namque eſſe, ex forma eſt. ſtatua enim non ſecundum æs, quod eſt materia, ſed ſecundum formam, quæ in eo inſignita eſt, effigies animalis dicitur. ipſumque æs non ſecundum terram, quod eſt ejus materia, ſed dicitur ſecundum æris figuram. terra quoque ipſa non ſecundum informem materiam κατὰ τὴν ὕλην dicitur; ſed ſecundum ſiccitatem gravitatemque, quæ ſunt formæ. Nihil igitur ſecundum materiam eſſe dicitur, ſed ſecundum propriam formam. Sed divina ſubſtantia ſine materia forma eſt, atque ideo unum eſt, & id quod eſt. reliqua enim non ſunt id quod ſunt. unumquodque enim habet eſſe ſuum ex his ex quibus eſt, id eſt, ex partibus ſuis; & eſt hoc atque hoc, id eſt, partes ſuæ conjunctæ, ſed non hoc vel hoc ſingulariter; ut, quùm homo terrenus conſtet ex anima corporeque, corpus & anima eſt, non vel corpus vel anima. in parte igitur non eſt id quod eſt. quod verò non eſt ex hoc atque hoc, ſed tantum eſt hoc, illud verè eſt id quod eſt: & eſt pulcherrimum fortiſſimumque quia nullo nititur. Quocirca hoc verè unum, in quo nullus numerus, nullum in eo aliud præterquam id quod eſt. neque enim ſubjectum fieri poteſt, forma enim eſt; formæ verò ſubjectæ eſſe non poſſunt. Nam quod cæteræ formæ

formæ ſubjectæ accidentibus ſint, ut humanitas, non ita accidentia ſuſcipit eo quod ipſa eſt, ſed eo quod materia ei ſubjecta eſt. dum enim materia ſubjecta humanitati ſuſcipit quodlibet accidens, ipſa hoc ſuſcipere videtur humanitas. Forma verò, quæ eſt ſine materia, non poterit eſſe ſubjectum nec verò ineſſe materiæ; neque enim eſſet forma ſed imago. ex his enim formis, quæ præter materiam ſunt, iſtæ formæ venerunt, quæ ſunt in materia & corpus efficiunt. nam cæteras, quæ in corporibus ſunt abutimur, formas vocantes, dum imagines ſunt. aſſimilantur enim formis iis, quæ non ſunt in materia conſtitutæ. Nulla igitur in eo diverſitas, nulla ex diverſitate pluralitas, nulla ex accidentibus multitudo, atque idcirco nec numerus.

CAPUT III.

In divina ſubſtantia non eſt numerus.

DEus verò, à Deo, nullo differt, ne vel accidentibus, vel ſubſtantialibus differentiis in ſubjecto poſitis diſtat, ubi vero nulla eſt differentia, nulla eſt omnino pluralitas; quare nec numerus. igitur unitas tantùm. Nam quod tertio repetitur, Deus; quùm pater & Filius & Spiritus Sanctus nuncupatur, tres unitates non faciunt pluralitatem numeri in eo quod ipſæ ſunt; ſi advertamus ad res numerabiles, ac non ad ipſum numerum. illic enim unitatum repetitio numerum facit. In eo autem numero qui in rebus numerabilibus conſtat, repetitio unitatum atque pluralitas minimè facit numerabilium rerum numeroſam diverſitatem. Numerus enim duplex eſt, unus quidem quo numeramus; alter verò qui in rebus numerabilibus conſtat. etenim unum res eſt unitas, qua unum dicimus. duo rurſus in rebus ſunt, ut homines vel lapides; dualitas nihil, ſed tantum dua-

litas qua duo homines vel lapides duo fiunt. & in cæteris eodem modo. Ergò in numero quo numeramus repetitio unitatum facit pluralitatem; in rerum verò numero non facit pluralitatem unitatum repetitio; velut si de eodem dicam, gladius unus, mucro unus, ensis unus. potest enim unus tot vocabulis gladius agnosci, hæc enim unitatum repetitio iteratio potius est, non numeratio. velut si ita dicamus, ensis, mucro, gladius, repetitio quædam est ejusdem, non numeratio diversorum: velut si ita dicam, sol, sol, sol. non tres soles effecerim, sed de uno toties prædicaverim. Non igitur si de Patre ac Filio & Spiritu Sancto tertiò prædicatur Deus, idcirco trina prædicatio numerum facit. hoc enim illis, ut dictum est, imminet, qui inter eos distantiam faciunt meritorum. Catholicis verò nihil in differentia constituentibus, ipsamque formam, ut est, esse ponentibus, neque aliud esse, quàm est ipsum quod est, opinantibus, rectè repetitio de eodem, quam enumeratio diversi videtur esse quùm dicitur, Deus pater, Deus filius, Deus Spiritus Sanctus, atque hæc trinitas unus Deus; veluti ensis atque mucro, unus gladius; velut sol, sol, sol, unus sol. Sed hoc interim ad eam dictum sit significationem demonstrationemque, qua ostenditur non omnem unitatum repetitionem, numerum pluralitatemque perficere. non verò ita dicitur, Pater ac Filius & Spiritus Sanctus, quasi multivocum quiddam: nam mucro & ensis, & ipse est & idem. pater verò ac filius & Spiritus Sanctus, idem equidem est, non vero ipse; in qua re pauliſper considerandum est. requirentibus enim; Ipse est Pater qui Filius? minime, inquiunt. rursus, Idem alter qui alter? negatur. non est igitur inter eos in omni re indifferentia, qua subintrat numerus, quem ex subjectorum diversitate confici, superius explanatum est. De qua re breviter considerabimus, si prius illud, quemadmodum de Deo unumquodque prædicatur, præmiserimus.

CAPUT IV.

Quomodo Deus sit in prædicamentis.

DEcem omnino prædicamenta traduntur quæ de rebus omnibus universaliter prædicantur; id est, substantia, qualitas, quantitas, ad aliquid, ubi, quando; habere, situm esse, facere, pati. Hæc igitur talia sunt, qualia subjecta permiserint. nam pars eorum in reliquarum rerum prædicatione substantia est, pars in accidentium numero est. atque hæc quùm quis in divinam verterit prædicationem, cuncta mutantur quæ prædicari possunt. Ad aliquid verò, omnino non potest prædicari; nam substantia in illo non est verè substantia sed ultra substantiam: item qualitas & cætera, quæ evenire queunt. quorum, ut amplior fiat intellectus, exempla subdenda sunt. Nam quùm dicimus, Deus, substantiam quidem significare videmur, sed eam, quæ sit ultra substantiam. quùm verò, justus, qualitatem quidem, sed non accidentem, sed eam quæ sit substantia, sed ultra substantiam; neque enim aliud est, quòd est, aliud quòd justus est; sed idem est esse Deo: quod justo. item quum dicitur magnus, vel maximus, quantitatem quidem significare videmur, sed eam quæ sit ipsa substantia talis, qualem esse diximus ultra substantiam. idem est enim esse Deo, quod magno; de forma enim ejus superius demonstratum est, quoniam is sit forma & unum verè, nec ulla pluralitas. Sed hæc prædicamenta talia sunt, ut, in quo sunt, ipsum esse faciant quod dicitur, divisè quidem in cæteris, in Deo verò conjunctè atque copulatè, hoc modo: nam quùm dicimus, substantia, ut homo vel Deus; ita dicitur quasi illud,

de quo prædicatur, ipsum sit substantia; ut substantia, homo vel Deus. Sed distat, quoniam homo non integrè ipsum homo est, ac per hoc nec substantia. quod est enim, aliis debet, quæ non sunt homo: Deus verò, hoc ipsum quod est, Deus est. nihil enim aliud est, nisi quod est, ac per hoc ipsum Deus est. Rursus, justus, quod est qualitas, ita dicitur quasi ipse hoc sit de quo prædicatur. id est, si dicamus, homo justus, vel Deus justus; ipsum hominem vel Deum justos esse proponimus. sed differt, quoniam homo alter, alter est justus; Deus verò, idem ipsum est, quod est justum. Magnus etiam homo vel Deus dicitur, atque ita, quasi ipse sit homo magnus vel Deus magnus. sed homo tantum magnus, Deus vero ipsum magnus existit. Reliqua verò neque de Deo, neque de cæteris prædicantur: nam, ubi, vel de Deo, vel de homine prædicari potest; de homine, ut in foro; de Deo, ut ubique. sed ita, ut non quasi ipsa sit res id quod prædicatur, de qua dicitur. non enim ita homo dicitur in foro esse, quemadmodum esse albus vel longus, nec quasi circumfusus & determinatus proprietate aliqua, qua designari secundum se possit, sed tantùm, quod sit illud aliis informatum rebus, per hanc prædicationem ostenditur. de Deo verò non ita, nam quod ubique est, ita dici videtur, non quod in omni sit loco; omnino enim in loco esse non potest, sed quod ei omnis locus adsit ad eum capiendum, quùm ipse non suscipiatur in loco: atque ideo nusquam in loco esse dicitur, quoniam ubique est, sed non in loco. Quando verò, eodem prædicatur modo, ut de homine, heri venit; de Deo, semper est. Hic quoque non quasi esse aliquid dicitur illud ipsum, de quo hesternus dicitur adventus, sed quid ei secundum tempus accesserit prædicatur. quod vero de Deo dicitur, semper est, unum quidem significat, quasi omni præterito fuerit, omni quoque modo sit præ-

præsenti, omni futuro erit. quod de cœlo & de cæteris immortalibus corporibus secundum Philosophos dici potest. at de Deo, non ita, semper enim est, quoniam, semper, præsentis est in eo temporis. tantumque inter nostrarum rerum præsens, quod est, nunc interest ac divinarum, quod nostrum nunc, quasi currens tempus facit & sempiternum; divinum vero nunc, permanens neque movens sese atque consistens æternitatem facit. cui nomini si adjicias semper, facies ejus quod est nunc jugem indefessumque ac per hoc perpetuum cursum, quod est sempiternitas. Rursus, habere vel facere, eodem modo dicimus enim, currit vestitus, de homine: de Deo, cuncta possidens regit. Rursus nihil de eo quod est esse de utrisque dictum est. sed hæc omnis prædicatio exterioribus datur, omniaque hæc quodam modo referuntur ad aliud. cujus prædicationis differentiam sic facilius internoscimus; qui homo est, vel Deus, refertur ad substantiam qua est aliquid, id est, homo vel Deus. qui justus est, refertur ad qualitatem, qua scilicet est aliquid, id est; justus, qui magnus, ad quantitatem, qua est aliquid, id est, magnus. Nam in cæteris prædicationibus nihil tale est. qui enim dicit esse aliquem in foro, vel ubique, refert quidem ad prædicamentum quod est, ubi; sed non quo aliquid est, velut justitia justus. Item quùm dico, currit vel regit; vel, nunc est, vel, semper est, refertur quidem vel ad facere, vel ad tempus. si tamen interim, divinum illud semper, tempus dici potest, sed non quo, ut aliquo, aliquid est, velut magnitudine magnum. nam situm passionemque requiri in Deo non oportet; neque enim sunt. Jamne patet quæ differentia sit prædicationum? quod aliæ quidem quasi rem monstrant, aliæ verò quasi circumstantias rei; quodque illa quidem ita prædicantur, ut esse aliquid rem ostendant: illa verò, ut non esse, sed potius extrinsecus aliquid

quodam modo affigant. Illa igitur, quæ aliquid esse designant secundum rem, prædicationes vocentur, quæ quùm de rebus subjectis dicuntur, vocantur accidentia secundum rem; quùm verò de Deo, qui subjectus non est, secundum substantiam rei prædicatio nuncupatur.

CAPUT V.

Quomodo Deus in Relatione.

AGe nunc de relativis speculemur, pro quibus omne quod dictum est, sumpsimus ad disputationem. maximè enim hæc non videntur secundum se facere prædicationem, quæ perspicuè ex alieno adventu constare perspiciuntur. Age enim, quoniam dominus ac servus relativa sunt, videamus utrumne ita sit, ut secundum se sit prædicatio, an minimè. Atqui si auferas servum, abstuleris & dominum; at non etiam si abstuleris albedinem, abstuleris quoque album. Sed interest, quod albedo accidit albo, qua sublata perit nimirum album. at in domino, si servum auferas, perit vocabulum quo dominus vocabatur: sed non accidit servus domino, ut albedo albo, sed potestas quædam qua servus coërcetur, quæ quoniam sublato deperit servo, constat non eam per se domino accidere, sed per servorum quodammodo extrinsecus accessum. Non igitur dici potest prædicationem relativam quicquam rei, de qua dicitur secundum se, vel addere, vel minuere, vel mutare. quæ tota non in eo quod est esse consistit, sed in eo quod est in comparatione aliquo modo se habere; nec semper ad aliud, sed aliquoties ad idem. age enim, stet quisquam, ei igitur si accedam dexter, erit ille sinister ad me comparatus; non quod ille ipse sinister sit, sed quod ego dexter accesserim. rursus ego sinister accedo, item fit ille dexter, non quod ita sit per

per se dexter, velut albus ac longus, sed quod me accedente fit dexter, atque id quod est, à me & ex me est, minimè vero ex sese. Quare quæ secundum rei alicujus, in eo quod ipsa est, proprietatem, non faciunt prædicationem, nihil alternare vel mutare queunt, nullamque omnino variare essentiam. Quocirca si Pater ac Filius ad aliquid dicuntur, nihilque aliud, ut dictum est, differunt, nisi sola relatione. relatio verò non prædicatur ad id de quo prædicatur quasi ipsa sit & secundum rem de qua dicitur, non faciet alteritatem rerum, de quâ dicitur, sed, si dici potest, quo quidem modo id quod vix intelligi potuit, interpretatum est personarum. Omnino enim magna regulæ est veritas. In rebus incorporalibus, distantias effici differentiis, non locis. neque accessisse dici potest aliquid Deo, ut pater fieret, non enim cœpit esse unquam pater, eo quod substantialis quidem ei est productio filii, relativa verò prædicatio patris. ac, si meminimus omnium in prioribus de Deo sententiarum, ita cogitemus, processisse quidem ex Deo Patre Filium Deum & ex utrisque Spiritum Sanctum. hos, quoniam incorporales sint, minimè locis distare, quoniam verò Pater Deus & filius Deus & Spiritus Sanctus Deus, Deus vero nullas habet differentias quibus differat à Deo, à nullo eorum differt. differentiæ verò ubi absunt, abest pluralitas. ubi abest pluralitas, adest unitas: nihil autem aliud gigni potuit ex Deo, nisi Deus. & in rebus numerabilibus repetitio unitatum non facit modis omnibus pluralitatem. Trium igitur idoneè constituta est unitas.

CAPUT VI.

Quomodo unitas & trinitas in Deo.

SEd quoniam nulla relatio ad seipsum referri potest, idcirco quod ea secundum seipsum est prædicatio

quæ relatione caret, facta quidem est trinitatis numerositas in eo quod est prædicatio relationis; servata verò unitas; in eo quod est indifferentia vel substantiæ vel operationis vel omnino ejus, quæ secundum se dicitur, prædicationis. Ita igitur substantia continet unitatem, relatio multiplicat trinitatem. atque ideo sola sigillatim proferuntur atque separatim quæ relationis sunt. nam idem Pater qui Filius non est, nec idem uterque qui Spiritus Sanctus. idem tamen Deus est, Pater & Filius & Spiritus Sanctus: idem justus, idem bonus, idem magnus, idem omnia, quæ secundum se poterunt prædicari. Sanè sciendum est, non semper talem esse relativam prædicationem, ut semper ad differens prædicetur; ut est servus ad dominum, differunt enim. nam omne æquale, æquali æquale est; & simile, simili simile est; & idem, ei quod est idem, idem est. & similis est in trinitate relatio, Patris ad filium & utriusque ad Spiritum Sanctum; ut ejus, quod est idem, ad id, quod est idem. quod si id in cunctis aliis rebus non potest inveniri, facit hoc cognata caducis rebus alteritas. nos verò nulla imaginatione diduci, sed simplici intellectu erigi, &, ut quidque intelligi potest, ita aggredi etiam intellectu oportet.

Sed de proposita quæstione satis dictum est. nunc vestri normam judicii exspectat subtilitas quæstionis: utrum rectè decursa sit, an minimè, vestræ statuet pronuntiationis auctoritas. Quòd si sententiæ, fidei fundamentis sponte firmissimæ, opitulante gratia divina, idonea argumentorum adjumenta præstitimus, illuc perfecti operis lætitia remeabit, unde venit effectus. Quod si, ultra se, humanitas nequivit ascendere, quantum imbecillitas subtrahit, vota supplebunt.

INCI-

INCIPIT EJUSDEM AD SANCTUM JOANNEM DIACONUM ECCLESIÆ ROMANÆ,

UTRUM PATER ET FILIUS AC SPIRITUS SANCTUS DE DIVINITATE SUBSTANTIALITER PRÆDICENTUR.

QUæro an Pater & Filius ac Spiritus Sanctus de divinitate substantialiter prædicentur, an alio quolibet modo. viamque indaginis hinc arbitror esse sumendam, unde rerum omnium manifestum constat exordium, id est, ab ipsis Catholicæ fidei fundamentis. Si igitur interrogem, an, qui dicitur Pater, substantia sit; respondetur esse substantia. Quod si quæram, an Filius substantia sit, idem dicitur. Spiritum quoque Sanctum, substantiam esse, nemo dubitaverit. Sed quùm rursus colligo, Patrem, Filium, Spiritum Sanctum non plures, sed una occurrit esse substantia. una igitur substantia trium nec separari ullo modo, aut disjungi potest, nec velut partibus in unum conjuncta est, sed est una simpliciter. Quæcunque igitur de divina substantia prædican-

* *Ad Sanctum Joannem.*] Eo tempore Eccl. Romanæ Diaconum, postea verò, nimirum anno DXXIII. ejusdem Pontificem. qui postquam ex Oriente Theoderici ad Justinum legatus rediit, Ravennæ ab eo custodiæ traditus, paulò post amicum Boërium, similem ob causam, similem palmam adeptus est. Unde antiquarius Boëtii exscriptor [ea enim scriptura fuit eorumd. opt. codicum] ut eum ἱερώς designaret, *sanctum* appellavit; quemadmodum & Anastasius bibliothecarius in ejus vita. quem, ut obiter moneam, in vita Boëtii emendantes ex ejusd. Anastasii vet. cod. MS. scripsimus defunctum VI. *Kal. Junii*, ut & habet Breviarium Rom. non XV. Ex eodemque Anastasii cod. corpus ejus Romæ *Kalendis Junii* susceptum reposuimus, non VI. Kal. ut in impressis erat; qui dies mortis ejus fuit. *Vallin.*

cantur, ea tribus oportet esse communia. idque signi erit, quæ sint, quæ de divinitatis substantia prædicentur, quod quæcunque hoc modo dicuntur de singulis in unum collectis tribus singulariter prædicabuntur hoc modo si dicimus, Pater Deus est, Filius Deus est, Spiritus Sanctus Deus est; Pater, Filius ac Spiritus Sanctus unus Deus est. Si igitur eorum una Deitas, una substantia est, licet Dei nomen de Divinitate substantialiter prædicari. [1] ita, Pater veritas est, Filius veritas est, Spiritus Sanctus veritas est: Pater, Filius & Spiritus Sanctus, non tres veritates, sed una veritas est. Si igitur una in his substantia, una est veritas, necesse est veritatem substantialiter prædicari: de bonitate, de incommutabilitate, de justitia, de omni potentia ac de cæteris omnibus, quæ tam de singulis, quam de omnibus singulariter prædicamus, manifestum est substantialiter dici. Unde apparet ea quæ quùm in singulis separatim dici convenit, nec tamen in omnibus dici queunt, non substantialiter prædicari, sed alio modo: qui verò iste sit, posterius quæram. Nam, qui Pater est, hoc vocabulum non transmittit ad Filium, neque ad Spiritum Sanctum. quo fit ut non sit hoc nomen substantiale inditum. nam si substantiale

1 *Ita Pater veritas est.*] Ea verba dum exponit Gilbertus Porretanus Episcopus Pictavienſis in eum errorem lapsus est, quem damnavit Concilium Remense anno MCXLVIII. & ipse agnovit. Qualis fuerit, qui verba ejus refert D. Bernardus, sic recenset serm. LXXX. super Cantica, *Si quid itaque*, inquit, *de Deo propriè dici posit, rectius congruentiusque dicetur, Deus est magnitudo, bonitas, justitia, sapientia; quàm Deus est magnus, bonus, justus aut sapiens. Unde non immerito nuper in Concilio, quod Papa Eugenius Remis celebravit, tam ipsi quam cæteris Episcopis perversa visa est & omnino suspecta expositio illa in libro Gilberti Episcopi Pictavienſis, quo super verba Boëtii de Trinitate, sanissima quidem atque Catholica, commentabatur hoc modo*, Pater est Veritas, id est, Verus: Filius est Veritas, id est, Verus: Spiritus sanctus est Veritas, id est, Verus. & hi tres simul non tres Veritates, sed una Veritas, id est, unus Verus: *O obscuram perversamque explanationem! Quam verius saniusque per contrarium ita dixisset! Pater est Verus, id est, Veritas: Filius est Verus, id est, Veritas: Spiritus sanctus est Verus, id est, ipsa Veritas. quod quidem fecisset, si sanctum dignaretur Fulgentium imitari, qui ait; Una quippe Veritas unius Dei, imo una Veritas unus Deus. non patitur servitium atque culturam Creatoris creaturæque conjungi.* Fusius rem omnem narrat Gofridus vitæ ejusd. D. Bernardi cap. V. l. III. *Vallin.*

le esset, ut Deus, ut veritas, ut justitia, ut ipsa quoque substantia, de cæteris diceretur. Item Filius solus hoc recipit nomen, neque cum aliis jungitur, sicut in Deo, sicut in veritate, sicut in cæteris, quæ superius dixi. Spiritus quoque Sanctus non est idem qui Pater ac Filius. Ex his igitur intelligimus Patrem, Filium ac Spiritum Sanctum non de ipsa divinitate substantialiter dici, sed alio quodam modo. si enim substantialiter prædicaretur, & de singulis & de omnibus singulariter diceretur. hæc verò ad aliquid dici manifestum est; nam & Pater, alicujus pater est; & Filius, alicujus filius; & Spiritus, alicujus Spiritus: quo fit, ut nec trinitas quidem substantialiter de Deo prædicetur. non enim Pater trinitas, qui enim Pater est, Filius ac Spiritus Sanctus non est. nec trinitas Filius, nec trinitas Spiritus Sanctus, secundum eundem modum. sed trinitas quidem in personarum pluralitate consistit, unitas verò in simplicitate substantiæ. Quod si personæ divisæ sunt, substantia verò indivisa, necesse est, quod vocabulum ex personis originem capit, id ad substantiam non pertinere. at trinitatem personarum diversitas fecit; trinitas igitur non pertinet ad substantiam. Quo fit, ut neque Pater, neque Filius, neque Spiritus Sanctus, nec trinitas de Deo substantialiter prædicentur, sed, ut dictum est, ad aliquid. Deus verò, veritas, justitia, bonitas, omnipotentia, substantia, immutabilitas, virtus, sapientia, & quicquid hujusmodi excogitari potest, substantialiter de divinitate dicuntur. Hæc si se rectè & ex fide habent, ut me instruas peto. aut si aliqua re forte diversus es, diligentius intuere quæ dicta sunt; & fidem, si poteris, rationemque conjunge.

INCI-

INCIPIT EJUSDEM, AD EUNDEM, QUOMODO SUBSTANTIÆ, IN EO, QUOD SINT, BONÆ SINT, CUM NON SINT SUBSTANTIALIA BONA.

POstulas, ut, ex [1] Hebdomadibus noſtris, ejus quæſtionis obſcuritatem, quæ continet modum, quo, ſubſtantiæ in eo quòd ſint, bonæ ſint, quùm non ſint ſubſtantialia bona, digeram & paulo evidentius monſtrem. idque eo dicis eſſe faciendum, quod non ſit omnibus notum iter hujuſmodi ſcriptionum. tuus verò teſtis ipſe ſum, quam hæc vivaciter fueris antè complexus. Hebdomadas verò ego mihi ipſe commentor, potiuſque ad memoriam meam ſpeculata conſervo, quàm cuiquam participo, quorum laſcivia ac petulantia nihil à joco riſuque patitur eſſe disjunctum. prohinc tu ne ſis obſcuritatibus brevitatis adverſus, quæ quùm ſint arcani fida cuſtodia, tùm id habent commodi, quòd his ſolis, qui digni ſunt, colloquuntur. Ut igitur in mathematica fieri ſolet, cæteriſque etiam diſciplinis, propoſui terminos, regulaſque, quibus cuncta, quæ ſequuntur, efficiam. Communis animi conceptio eſt enuntiatio, quam quiſque probat auditam. harum duplex modus eſt: nam ita una communis eſt, ut omnium hominum ſit, velut ſi hanc proponas, Si duobus æqualibus æqualia auferas, quæ relinquuntur, æqualia eſſe; nullus id intelligens neget. Alia verò eſt doctorum tantum, quæ tamen ex talibus communis animi conce-

1 *Ex Hebdomadibus noſtris.*] Nimirum partiturus erat breviores has ſcriptiones ſuas per Hebdomadas, ſicut Titus Livius divinum opus ſuum per Decades. Sabellicus per Enneades. *Vallinus.*

ceptionibus venit, ut eſt, Quæ incorporalia ſunt, in loco non eſſe, & cætera. quæ non vulgus, ſed docti comprobant. Diverſum eſt, eſſe, & id quod eſt. ipſum enim eſſe nondum eſt; at verò quod eſt, accepta eſſendi forma eſt atque conſiſtit. Quod eſt, participare aliquo poteſt. ſed ipſum eſſe, nullo modo aliquo participat. fit enim participatio quùm aliquid jam eſt. eſt autem aliquid, quùm eſſe ſuſceperit. Id quod eſt, habere aliquid præterquam quod ipſum eſt, poteſt. ipſum verò eſſe, nihil aliud præter ſe habet admixtum. Diverſum eſt, tantùm eſſe aliquid, & eſſe aliquid in eo quod eſt. illic enim accidens, hic ſubſtantia ſignificatur.

Omne quod eſt, participat eo quod eſt eſſe, ut ſit. alia verò participat, ut aliquid ſit: ac per hoc, id quod eſt, participat eo quod eſt eſſe, ut ſit. eſt verò, ut participet alio quolibet. Omne ſimplex, eſſe ſuum, & id quod eſt unum habet. Omni compoſito aliud eſt eſſe, aliud ipſum eſt. Omnis diverſitas diſcors, ſimilitudo verò appetenda eſt. & quod appetit aliud, tale ipſum eſſe naturaliter oſtenditur, quale eſt illud hoc ipſum, quod appetit. Sufficiunt igitur quæ præmiſimus. à prudente verò rationis interprete ſuis unumquodque aptabitur argumentis.

Quæſtio verò hujuſmodi eſt, Ea, quæ ſunt, bona ſunt. tenet enim communis ſententia doctorum, omne quod eſt ad bonum tendere; omne autem tendit ad ſimile. quæ igitur ad bonum tendunt, bona ipſa ſunt. ſed, quemadmodum bona ſint, inquirendum eſt, utrumne participatione an ſubſtantia? ſi participatione, per ſe ipſa nullo modo bona ſunt: Nam quod participatione album eſt, per ſe in eo quod ipſum eſt, album non eſt, & de cæteris qualitatibus eodem modo. ſi igitur participatione bona ſunt, ipſa per ſe nullo modo bona ſunt; ſed conceſſum eſt. non igitur participatione

tione ſunt bona, ſed ſubſtantia. quorum verò ſubſtantia bona eſt, id quod ſunt bona ſunt, id autem quod ſunt, habent ex eo quod eſt eſſe. eſſe igitur ipſorum bonum eſt. omnium igitur rerum ipſum eſſe, bonum eſt. Sed, ſi eſſe bonum eſt, ea quæ ſunt, in eo quod ſunt, bona ſunt; idemque illis eſt eſſe, quod bonum eſſe. ſubſtantialia igitur bona ſunt, quoniam non participant bonitatem. Quod ſi ipſum eſſe in eis bonum eſt, non eſt dubium, quin, ſubſtantialia quùm ſint bona, primo ſint bono ſimilia, ac per hoc, ipſum bonum erunt: nihil enim illi præter ſeipſum ſimile eſt; ex quo fit, ut omnia quæ ſunt, Deus ſint, quod dictu nefas eſt. Non ſunt igitur ſubſtantialia bona, ac per hoc, non in his eſt eſſe bonum. non ſunt igitur, in eo quod ſunt, bona: ſed nec participant bonitate, nullo enim modo ad bonum tenderent. nullo igitur modo ſunt bona.

Huic quæſtioni talis poterit adhiberi ſolutio, multa ſunt quæ quùm ſeparari actu non poſſint, animo tamen & cogitatione ſeparantur. ut quùm triangulum vel cætera à ſubjecta materia nullus actus ſeparat, mente tamen ſegregans ipſum triangulum proprietatemque ejus præter materiam ſpeculatur. Amoveamus igitur primi boni præſentiam pauliſper ex animo, quod eſſe quidem conſtat, idque ex omnium doctorum indoctorumque ſententia, barbararum quoque gentium religionibus cognoſci poteſt. Hoc igitur pauliſper amoto, ponamus omnia eſſe, quæ ſunt, bona; atque ea conſideremus quemadmodum bona eſſe poſſent, ſi à primo bono minimè defluxiſſent. hinc intueor, aliud in eis eſſe, quòd bona ſunt, aliud quòd ſunt. ponatur enim una eademque ſubſtantia bona eſſe, alba, gravis, rotunda: tunc aliud eſſet illa ipſa ſubſtantia, aliud ejus rotunditas, aliud color, aliud bonitas. nam, ſi hæc ſingula idem eſſent quod ipſa ſubſtantia, idem eſſet gravitas quod color, quod bonum, & bo-

& bonum quod gravitas; quod fieri natura non ſinit. Aliud igitur tunc in eis eſſet eſſe, aliud aliquid eſſe: ac tunc bona quidem eſſent, eſſe tamen ipſum minimè haberent bonum. igitur ſi ullo modo eſſent non à bono, ac bona eſſent, ac non idem eſſent quod bona, ſed eis aliud eſſet eſſe, aliud bonis eſſe. quod ſi nihil omnino aliud eſſent niſi bona, neque gravia, neque colorata, neque ſpatii dimenſione diſtantia, nec ulla in eis qualitas eſſet, niſi tantùm bona eſſent, tunc non res, ſed rerum viderentur eſſe principium; nec potius viderentur, ſed videretur. unum enim ſolumque eſt hujuſmodi, quod tantùm bonum, aliudque nihil ſit. quæ quoniam non ſunt ſimplicia, nec eſſe omnino poterant; niſi ea id, quod ſolum bonum eſt, eſſe voluiſſet. Idcirco quoniam eſſe eorum à boni voluntate defluxit, bona eſſe dicuntur, primum enim bonum quoniam eſt, in eo quod eſt, bonum eſt. ſecundum verò bonum, quoniam ex eo fluxit cujus ipſum eſſe bonum eſt, ipſum quoque bonum eſt. Sed, ipſum eſſe omnium rerum ex eo fluxit quod eſt primum bonum, & quod bonum tale eſt, ut rectè dicatur, in eo quòd eſt, eſſe bonum. Ipſum igitur eſſe eorum bonum eſt; tunc enim, in eo quod eſſent, non eſſent bona, ſi à primo bono minimè defluxiſſent.

Qua in re ſoluta quæſtio eſt. idcirco enim licet in eo quod ſunt, bona ſint, non ſunt tamen ſimilia primo bono. quoniam non quoquo modo ſint res, ipſum eſſe earum bonum eſt; ſed quoniam non poteſt eſſe ipſum eſſe rerum, niſi à primo eſſe defluxerit, id eſt, à bono: idcirco ipſum eſſe bonum eſt, neque eſt ſimile ei, à quo eſt. illud enim; quoquo modo ſit, bonum eſt, in eo quod eſt; non enim aliud eſt præterquam bonum. hoc autem, niſi ab illo eſſet, bonum fortaſſe eſſe poſſet, ſed bonum, in eo quod eſt, eſſe non poſſet. tunc enim participaret forſitan bono; ipſum verò eſſe quod non ha-

haberent à bono, bonum habere non possent. Igitur sublato ab his primo bono mente & cogitatione, ista licet essent bona, tamen, in eo quod essent, bona esse non possent. & quoniam actu non potuere existere, nisi illud ea quod verè bonum est, produxisset; idcirco & esse eorum bonum est & non est simile substantiali bono id quod ab eo fluxit. & nisi ab eo fluxissent, licet essent bona, tamen in eo quod sunt, bona esse non possent; quoniam & præter bonum & non ex bono essent, quùm illud ipsum bonum primum & ipsum esse sit, & ipsum bonum, & ipsum esse bonum. At non etiam alba, in eo quod sunt, alba esse oportebit ea quæ alba sunt. quoniam ex voluntate Dei fluxerunt, ut essent; alba, minimè. aliud est enim, esse; & aliud, alba esse: hoc ideo, quoniam qui ea, ut essent, effecit, bonus quidem est, minimè verò albus. voluntatem igitur boni comitata sunt, ut essent bona, in eo quod sunt. voluntatem verò non albi non sunt comitata, ut talis ejus esset proprietas, ut esset album in eo quod est; neque enim ex albi voluntate defluxerunt. Itaque quia voluit esse ea alba, qui non erat albus, sunt alba tantum. quia verò voluit ea esse bona, qui erat bonus, sunt bona, in eo quòd sunt. Secundum hanc igitur rationem, cuncta oportet esse justa, quoniam ipse justus est, qui ea esse voluit? Ne hoc quidem. nam bonum esse, essentiam, justum verò esse, actum respicit. idem autem est in eo esse, quod agere; idem igitur bonum esse quod justum. nobis verò non est idem esse quod agere, non enim simplices sumus. non est igitur nobis idem bonis esse, quod justis; sed idem nobis est, esse omnibus bonis, in eo quod sumus. bona igitur omnia sunt, non etiam justa. amplius bonum quidem generale est, justum verò speciale, nec species descendit in omnia. Idcirco alia quidem justa, alia aliud; omnia bona.

IN-

INCIPIT EJUSDEM BREVIS FIDEI CHRISTIANÆ COMPLEXIO.

CHristianam fidem novi ac veteris testamenti pandit auctoritas. & quamvis nomen ipsum Christi vetus intra semet continuerit instrumentum, eumque semper significaverit ad futurum, quem tradimus per partum virginis jam venisse, tamen in orbem terrarum ab ipsius nostri Salvatoris mirabili manasse probatur adventu. Hæc autem religio nostra, quæ vocatur Christiana atque Catholica, his fundamentis principaliter nititur, asserens: Ex æterno, id est ante mundi constitutionem, ante omne videlicet quod temporis potest retinere vocabulum, divinam Patris ac Filii & Spiritus Sancti exstitisse substantiam: ut Deum dicat Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum Sanctum; non tamen tres Deos sed unum. Patrem itaque habere Filium ex substantia sua genitum & sibi nota ratione coæternum, quem Filium eatenus confitetur fides, ut non sit idem qui Pater, neque Patrem aliquando fuisse Filium, ne rursus in infinitum humanus animus divinam progeniem cogitaret. neque Filium in eadem natura, qua Patri coæternus est, aliquando fieri Patrem, ne rursus in infinitum divina progenies tenderetur. Sanctum verò Spiritum, neque Patrem esse neque Filium: atque ideo nulla natùra neque genitum neque generantem, sed à Patre quoque procedentem & Filio. quis sit tantùm processionis istius modus ita non possumus evidenter dicere, quemadmodum

T gene-

1 *Brevis fidei Christianæ complexio.*] Opusculum hoc, quod nunc primum publici juris facimus, Boëtii esse, ipse orationis stylus & mysteriorum religionis Christianæ series compendiosa sic confirmant, ut addere minimè necesse sit, exstare nomine illud in meo, Fossatensi, Regio & S. Victoris codicib. ut eos taceam ex quibus idem jam olim monuerat Tritemius, qui librum *de Fide* vocat. *Vallin.*

generationem Filii ex paterna ſubſtantia non poteſt humanus animus æſtimare. Hæc autem ut credantur; vetus ac nova informat inſtructio: de qua, velut arce religionis noſtræ, multi diverſa, & humaniter, atque ut ita dicam, carnaliter ſentientes, adverſa locuti ſunt; ut Arrius, qui, licet Deum dicat Filium, minorem tamen Patre multipliciter & extra Patris ſubſtantiam confitetur. Sabelliani quoque, non tres exiſtentes perſonas, ſed unam auſi ſunt affirmare; eundem dicentes Patrem eſſe, qui Filius eſt; eundemque Filium, qui Pater eſt; atque Spiritum Sanctum eundem eſſe, qui Pater & Filius eſt. ac per hoc unam dicunt eſſe perſonam, ſub vocabulorum diverſitate ſignatam. Manichæi quoque, qui duo principia, ſibi coæterna & adverſa, profitentur, unigenitum Dei eſſe non credunt. indignum enim judicant, ſi Deus habere filium videatur, nihil aliud cogitantes niſi carnaliter; ut quia hæc generatio duorum corporum commixtione procedit, illic quoque indignum eſſe intellectum hujuſmodi applicare: quæ res eos nec vetus facit recipere teſtamentum, neque in integro novum. nam ſicut illud omnino error eorum non recipit, ita ex virgine generationem Filii non vult admittere, ne humano corpore polluta videatur Dei fuiſſe natura. Sed de his hactenus; ſuo enim loco ponentur ſicut ordo neceſſarius poſtularit.

Ergo divina ex æterno natura, & in æternum ſine aliqua mutabilitate perdurans, ſibi tantum conſcia voluntate ſponte mundum voluit fabricare, eumque quùm omnino non eſſet, fecit, ut eſſet; nec ex ſubſtantia ſua protulit, ne divinus natura crederetur; neque aliunde molitus eſt, ne jam exſtitiſſet aliquid quod ejus voluntatem exiſtentia propriæ naturæ juvaret, atque eſſet, quod neque ab ipſo factum eſſet & tamen eſſet. ſed verbo produxit cælos, terram creavit, ita ut cæleſti habitatione dignas cælo naturas efficeret, ac terræ terrena componeret. De cœleſtibus autem naturis, quæ univerſaliter vocantur angelicæ, quamvis illic diſtinctis ordinibus pulchra ſint omnia, pars tamen quædam plus appetens, quam ei natura atque ipſius auctor naturæ tribuerat, de cœleſti ſede projecta eſt. Et quoniam angelorum numerum, id eſt, ſupernæ illius civitatis, cujus cives angeli ſunt, imminutum noluit conditor permanere; formavit ex terra hominem atque Spiritu vitæ animavit, ratione compoſuit, arbitrii libertate decoravit, eumque, præfixa lege, paradiſi delitiis conſtituit, ut, ſi ſine peccato manere vellet, tam ipſum quam ejus progeniem angelicis cœtibus ſociaret: ut quia ſuperior natura per ſuperbiæ malum ima petierat, inferior ſubſtantia per humilitatis bonum ad ſuperna conſcenderet. Sed ille auctor invidiæ non ferens hominem illuc aſcendere, ubi ipſe non meruit permanere, tentatione adhibita fecit etiam ipſum ejuſque comparem, quam de ejus latere formator generandi cauſa produxerat, inobedientiæ ſuppliciis ſubjacere, ei quoque divinitatem promittens adfuturam, quam ſibi dum arroganter uſurpat, eliſus eſt. Hæc autem revelante Deo Moyſi famulo ſuo comperta ſunt, cui etiam humani generis conditionem atque originem voluit innoteſcere, ſicut ab eo libri prolati teſtantur. Omnis divina auctoritas his modis conſtare videtur, ut aut hiſtorialis modus ſit, qui nihil aliud niſi res geſtas enuntiet. aut allegoricus, ut non illi poſſit hiſtoriæ ordo conſiſtere. aut certè ex utriſque compoſitus, ut & ſecundum hiſtoriam & ſecundum allegoriam manere videatur. Hæc autem piè intelligentibus & veraci corde tenentibus ſatis abundeque relucent. Sed ad ordinem redeamus.

Primus itaque homo ante peccatum cum ſua conjuge incola Paradiſi fuit: at ubi aurem præbuit ſuaſori

& conditoris præceptum neglexit attendere, exul effectus, terram jussus est excolere, atque à Paradisi sinu seclusus, in ignotis partibus sui generis posteritatem transposuit, atque pœnam, quam ipse primus homo prævaricationis reus exceperat, generando transmisit in posteros. Hinc factum est, ut & corporum atque animarum corruptio & mortis proveniret interitus; primusque mortem in Abel filio suo meruit experiri, ut quanta esset pœna, quam ipse exceperat, probaret in sobole. quod si ipse primus moreretur, nesciret quodammodo, ac, si dici fas est, nec sentiret pœnam suam; sed ideo expertus in altero est, ut, quid sibi jure deberetur contemptor agnosceret, & dum pœnam mortis sustinet, ipsa exspectatione fortius torqueretur. Hoc autem prævaricationis malum, quod in posteros naturaliter primus homo transfuderat, quidam Pelagius non admittens proprii nominis hæresim dedicavit, quam Catholica fides à consortio suo mox repulisse probatur. Ab ipso itaque primo homine procedens humanum genus, ac multiplici numerositate succrescens, erupit in lites, commovit bella, occupavit terrenam miseriam, qui felicitatem Paradisi in primo patre perdiderat. Nec tamen ex his defuerunt, quos sibi conditoris gratia sequestraret, ejusque placitis inservirent; quos licet meritum naturæ damnaret, futuri tamen sacramenti & longè postmodum proferendi faciendo participes, perditam voluit reparare naturam. Impletus est ergo mundus humano genere, atque ingressus est homo vias suas, qui malitia propriæ contumaciæ despexerat conditorem. Hinc volens Deus per justum potius hominem reparare genus humanum, quàm manere protervum, pœnalem multitudinem, effusa diluvii inundatione; excepto Noë justo homine cum suis liberis, atque his quæ secum in arcam introduxerat, interire permisit.

Cur

Cur autem per arcæ lignum voluerit justos eripere, notum est divinarum scripturarum mentibus eruditis, & quasi prima quædam mundi ætas diluvio ultore transacta est.

Reparatur itaque humanum genus, atque propriæ naturæ vitium, quod prævaricationis primus auctor infuderat, amplecti non destitit. crevitque contumacia quam dudum diluvii unda puniverat, & quæ per numerosam annorum seriem permissa fuerat vivere, in brevitate annorum humana ætas addicta est. maluitque Deus non jam diluvio punire genus humanum, sed eodem permanente eligere viros, per quorum seriem aliqua generatio commearet, ex qua nobis filium proprium vestitum humano corpore, mundi in fine concederet: Quorum primus est Abraham, qui quùm esset ætate confectus, ejusque uxor decrepita, in senectute sua repromissionis largitione habere filium meruerunt. Hic vocatus est Isaac, atque ipse genuit Jacob. Idem quoque duodecim Patriarchas, non reputante Deo in eorum numero quos more suo natura produxerat. Hic ergo Jacob cum filiis ac domo sua transigendi causa Ægyptum voluit habitare; atque illic per annorum seriem multitudo concrescens, cœperunt esse suspicioni Ægyptiacis imperiis, eosque Pharao magna ponderum mole premi decreverat & gravibus oneribus affligebat. Tandem Deus, Ægyptii regis dominationem despiciens, diviso mari rubro, quod nunquam antè natura ulla cognoverat, suum transduxit exercitum ductore Moyse & Aaron. Postea igitur, pro eorum egressione altis Ægyptus plagis vastata est, quùm nollet dimittere populum. Transmisso itaque, ut dictum est, mari rubro, venit per deserta eremi ad montem qui vocatur Sinaï. ibique universorum conditor Deus volens sacramenti futuri gratia populos erudire, per Moysem data lege constituit,

quemadmodum & ſacrificiorum ritus & populorum mores inſtruerentur. & quùm multis annis multas quoque gentes per viam debellaſſent, venerunt tandem ad fluvium qui vocatur Jordanis duce jam Jeſu filio Nave, atque ad eorum tranſitum quemadmodum aquæ maris rubri, ita quoque Jordanis fluenta ſiccata ſunt. perventumque eſt per eam civitatem, quæ nunc Hieroſolyma vocatur. Atque dum ibi Dei populus moraretur, poſt Judices & Prophetas, Reges inſtituti leguntur: quorum poſt Saulem primatum David de tribu Juda legitur adeptus fuiſſe. Deſcendit itaque ab eo per ſingulas ſucceſſiones regium ſtemma, perductumque eſt uſque ad Herodis tempora, qui, primus ex gentibus, memoratis populis legitur imperaſſe. ſub quo exſtitit beata virgo Maria, quæ de Davidica ſtirpe provenerat, quæ humani generis genuit conditorem. hoc autem ideo, quia multis infectus criminibus mundus jacebat in mortem, electa eſt una gens, in qua Dei mandata clareſcerent. ibique miſſi Prophetæ & alii Sancti viri, per quorum admonitionem ipſe certè populus à tumore pervicaciæ revocaretur; illi verò, eoſdem occidentes, in ſuæ nequitiæ perverſitate manere voluerunt.

Atque jam in ultimis temporibus non Prophetas neque alios ſibi placitos, ſed ipſum unigenitum ſuum Deus per virginem naſci conſtituit, ut humana ſalus, quæ per primi hominis inobedientiam deperierat, per hominem Deum rurſus repararetur. & quia exſtiterat mulier, quæ cauſam mortis primo viro ſuaſerat, eſſet hæc ſecunda mulier, quæ vitæ cauſam humanis viſceribus adportaret. Nec vile videatur quod Dei filius ex virgine natus eſt, quoniam præter naturæ modum conceptus & editus eſt. Virgo itaque, de Spiritu Sancto, incarnatum Dei Filium concepit, virgo peperit, poſt

poſt ejus editionem virgo permanſit. atque hominis factus eſt idemque Dei filius; ita ut in eo & divinæ naturæ radiaret ſplendor, & humanæ fragilitatis appareret aſſumptio. Sed huic tam ſanæ atque veraciſſimæ fidei exſtiterant multi qui diverſa garrirent: &, præter alios, Neſtorius & Eutyches repertores hæreſeos exſtiterunt. quorum unus hominem ſolum, alter Deum ſolum putavit aſſerere, nec humanum corpus, quod Chriſtus induerat, de humanæ ſubſtantiæ participatione veniſſe. Sed hæc hactenus.

Crevit itaque ſecundum carnem Chriſtus; baptizatus eſt, ut qui baptizandi formam erat cæteris tributurus, ipſe primus, quod docebat, exciperet. Poſt baptiſmum vero elegit duodecim diſcipulos, quorum unus traditor ejus fuit. &, quia ſanam doctrinam Judæorum populus non ferebat, eum, illata manu, crucis ſupplicio peremerunt. Occiditur ergo Chriſtus, jacet tribus diebus ac noctibus in ſepulchro. reſurgit à mortuis, ſicut, ante mundi conſtitutionem, ipſe cum patre decreverat. aſcendit in cœlos, ubi, in eo quod filius Dei eſt, nunquam defuiſſe cognoſcitur; ut aſſumptum hominem, quem diabolus non permiſerat ad ſuperna conſcendere, ſecum Dei Filius cœleſti habitationi ſuſtolleret. Dat ergo formam diſcipulis ſuis baptizandi, docendi ſalutaria, efficientiam quoque miraculorum, atque in univerſum mundum ad vitam præcipit introire, ut prædicatio ſalutaris non jam in una tantùm gente, ſed orbi terrarum prædicaretur. Et, quoniam humanum genus naturæ merito, quam ex primo prævaricatore contraxerat, æternæ pœnæ jaculis fuerat vulneratum, nec ſaluti ſuæ erat idoneum, quod eam in parente perdiderat, medicinalia quædam tribuit ſacramenta: ut agnoſceret aliud ſibi deberi per naturæ meritum, aliud per gratiæ donum. ut natura nihil aliud

niſi pœnæ ſubmitteret, gratia verò, quæ nullis meritis attributa eſt, quia nec gratia diceretur ſi meritis tribueretur, totum quod eſt ſalutis ſuæ afferret.

Diffunditur ergo per mundum cœleſtis illa doctrina, adunantur populi, inſtituuntur eccleſiæ, fit unum corpus quod mundi latitudinem occuparet; cujus caput Chriſtus aſcendit in cœlos, ut neceſſario caput ſuum membra ſequerentur. Hæc itaque doctrina & præſentem vitam bonis informat operibus & poſt conſummationem ſæculi, reſurrectura corpora noſtra, præter corruptionem ad regna cœleſtia pollicetur, ita ut qui hic bene, ipſo donante, vixerit, eſſet in illa reſurrectione beatiſſimus; qui verò malè, miſer poſt munus reſurrectionis adeſſet. Et hoc eſt principale religionis noſtræ, ut credamus, non ſolum animas non perire, ſed ipſa quoque corpora, quæ mortis adventus reſolverat, in ſtatum priſtinum futura beatitudine reparari. Hæc ergo Eccleſia Catholica, per orbem diffuſa, tribus modis probatur exiſtere. quicquid in ea tenetur, aut auctoritas eſt ſcripturarum, aut traditio univerſalis, aut certè propria & particularis inſtructio. ſed auctoritate tota conſtringitur, univerſali traditione majorum nihilominus tota, privatis vero conſtitutionibus & propriis informationibus unaquæque vel pro locorum varietate, vel prout cuique benè viſum eſt, ſubſiſtit & regitur. Sola ergo nunc eſt fidelium exſpectatio, qua credimus adfuturum finem mundi, omnia corruptibilia tranſitura, reſurrecturos homines ad examen futuri judicii, recepturos pro meritis ſingulos, & in perpetuum atque in æternum debitis finibus permanſuros; ſolumque eſſe præmium beatitudinis, contemplationem conditoris; tantam duntaxat, quanta à creatura ad creatorem fieri poteſt. ut ex eis, reparato angelico numero, ſuperna illa civitas impleatur; ubi rex eſt virginis filius; eritque gaudium ſempiternum, delectatio, cibus, opus, [1] laus perpetua Creatoris.

1 *Laus perpetua Creatoris.*] Beatos laudare in cœlo Deum receptiſſima præſertim apud Chriſtianos ſententia eſt. ex admiratione nimirum divinitatis & bonitatis ejus: quæ laus cum ſumma angelorum beatorumque Dei contemplatione conjuncta eſt. Illorum enim, ait Athanaſius, opus unicum eſt Ὑμνῳδία ἀληκτος καὶ αἰνος ἀπαυστος τῆ μεγαλοπρεπείας τοῦ Θεοῦ, *Hymnus perpetuus & laus magnificentiæ Dei indefeſſa.* nec horum minus: *Nam maxima & unica ſanctis eſt requies, in cœlo laudem ſummæ Trinitatis, quæ Deus eſt, indefeſſa voce dicere*, inquit Junilius Africanus, ſi modo is eſt. Nec tantum in cœlo beatorum opus iſtud eſt, ſed & mortalium in terris hominum eſſe debet. quod non ex innumeris ſolum ſacri codicis patrumque teſtimoniis, verum & ex his ethnici, ſed ſapientiſſimi viri, Epicteti, apud Arrianum verbis convincere eſt: Εἰ γὰρ νῦν ἐχρῆν, ἄλλο ἢ εἰς ὑμνεῖν τὸν Θεὸν καὶ εὐχαριστεῖν αὐτῷ δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ, ἢ ὑμνεῖν τὸ θεῖον, καὶ διαφημεῖν, καὶ ἐπιχειρεῖν πᾶσι χάριν ἔχειν; *Nam ſi ſani eſſemus; quid nobis aliud agendum erat & publice & privatim, quàm numen celebrandum & laudandum & grates perſolvenda?* &, τί γὰρ ἄλλο ἐυκαμψίας γέρων χωλὸς, εἰ μὴ ὑμνεῖν τὸν Θεὸν; εἰ γὰρ ἀηδὼν ἦμην, ἐποίουν τὰ τῆς ἀηδόνος· εἰ κύκνος, τὰ τοῦ κύκνου· νῦν δὲ λογικός εἰμι, ὑμνῶν με δεῖ τὸν Θεόν. τοῦτό μέ τοι ἔργον ἐστί. ποιῶ αὐτὸ· οὐδὲν ἐγκαλείψω τῶν τοιούτων, ἐφ' ὅσον ἂν δύωμαι, καὶ ὑμᾶς ἐπὶ τὸν αὐτὸν τοῦτον ὕμνον παρακαλῶ, *quid enim poſſum aliud ſenex claudus, niſi celebrare laudibus Deum? quod ſi luſcinia eſſem, luſciniæ officio fungerer: ſi olor, oloris. Nunc rationis cum particeps ſim, Deus mihi celebrandus eſt: hoc meum munus eſt, hoc exſequor: neque ſtationem hanc deſeram, quoad licuerit, & vos ad eandem hanc cantilenam exhortor.* Vallin.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

ANICII MANLII SEVERINI

BOETII

V.C. ET INL. EXCONS. ORD. PATRICII,

INCIPIT LIBER,

DE PERSONA ET NATURA, CONTRA EUTYCHEN ET NESTORIUM,

AD JOANNEM DIACONUM ECCLESIÆ ROMANÆ.

DOMINO SANCTO AC VENERABILI PATRI JOANNI DIACONO BOETIUS FILIUS.

PROOEMIUM.

ANxiè te quidem diuque sustinui, ut de ea, quæ in conventu mota est, quæstione loqueremur. Sed quoniam & tu, quominus venires, occupatione distractus es, & ego in crastinum constitutis negotiis implicabor, mando literis quæ coram loquenda servaveram. Meministi enim, [1] quùm in concilio legeretur Epistola, recitatum,

1 *Quum in concilio legeretur epistola.*] Næ quod non est somniat Martianus Rota, qui in vita Boëtii, asserit Leonem Pontificem Romanum interfuisse Concilio Chalcedonensi: cum tantum per Legatos ei præfuerit. Deinde qui hic agi de ejusdem Epistola Chalcedone Romam missa existimat: cum è contrario Roma Constantinopolim ad Flavianum missa, postea ab universo Concilio Chalcedonensi approbataque laudata sit. Postremo qui hoc loco de eo Concilio loqui Boëtium credat, quod in urbe tumultuantibus Acephalis convocatum est: cui si quod fuit, [nullum autem fuit] Boëtium non interfuisse ex eo constat, quod eum tunc vix natum putamus, cum ea hæresis anno præcipuè CCCCLXXXII. non in Occidentali, sed Orientali Ecclesia, recruduit. Cum igitur aliter se res habeat, Tractatum de duabus Naturis & una Persona Christi anno ejusdem DXII. scripsisse, ejusque occasionem hanc fuisse, probabilis conjectura est. Anastasius Imp. Arianus in Orientales Episcopos Catholicos depositione, carcere, exilio sævibat. Illi ubi se religionemque Catholicam perdi perditumque iri vident, ab Symmacho Papa opem auxiliumque scripta Epistola longè doctissima, quæ apud Baronium est, petunt. Eam acceptam Symmachus habito Romæ conventu seu concilio Episcoporum, qui tum in urbe erant, virorumque aliorum religionis amantium, inter quos Symmachus & Boëtius fuere, legit. Dum examinatur & ad ea verba ventum: *Nos enim, ô sanctissime & beatissime Symmache, eumdem esse existimamus ex duabus naturis & in duabus naturis; & non [sicut illi dicunt] ex duabus naturis unam naturam post adunationem, in duabus autem subsistentibus naturis cum unitate non pati confiteri; ut se Arianorum doceant esse imitatores, dicentium per Filium glorificari Patrem, cum Filio autem non pati se eum glorificari. sed, sicut contra illos dixerunt fratres tui sanctissimi Patres, Per quem & Cum quo æqualiter pati dicere nos. quia Per quem, humanitatem; Cum quo, divinitatem significantes magni Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi. Sic nunc illis Ex duabus quidem naturis dicentibus, In duabus autem non confitentibus; Nos Ex duabus & In duabus pariter dicimus. Ex duabus enim dicentes, ex quibus subsistit unitas: In duabus autem, in quibus visus, visus est & palpatus & assumptus post passionem & resurrectionem confitemur, & in quibus veniet judicaturus vivos & mortuos.* plurimi ex iis, haud satis in rebus Theologicis eruditi, de ea re cum disseruissent, neque eam vel leviter attigissent, quid de ea quæstione sentiret Boëtius ad Joannem Romanæ Ecclesiæ tunc Diaconum, postea ejusdem Pontificem, contra Nestorium, qui duabus naturis personas totidem adjungebat; & Eutychetem, qui naturam ac personam unicam tuebatur, perscripsit. Ejusmodi vero conventus seu concilia in urbe fieri solita, [ubi aderant Episcopi eminentesque è Clero, sed & senatores plerique ac alii viri graves, qui ob pietatem singularem *religiosi* dicebantur, quorum in conspectu si quid in Religione difficultatis se per id tempus offerret, aut si quod pium scriptum ab eruditis edendum esset recitaretur] cum multa probare possunt, tum ea operum Aratoris subscriptio; cujus partem D. Sirmondus jam olim ad Ennodium publicaverat, quam integram ex veteri nostro codice describimus. *Beato Petro. adjuvante oblatus est hujusmodi codex ab Aratore inl. ex Com. Domesticor. ex Com. privatar. Subdiacono sanctæ Ecclesiæ Romanæ, Apostolico viro Papæ Vigilio, & susceptus ab eo* VII. *idus Aprilis in presbyterio ante Confessionem beati Petri cum ibidem plures Episcopi, presbyteri, Diaconi & Clerici pars maxima interessent. Quem cum ibidem legi pro aliqua parte fecisset Surgentius vir venerabilis Primicerius Scholæ notariorum, in Scriniis dedit Ecclesiæ collocandum. Cujus beatitudinem litterati omnes doctissimi continuo rogaverunt ut eum juberet publicè recitari. Quod cum fieri præcepisset in Ecclesia beati Petri, quæ vocatur ad Vincula, religiosorum turba convenit atque eodem Aratore recitante disjunctis diebus ambo libri* VII. *vicibus sunt auditi: cum unius meditatas libri tantummodo legeretur, propter repetitiones assiduas, quas cum favore multiplici postulabant. Eadem hæc repetitio facta est his diebus: Prima id. Aprilis. Secunda* XVI. *Kal. Maji. Quarta verò* III. *Kal. Junias tertio anno post Consulatum Basilisci* V. C. *Indictione* VII. seu potius *Basilii*: hoc est nimirum anno DXLIV. *Vallin.*

tum, Eutychianos, ex duabus naturis Christum consistere, confiteri; in duabus, negare: Catholicos verò utrique dicto fidem præbere; nam & ex duabus eum natu-

naturis consistere & in duabus apud veræ fidei sectatores æqualiter credi. Cujus dicti novitate percussus, harum conjunctionum, quæ ex duabus naturis vel in duabus consisterent, differentias inquirebam, multum scilicet referre ratus, nec puto inerti negligentia prætereundum, quod episcopus scriptor Epistolæ, tanquam valdè necessarium, præterire noluisset. Hic omnes, apertam esse differentiam, nec quicquam in eo esse caliginis, inconditum confusumque strepere: nec ullus in tanto tumultu, qui leviter attingeret quæstionem, nedum qui expediret, inventus est. [1] Absederam ego ab eo, quem maximè intueri cupiebam, longius, atque adeo, si situm sedentium recorderis, aversus pluribusque oppositis, ne si ægerrimè quidem cuperem, vultum nutumque ejus aspicere poteram, ex quo mihi aliqua ejus darentur signa judicii. Atque ego quidem nihil cæteris amplius adferebam, imo verò aliquid etiam minus. nam de re proposita, æquè nihil cum cæteris sentiebam: minus verò quam cæteri adferebam, falsæ scilicet scientiæ præsumptionem. Tuli ægerrimè, fateor, compressusque indoctorum grege conticui, metuens ne jure viderer insanus, si sanus inter furiosos haberi contenderem. Meditabar igitur dehinc omnes animo quæstiones, nec deglutiebam quod acceperam, sed frequentis consilii iteratione rumi-

1 *Absederam ego ab eo.*] Symmacho nimirum socero suo, quem utraque lingua eruditum, sæculares sacrasque omnes disciplinas scientiasque callentem, scriptorum suorum passim censorem constituit Boëtius. Gravitatis sapientiæque summæ testatur Ennodius Paræneſi didascalica ubi elogium ejus hoc reperias. *Patricii Festus & Symmachus, omnium disciplinarum materia & constantes forma sapientiæ, ab urbe sacratissima non recedunt. In ipsis est nobilis Curiæ Principatus: quos vid isse, erudiri est. Non apud eos sermo de ludicris, nec pantomimorum vix ignoscenda commemoratio. Illi animam populavem per pudoris detrimenta non capiunt: contenti rectis magis placere, quàm plurimis, fortiuntur de innocenti actione testimonium. Istorum quamvis in omnibus jussa sequenda sint, est tamen in illis & magistra taciturnitas, & eruditi forma silentii.* Pietatem ejus defensus ab eo contra Laurentium schismaticum Symmachus Papa sensit; qua de re ad eum Avitus Viennensis scribit. Quare non mirum si *sanctus* ab ipso ejus genero, *vir* etiam *totus ex sapientia virtutibusque factus*, denique *pretiosissimum generis humani decus* vocatur. *Vallin.*

minabam. Tandem igitur patuere pulsanti animo fores, & veritas inventa quærenti, omnes nebulas Eutychiani recluſit erroris. Unde mihi maximè subiit admirari, quænam hæc indoctorum hominum esset audacia, qui inscientiæ vitium præsumptionis atque impudentiæ nube conantur obducere, quùm non modo sæpè id, quod proponitur, ignorent, verum in hujusmodi contentionibus ne id quidem, quod ipsi loquuntur, intelligant. quasi deterior fiat inscientiæ causa dum tegitur. Sed ab illis ad te transeo, cui hoc, quantulumcunque est, examinandum prius perpendendumque transmitto. Quod si rectè se habere pronuntiaveris, peto, ut mei nominis hoc quoque inseras chartis: sin vero vel minuendum aliquid, vel addendum, vel aliqua mutatione variandum est, id quoque postulo remitti meis exemplaribus, ita ut à te revertatur transcribendum. quæ ubi ad calcem ducta constiterint, tum demum ejus cujus soleo judicio censenda transmittam. Sed quoniam semel res à collocutione transfertur ad stylum, prius extremi sibique contrarii Nestorii atque Eutychis submoveantur errores. pòst verò, adjuvante Deo, Christianæ medietatem fidei temperabo. Quoniam vero in tota quæstione contrariarum sibimet hæreseon de personis atque naturis dubitatur, hæc primitus definienda sunt & propriis differentiis segreganda.

CAPUT I.

Natura quid sit.

NAtura igitur aut de solis corporibus dici potest, aut de solis substantiis, id est, corporeis atque incorporeis, aut de omnibus rebus, quæ quocunque modo esse dicuntur. Quùm igitur tribus modis natura dici possit, tribus modis sine dubio definienda est.

Nam

Nam si de omnibus rebus naturam dici placet, talis definitio dabitur, quæ res omnes, quæ sunt, possit includere. erit ergo hujusmodi, Natura est earum rerum, quæ, quùm sint quoquomodo intellectu capi possunt. In hac igitur definitione, & accidentia & substantiæ definiuntur; hæc enim omnia intellectu capi possunt. Additum vero est, quoquomodo; quoniam [1] Deus & materia integro perfectoque intellectu intelligi non possunt, sed, aliquo tamen modo, cæterarum rerum privatione, capiuntur. Idcirco verò adjunximus, quæ quum sint; quoniam etiam ipsum nihil significat aliquid, sed non naturam. neque enim quod sit aliquid, sed potius non esse significat: omnis verò natura est. & si de omnibus quidem rebus naturam dici placet, hæc sit naturæ definitio, quam superius posuimus. Sin vero de solis substantiis natura dicitur, quoniam substantiæ omnes aut corporeæ sunt aut incorporeæ, dabimus definitionem naturæ substantias significantis hujusmodi. Natura est vel quod facere, vel quod pati possit. pati quidem ac facere, ut omnia corporea atque corporeorum anima; hæc enim in corpore & à corpore,

1 *Deus & materia.*] Ita omnes libri vett. MSS. *non Deus & Natura.* Deum enim perfecto intellectu cognosci minimè posse nostra fatetur cognoscendi eum imbecillitas: verumque est illud Johannis, Θεὸν οὐδεὶς πώποτε τεθέαται, *Deum nemo vidit unquam.* D. quoque Paulus decernit nos quidem Deum nunc videre seu cognoscere, sed δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, *per speculum in ænigmate:* Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥτε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης, *Invisibilia enim ipsius*, inquit idem, *per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur; sempiterna quoque ejus virtus & divinitas.* Deum etiam Platoni εὑρεῖν ἔργον, *invenire difficile.* Quid vero sit Materia nemo quoque mortalium perfecte novit; fateturque omnis philosophia eam nullo posse aut sensu aut intellectu percipi. Ea Platoni & Aristoteli non σῶμα sed σωματική: Zenoni ἀΐδιος vocatur, quod ἔτε πλείων γίγνοιτο, ἔτε ἐλάττων, *neque crescat neque decrescat.* Cujus à Platone in Timæo [quoniam non scitur nisi quatenus est formarum subjectum ac locus; ideoque non per se sed per aliud cognoscitur] dicitur non haberi scientia nisi λογισμῷ τινι νόθῳ, *ratione quadam adulterina.* Et Aristoteli similiter scibilis est sed κατ' ἀναλογίαν, *secundùm proportionem seu comparationem.* D. quoque Augustinus lib. XIII. Confess affirmat *humanam cogitationem*, postquam in materiæ investiganda cognitione diu multumque versata fuerit, hoc tantum proficere, *ut conetur eam vel nosse ignorando, vel ignorare noscendo.* Vallin.

pore, & facit & patitur. facere verò tantùm, ut Deus, cæteraque divina. Habes igitur definitionem ejus quoque significationis naturæ, quæ tantum substantiis applicatur. Qua in re substantiæ quoque est reddita definitio. nam si nomen naturæ substantiam monstrat, quùm naturam descripsimus, substantiæ quoque est assignata descriptio. Quod si naturæ nomen, relictis incorporeis substantiis, ad corporales usque contrahitur, ut corporeæ tantùm substantiæ naturam habere videantur, sicut Aristoteles cæterique ejusmodi & multimodæ Philosophiæ sectatores putant, definiemus eam, ut hi etiam, qui naturam non nisi in corporibus esse posuerunt. Est autem ejus definitio hoc modo, Natura est motus principium, secundum se, non per accidens. Quòd motus principium dixi, hoc est, quoniam corpus omne habet proprium motum. ut ignis sursum, terra deorsum. Item, quòd per se principium motus naturam esse proposui & non per accidens, tale est, quoniam lectum quoque ligneum deorsum ferri necesse est, sed non deorsum per accidens fertur. idcirco enim quia lignum est, quod est terra, pondere & gravitate deducitur. non enim quia lectus est, deorsum cadit, sed quia terra est, id est, quia terræ contigit ut lectus esset. unde fit, ut lignum naturaliter esse dicamus, lectum verò artificialiter. Est etiam alia significatio naturæ, per quam diversam dicimus esse naturam auri atque argenti, in hoc proprietatem rerum monstrare cupientes: quæ significatio naturæ definietur hoc modo, Natura est unam quamque rem informans specifica differentia. Quùm igitur tot modis vel dicatur vel definiatur natura, tam Catholici quam Nestorius, secundum ultimam definitionem, duas in Christo naturas esse constituunt, neque enim easdem in Deum atque hominem differentias convenire.

CAPUT

CAPUT II.

Persona quid sit.

SEd de Persona maximè dubitari potest, quænam sei definitio aptari possit. Si enim omnis habet natura personam, indissolubilis nodus est, quænam inter naturam personamque possit esse discretio; aut si non æquatur persona naturæ, sed infra terminum spatiumque naturæ persona subsistit, difficile dictu est, ad quas usque naturas persona perveniat; id est, quas naturas conveniat habere personam, quas à personæ vocabulo segregari. nam illud quidem manifestum est, personam subjectam esse naturæ, nec præter naturam personam posse prædicari. Investiganda igitur sunt hæc inquirentibus hoc modo. Quoniam præter naturam non potest esse persona. quoniam quæ naturæ dicuntur aliæ substantiæ sunt, aliæ accidentes, & videmus personam in accidentibus non posse constitui, quis enim dicat ullam albedinis, vel nigredinis, vel magnitudinis esse personam? relinquitur ergo ut personam in substantiis dici conveniat. Sed substantiarum aliæ sunt corporeæ, aliæ incorporeæ. corporearum verò aliæ sunt viventes, aliæ minimè. Viventium aliæ sunt sensibiles, aliæ minimè. sensibilium aliæ rationales, aliæ irrationales. rationalium verò alia immutabilis atque impassibilis per naturam, ut Deus: alia per creationem mutabilis atque passibilis, nisi impassibilis gratia substantiæ ad impassibilitatis firmitudinem permutetur, ut angelorum atque animæ rationalis. Ex quibus omnibus, neque in non viventibus corporibus personam dici posse manifestum est; nullus enim lapidis ullam dicit esse personam. neque rursus eorum viventium quæ sensu carent; neque enim ulla persona est arboris. neque verò ejus quæ intellectu ac ratione de-

seritur; nulla est enim persona equi vel bovis, cæterorumque animalium, quæ muta ac sine ratione vitam solis sensibus degunt. At hominis dicimus esse personam, dicimus Dei, dicimus Angeli. Rursus substantiarum aliæ sunt universales, aliæ particulares. Universales sunt, quæ de singulis prædicantur; ut homo, animal, lapis, lignum cæteraque hujusmodi, quæ vel genera vel species sunt. nam & homo de singulis hominibus, & animal de singulis animalibus, lapisque ac lignum de singulis lapidibus ac lignis dicuntur. Particularia verò sunt quæ de aliis minimè prædicantur: ut Cicero, Plato, lapis hic, unde hæc Achillis statua facta est; lignum hoc, unde hæc mensa composita est. Sed, in his omnibus, nusquam in universalibus persona dici potest, sed in singularibus tantum atque in individuis. animalis enim vel generalis hominis nulla persona est, sed vel Ciceronis vel Platonis vel singulorum individuorum personæ singulæ nuncupantur.

CAPUT III.

Differentia Naturæ & Personæ.

QUocirca si persona in solis substantiis est, atque in his rationalibus, substantiaque omnis natura est, nec in universalibus sed in individuis constat, reperta personæ est igitur definitio, Persona est naturæ rationalis individua substantia. Sed nos hac definitione eam, quam Græci ὑπόστασιν dicunt, terminavimus. Nomen enim personæ videtur aliunde traductum; ex his scilicet personis, quæ in comœdiis tragœdiisque eos, quorum interest, homines repræsentabant. Persona verò dicta est à personando, circumflexa penultima. quod si acuatur antepenultima, apertè à sono dicta videbitur. idcirco autem à sono, quia in concavitate ipsa major necesse est volvatur sonus. Græci

quoque has personas πρόσωπα vocant, ab eo quod ponantur in facie atque ante oculos obtegant vultum, ἀπὸ τῶ πρὸς τὸς ὤπας τίθεσθαι. Sed quoniam, personis inductis, histriones, individuos homines, quorum interat, in tragœdia vel comœdia, ut dictum est, repræsentabant; id est, Hecubam, vel Medeam, vel Simonem, vel Chremetem. idcirco cæteros quoque homines, quorum certa, pro sui forma, esset agnitio, & Latini personam, & Græci πρόσωπα nuncupaverunt. Longè vero illi signatius naturæ rationalis individuam subsistentiam, ὑποστάσεως nomine, vocaverunt. nos verò, per inopiam significantium vocum, translatitiam retinuimus nuncupationem, eamque quam illi ὑπόστασιν dicunt, personam vocantes. sed peritior Græcia sermonum, ὑπόστασιν vocat, individuam subsistentiam. atque ut Græca utar oratione, in rebus quæ à Græcis agitatæ Latina interpretatione translatæ sunt, Αἱ οὐσίαι ἐν μὲν τοῖς καθ' ὅλα εἶναι δυνῶνται, ἐν δὲ τοῖς κατὰ μέρος μόνοις ὑφίστανται. id est, Essentiæ in universalibus quidem esse possunt, in solis verò individuis & particularibus subsistant. Intellectus enim universalium rerum ex particularibus sumptus est. Quocirca quùm ipsæ subsistentiæ in universalibus quidem sint, in particularibus verò capiant substantiam, jure subsistentias particulariter substantes ὑποστάσεις appellaverunt. Neque enim, pensius subtiliusque intuenti, idem videbitur esse subsistentia, quod substantia. nam quod Græci οὐσίωσιν, vel οὐσιῶσθαι dicunt, id nos subsistentiam vel subsistere appellamus. quod verò illi ὑπόστασιν vel ὑφίστασθαι, id nos substantiam vel substare interpretamur. subsistit enim, quod ipsum accidentibus, ut possit esse, non indiget: substat autem id quod aliis accidentibus subjectum quoddam, ut

ut esse valeant, subministrat; sub illis enim stat, dum subjectum est accidentibus. Itaque genera vel species subsistunt tantùm: neque enim accidentia generibus speciebusve contingunt. Individua verò, non modo subsistunt, verum etiam substant. nam neque ipsa indigent accidentibus, ut sint. informata enim sunt jam propriis & specificis differentiis, & accidentibus, ut esse possint, ministrant, dum sunt scilicet subjecta. Quocirca εἶναι atque οὐσιῶσθαι, esse atque subsistere; ὑφίστασθαι verò, substare intelligitur. neque enim verborum inops Græcia est, ut Marcus Tullius alludit; sed essentiam, subsistentiam, substantiam, personam totidem nominibus reddit. essentiam quidem, οὐσίαν: subsistentiam, verò, οὐσίωσιν: substantiam, ὑπόστασιν: personam, πρόσωπον appellans. Ideo autem ὑποστάσεις Græci individuas substantias vocaverunt, quoniam cæteris subsunt, & quibusdam quasi accidentibus subpositæ subjectæque sunt: atque idcirco nos quoque eas substantias nuncupamus, quasi subpositas, quas illi ὑποστάσεις. quumque etiam πρόσωπα nuncupent easdem substantias, possumus nos quoque nuncupare personas. Idem est igitur οὐσίαν esse, quod essentiam. idem οὐσίωσιν, quod subsistentiam. idem ὑπόστασιν, quod substantiam. idem est πρόσωπον, quod personam. Quare autem de irrationalibus animalibus Græcus ὑπόστασιν non dicat, sicut nos de eisdem nomen substantiæ prædicamus, hæc ratio est; quoniam nomen hoc melioribus applicatum est, ut aliqua, id quod est excellentius, tametsi non descriptione naturæ & secundum id quod subsistere, ὑφίστασθαι atque substare est; at certè ὑποστάσεως vel substantiæ vocabulis discerneretur. Est igitur & hominis quidem essentia, id est, οὐσία, & subsistentia, id est, οὐσίωσις, & ὑπόστασις,

id est, substantia. & πρόσωπον, id est, persona. οὐσία quidem atque essentia, quoniam est. οὐσίωσις verò atque subsistentia, quoniam in nullo subjecto est. ὑπόστασις verò atque substantia, quoniam subest cæteris, quæ subsistentiæ non sunt, id est, οὐσιώδης. est πρόσωπον atque persona, quoniam est rationabile individuum. Deus quoque & οὐσία est & essentia; est enim, & maximè ipse est, à quo omnium esse proficiscitur. est οὐσίωσις, id est, subsistentia, subsistit enim nullo indigens. & ὑφίσταται, substat enim. Unde etiam dicimus unam esse οὐσίαν vel οὐσίωσιν, id est, essentiam vel subsistentiam deitatis; sed tres ὑποστάσεις id est, tres substantias. Et quidem, secundum hunc modum, dixere unam trinitatis essentiam, tres substantias, tresque personas. Nisi enim tres in Deo substantias Ecclesiasticus loquendi usus excluderet, videretur idcirco de Deo dici substantia: non quod ipse cæteris rebus quasi subjectum subponeretur, sed quod idem omnibus uti præesset, ita etiam quasi principium subesset rebus, dum eis omnibus οὐσιοῦται, vel subsistere subministrat.

CAPUT IV.

Contra Nestorium, unam esse Personam.

SEd hæc omnia idcirco sint dicta, ut differentiam naturæ atque personæ, id est, οὐσίας atque ὑποστάσεως monstraremus. quo verò nomine unumquodque oporteat appellari, Ecclesiasticæ sit locutionis arbitrium. Hoc interim constet, quòd inter naturam personamque differre prædiximus; quoniam, Natura est, cujuslibet substantiæ specificata proprietas; Persona verò, rationabilis naturæ individua subsistentia. Hanc in Christo Nestorius duplicem esse constituit, eo scilicet traductus errore, quod putaverit in omnibus naturis

turis posse dici personam. Hoc enim præsumpto, quoniam in Christo duplicem naturam esse censebat, duplicem quoque personam esse confessus est. Qua in re eum falsum esse, quùm definitio superius dicta convincat, tum hæc argumentatio evidenter ejus declarabit errorem. Si enim non est Christi una persona, duasque naturas esse manifestum est, hominis scilicet atque Dei; (nec tam erit insipiens quisquam, ut utramlibet earum ratione sejungat) consequitur ut duæ videantur esse personæ. est enim persona, ut dictum est, naturæ rationabilis individua subsistentia. Quæ est igitur facta hominis Deique conjunctio? Num ita quasi quùm duo corpora sibimet apponuntur, ut tantum locis juncta sint & nihil in alterum ex alterius qualitate perveniat? quem conjunctionis modum Græci κατὰ παράθεσιν vocant. Sed si ita humanitas divinitati conjuncta est, nihil horum ex utrisque confectum est, ac per hoc nihil est Christus. Nomen quippe ipsum unum quiddam significat singularitate vocabuli. At si, duabus personis manentibus, ea conjunctio, qualem superius diximus, facta est naturarum, unum ex duobus effici nihil potuit. omnino enim ex duabus personis nihil unquam fieri potest. Nihil igitur unum secundum Nestorium Christus est, ac per hoc omnino nihil. quod enim non est unum, nec esse omnino potest: esse enim atque unum convertitur. & quodcunque est, unum est; etiam ea, quæ ex pluribus conjunguntur, ut acervus, chorus, unum tamen sunt. Sed esse Christum manifestè & veraciter confitemur. Unum igitur esse dicimus Christum. Quod si ita est, unam quoque Christi sine dubitatione personam esse necesse est. nam si duæ personæ essent, unus esse non posset. duos vero esse dicere Christos, nihil est aliud, nisi præcipitatę mentis insania: cur enim omnino duos audeat Christos vocare, hominem unum, alium Deum? vel cur eum, qui Deus est,

Christum vocat, si eum quoque, qui homo est, Christum est appellaturus, quùm nihil simile, nihil habeant ex copulatione conjunctum? Cur simili nomine diversissimis abutatur naturis, quùm si Christum definire cogitur, utriusque (ut ipse dicit) Christis, non possit unam definitionis adhibere substantiam? Si enim Dei atque hominis diversa substantia est, unumque in utriusque Christi nomen, nec diversarum conjunctio substantiarum, unam creditur fecisse personam, æquivocum nomen est Christi & nulla potest definitione concludi. Quibus autem unquam Scripturis nomen Christi geminatur? Quid vero novi, per adventum Salvatoris, effectum est? nam Catholicis & fidei veritas & raritas miraculi constat. Quam enim magnum est, quamque novum, quod semel nec ullo alio sæculo possit evenire, ut ejus, qui solus est natura Deus, cum humana, quæ ab eo erat diversissima, conveniret; atque ita, ex distantibus naturis, una fieret, copulatione, persona. Secundum Nestorii verò sententiam, quid contigit novi? Servant, inquit, proprias humanitas divinitasque personas. quando enim non fuit divinitatis propria humanitatisque persona? quando verò non erit? vel quid amplius in Jesu generatione contigit, quàm in cujuslibet alterius; si, discretis utriusque personis, discretæ etiam fuere naturæ? Ita enim, personis manentibus, illic nulla naturarum potuit esse conjunctio; ut in quolibet homine, cujus quùm propria persona subsistat, nulla est ei, excellentissimæ substantiæ, conjuncta divinitas. Sed fortasse Jesum, id est personam hominis idcirco Christum vocet, quoniam per eam mira quædam sit operata divinitas. Esto verò, Deum ipsum Christi appellatione cur vocet, cur verò non elementa quoque ipsa simili audeat appellare vocabulo, per quæ Deus mira quædam quotidianis motibus operatur? An quia irrationabiles substantiæ non possunt

sunt habere personam, quæ Christi vocabulum excipere possit? Nonne, in Sanctis hominibus ac pietate conspicuis, apertus divinitatis actus cognoscitur? Nihil enim intererit, cur non Sanctos quoque viros eadem appellatione dignetur, si, in assumptione humanitatis, non est una in conjunctione persona. Sed dicat forsitan; illos quoque Christos vocari fateor, sed ad imaginem veri Christi. Quod si nulla ex homine atque Deo una persona conjuncta est, omnes ita veros Christos arbitrabimur, ut hunc, qui ex virgine genitus creditur. nulla quippe in hoc adunata persona est, ex Dei atque hominis copulatione; sicut nec in eis, qui Dei Spiritu de venturo Christo prædicebant, propter quod etiam ipsi quoque appellati sunt Christi. Jam verò sequitur, ut personis manentibus nullo modo à divinitate humanitas credatur assumpta. omnino enim disjuncta sunt, quæ æquè personis naturisque separantur; prorsus, inquam, disjuncta sunt: nec magis inter se homines bovesque disjuncti, quàm divinitas in Christo humanitasque discreta est, si permansere personæ. Homines quippe ac boves una animalis communitate junguntur: est enim illis secundum genus communis substantia, eademque in universalitatis collectione natura. Deo verò atque homini quid non erit diversa ratione disjunctum, si, sub diversitate naturæ, personarum quoque credatur mansisse discretio? Non est igitur salvatum humanum genus, nulla in nos salus Christi generatione processit. tot Prophetarum Scripturæ populum illusere credentem. omnis veteris testamenti spernatur auctoritas, per quam salus mundo Christi generatione, promittitur. Non autem proveniisse manifestum est, si eadem in persona est, quæ in natura diversitas. eundem quippe salvum fecit, quem creditur assumpsisse. nulla verò intelligi potest assumptio, si manet æquè naturæ personæque discretio. Igitur

qui assumi manente persona non potuit, jure non videbitur per Christi generationem potuisse salvari. Non est igitur, per generationem Christi, hominum salvata natura; quod credi nefas est. Sed quamquam permulta sunt, quæ hunc sensum impugnare valeant atque perfringere, de argumentorum tamen copia hæc interim libasse sufficiat.

CAPUT V.

Contra Eutychen, Corpus Christi ex Maria verè assumptum.

TRanseundum quippe est ad Eutychen, qui quùm à veterum orbitis esset evagatus, in contrarium cucurrit errorem; asserens, tantum abesse ut in Christo gemina persona credatur, ut ne naturam quidem in eo duplicem oporteat confiteri. ita quippe esse assumptum hominem, ut ea sit adunatio facta cum Deo, ut natura humana non manserit. Hujus error ex eodem, quo Nestorii, fonte prolabitur. nam sicut Nestorius arbitratur non posse esse naturam duplicem, quin persona fieret duplex, atque ideo, quùm in Christo naturam duplicem confiteretur, duplicem credidit esse personam. ita quoque Eutyches non putavit naturam duplicem esse sine duplicatione personæ. & quùm non confiteretur duplicem esse personam, arbitratus est, consequens esse, ut una videretur esse natura. Itaque Nestorius rectè tenens duplicem in Christo esse naturam, sacrilegè confitetur duas esse personas: Eutyches verò rectè credens unam esse personam, impiè credit unam quoque esse naturam. Qui convictus evidentia rerum, quandoquidem manifestum est aliam naturam esse hominis, aliam Dei, ait, duas se confiteri in Christo naturas ante adunationem, unam vero post adunationem. Quæ sententia non apertè quod vult eloquitur. ut tamen ejus dementiam per-

perscrutemur; Adunatio hæc aut tempore generationis facta est, aut tempore resurrectionis. Sed si, tempore generationis, facta est, videtur putare & antè generationem fuisse humanam carnem, non à Maria sumptam, sed aliquo modo alio præparatam; Mariam verò virginem appositam, ex qua caro nasceretur quæ ab ea sumpta non esset. illam verò carnem, quæ ante fuerit, esse divisam atque à divinitatis substantia separatam. quùm ex virgine natus est, adunatam esse Deo, ut una videretur facta esse natura. Vel si hæc ejus sententia non est, illa esse poterit dicentis; duas ante adunationem, unam post adunationem, si adunatio generatione perfecta est, ut corpus quidem à Maria sumpserit, sed, antequam sumeret, diversam deitatis humanitatisque fuisse naturam: sumptam verò unam factam, atque in divinitatis cessisse substantiam. Quod si hanc adunationem non putat generatione, sed resurrectione factam; rursus id duobus fieri arbitrabitur modis, aut enim genito Christo & non assumente de Maria corpus, aut assumpta ab eadem carne, usque dum resurgeret, duas quidem fuisse naturas, post resurrectionem unam factam. de quibus illud disjunctum nascitur, quod interrogabimus hoc modo; Natus ex Maria Christus aut ab ea carnem humanam traxit, aut minimè. si non confitetur ex ea traxisse, dicat quo homine indutus advenerit; utrumne eo, qui deciderat prævaricatione peccati, an alio? Si eo, de cujus semine ductus est homo; quem vestita divinitas est? Nam si, ex semine Abrahæ atque David & postremo Mariæ, non fuit caro illa, qua natus est; ostendat, ex cujus hominis sit carne derivatus. quoniam, post primum hominem, caro omnis humana ex humana carne deducitur. Sed si quem dixerit hominem, à quo generatio sumpta sit Salvatoris, præter Mariam virginem, & ipse errore confunditur, & adscribere mendacii notam

ſummæ divinitati,illuſus ipſe,videbitur; quando quod Abrahæ atque David promittitur in ſanctis divinationibus, ut ex eorum ſemine toti mundo ſalus oriatur,aliis diſtribuit. quùm præſertim ſi humana caro ſumpta eſt, non ab alio ſumi potuerit, niſi unde etiam procreabatur. Si igitur à Maria non eſt ſumptum corpus humanum, ſed à quolibet alio, per Mariam tamen eſt procreatum, quod fuerat prævaricatione corruptum, ſuperius dicto repellitur argumento. Quod ſi non eo homine Chriſtus indutus eſt, qui pro peccati pœna ſuſtinuerat mortem; illud eveniet,ex nullius hominis ſemine talem potuiſſe naſci, qui fuerit ſine originalis pœna peccati. Ex nullo igitur talis ſumpta eſt caro unde fit ut noviter videatur eſſe formata. ſed hæc aut ita hominum viſa eſt oculis, ut humanum putaretur corpus, quod revera non eſſet humanum, quippe quod nulli originali ſubjaceret pœnæ. aut nova quædam vera, nec pœnæ peccati ſubjacens originalis ad tempus hominis natura formata eſt. Si verum hominis corpus non fuit, apertè arguitur mentita divinitas, quæ oſtenderet hominibus corpus, quod quùm verum non eſſet, tum fallerentur hi, qui verum eſſe arbitrarentur. At ſi nova veraque non ex homine ſumpta caro formata eſt, quo tanta tragœdia generationis? ubi ambitus paſſionis? Ego quippe,ne in homine quidem,non ſtulte fieri puto, quod inutiliter factum eſt. Ad quam verò utilitatem facta probabitur tanta humilitas divinitatis, ſi homo, qui periit, generatione ac paſſione Chriſti ſalvatus non eſt, quoniam negatur aſſumptus? Rurſus igitur,ſicut ab eodem Neſtorii fonte Eutychis error principium ſumpſit, ita ad eundem finem relabitur. ut ſecundum Eutychen quoque non ſit ſalvatum genus humanum: quoniam non is qui æger eſſet, & ſalvatione curaque egeret, aſſumptus eſt. Traxiſſe autem hanc ſententiam videtur, ſi tamen hujus erroris fuit, ut crederet

deret non fuiſſe corpus Chriſti verè ex homine,ſed extra atque à Deo in cœlo formatum; quoniam cum eo in cœlum creditur aſcendiſſe. quod exemplum continet tale; non aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit.

CAPUT VI.

Quod nec divinitas in humanitatem, nec humanitas in divinitatem tranſlata eſt, nec utraque permixta.

SEd ſatis de ea parte dictum videtur, ſi corpus quod Chriſtus excepit, ex Maria non credatur aſſumptum. Si verò aſſumptum eſt ex Maria,neque permanſit perfecta humana divinaque natura; id tribus effici potuit modis:aut enim divinitas in humanitatem tranſlata eſt, aut humanitas in divinitatem, aut utraque in ſe ita temperatæ ſunt atque commixtæ, ut neutra ſubſtantia propriam formam teneret. Sed ſi divinitas in humanitatem tranſlata eſt, factum eſt, quod credi nefas eſt, ut in humanitatem, non immutabili ſubſtantia permanente, divinitas verteretur; & quod paſſibile atque mutabile naturaliter exiſteret, id immutabile permaneret; quod verò immutabile atque impaſſibile naturaliter creditur, id in rem mutabilem verteretur. Hoc igitur fieri nulla ratione contingit. Sed humana forſitan natura in deitatem videatur eſſe converſa.Hoc verò quî fieri poteſt,ſi divinitas in generatione Chriſti & humanam animam ſuſcepit & corpus? Non enim omnis res in rem omnem verti ac tranſmutari poteſt. nam quùm ſubſtantiarum aliæ ſint corporeæ, aliæ incorporeæ: neque corporea in incorpoream, neque incorporea in eam, quæ corpus eſt, mutari poteſt. nec verò incorporea in ſe invicem formas proprias mutant: ſola enim mutari transformarique in ſe poſſunt,

quæ

quæ habent unius materiæ commune ſubjectum. neque hæc omnia, ſed ea quæ in ſe & facere & pati poſſunt: id verò probatur hoc modo; Neque enim poteſt æs in lapidem permutari, nec verò idem æs in herbam, nec quodlibet aliud corpus, in quodlibet aliud transfigurari poteſt; niſi & eadem ſit materia rerum in ſe tranſeuntium, & à ſe & facere & pati poſſint: ut quùm vinum atque aqua miſcentur, utraque ſunt talia, quæ actum ſibi paſſionemque communicent. poteſt enim aquæ qualitas à vini qualitate aliquid pati; poteſt item vini ab aquæ qualitate aliquid pati. Atque idcirco ſi multum quidem fuerit aquæ, vini verò paululum, non dicuntur immiſta, ſed alterum alterius qualitate corrumpitur. ſi quis enim vinum fundat in mare, non miſtum eſt mari vinum, ſed in mare corruptum; idcirco, quoniam qualitas aquæ, multitudine ſui corporis, nihil paſſa eſt à qualitate vini, ſed potius in ſeipſam vini qualitatem propria multitudine commutavit. Si verò ſint mediocres ſibique æquales, vel paulo inæquales naturæ, quæ à ſe facere & pati poſſint, illæ miſcentur, & mediocribus inter ſe qualitatibus temperantur. Atque hæc quidem in corporibus, neque his omnibus, ſed tantùm quæ à ſe (ut dictum eſt) & facere & pati poſſunt, communi atque eadem materia ſubjecta. Omne enim corpus, quod in generatione & corruptione ſubſiſtit, communem videtur habere materiam. ſed non omne ab omni, vel in omni, vel facere aliquid vel pati poteſt. Corporea verò in incorporea nulla ratione poterunt permutari, quoniam nulla communi materia ſubjecta participant, quæ ſuſceptis qualitatibus in alterutram permutetur. omnis enim natura incorporeæ ſubſtantiæ, nullo materiæ nititur fundamento. nullum verò corpus eſt, cui non ſit materia ſubjecta. Quod quùm ita ſit, quùmque ne ea quidem, quæ communem materiam naturaliter habent, in ſe tranſeant, niſi

niſi illis adſit poteſtas in ſe & à ſe faciendi & patiendi; multo magis in ſe non permutabuntur, quibus non modo communis materia non eſt, ſed quùm alia res materiæ fundamento nititur, ut corpus; alia omnino materiæ ſubjecto non egeat, ut incorporeum. Non igitur fieri poteſt, ut corpus in incorporalem ſpeciem permutetur. nec verò fieri poteſt, ut incorporalia in ſeſe commiſtione aliqua permutentur. Quorum enim communis nulla materia eſt, nec in ſe verti ac permutari queunt. nulla autem eſt incorporalibus materia rebus. non poterunt in ſe igitur invicem permutari. Sed anima & Deus incorporeæ ſubſtantiæ rectè creduntur: Non eſt igitur humana anima in divinitatem, à qua aſſumpta eſt, permutata. Quod ſi neque corpus, neque anima in divinitatem potuit verti, nullo modo fieri potuit, ut humanitas converteretur in Deum. multo minus verò credi poteſt, ut utraque in ſeſe confunderentur; quoniam neque incorporalitas tranſire ad corpus poteſt, neque rurſus è converſo corpus ad incorporalitatem. quando quidem nulla his materia ſubjecta communis eſt, quæ alterutris ſubſtantiarum qualitatibus permutetur. At hi ita ajunt, Ex duabus quidem naturis Chriſtum conſiſtere, in duabus verò minimè. Hoc ſcilicet intendentes, quoniam quod ex duabus conſiſtit ita unum fieri poteſt, ut illa, ex quibus dicitur conſtare, non maneant; veluti quùm mel aquæ confunditur, neutrum manet, ſed alterum, alterius copulatione corruptum, quiddam tertium fecit: ita illud quidem quod ex melle atque aqua tertium fit, conſtare ex utriſque dicitur, in utriſque verò negatur. non enim poterit in utriſque conſtare, quando utrorumque natura non permanet. Ex utriſque enim conſtare poteſt, licet ea, ex quibus conjungitur, alterutra qualitate corrupta ſint. Ex utriſque verò hujuſmodi conſtare non poterit, quoniam ea, quæ in ſe transfuſa

ſunt,

sunt, non manent, ac non sunt utraque quibus constare videatur, quùm ex utrisque constent in se invicem qualitatum mutatione transfusis. Catholici verò utrumque rationabiliter confitentur. nam & ex utrisque naturis Christum & in utrisque consistere. sed id qua ratione dicatur, paulo posterius explicabo. Nunc illud manifestum est, convictam esse Eutychis sententiam eo nomine quod, quum tribus modis fieri possit, ut ex duabus naturis una subsistat; ut aut divinitas in humanitatem translata sit, aut humanitas in divinitatem, aut utraque permista sint. Nullum horum modum fieri potuisse superius dicta argumentatione declaratur.

CAPUT VII.

Christum in utrisque & ex utrisque naturis consistere.

RESTAT ut, quemadmodum Catholica fides dicat, & in utrisque naturis Christum & ex utrisque consistere, doceamus. Ex utrisque naturis aliquid consistere, duo significat: Unum quidem, quùm ita dicimus aliquid ex duabus naturis jungi, sicut ex melle atque aqua. id autem est ut ex quolibet modo confusis, vel si una vertatur in alteram, vel si utræque in se misceantur invicem, nullo tamen modo utraque permaneant. secundum hunc modum Eutyches ait, ex utrisque naturis Christum consistere. Alter vero modus est ex utrisque consistendi, quod ita ex duabus junctum est, ut illa tamen, ex quibus junctum esse dicitur, maneant, nec in alterutra vertantur; ut quùm dicimus, coronam ex auro gemmisque compositam. Hîc neque aurum in gemmas translatum est, neque in aurum gemma conversa, sed utraque permanent, nec formam propriam derelinquunt. talia ergo, ex aliquibus constantia, in his constare dicimus, ex quibus consistere prædicantur. tunc enim possumus dicere coronam gemmis auroque consistere; sunt enim gemmæ atque aurum, quibus corona consistat. nam in priore modo, non est mel atque aqua in quibus illud, quod ex utrisque jungitur, constet. Quùm igitur utrasque manere naturas in Christo fides Catholica confiteatur, perfectasque easdem persistere, nec alteram in alteram transmutari; jure dicit & in utrisque naturis Christum, & ex utrisque consistere. in utrisque quidem, quia manent utræque: ex utrisque verò, quia utrarumque adunatione manentium una persona fit Christi. Non autem secundum eam significationem ex utrisque naturis Christum junctum esse fides Catholica tenet, secundum quam Eutyches pronuntiat. Nam ille talem significationem conjunctionis ex utraque natura sumit, ut non confiteatur in utrisque consistere, neque utrasque manere: Catholicus verò eam significationem ex utrisque consistendi sumit, quæ illi sit proxima, eamque conservet, quæ in utrisque consistere confitetur. Æquivocum igitur est, ex utrisque consistere, ac potius amphibolum & gemina significatione diversa designans. una quidem significatione, non manere substantias, ex quibus illud quod copulatum est dicatur esse conjunctum. alio modo significans ita ex utrisque conjunctum, ut utraque permaneant. Hoc igitur expedito æquivocationis atque ambiguitatis nodo, nihil est ultra quod possit opponi, quin id sit, quod firma veraque fides Catholica continet; Eundem Christum hominem esse perfectum, eundem Deum: eundemque, qui homo sit perfectus atque Deus, unum esse Deum ac Dei filium; nec quaternitatem trinitatis astrui, dum homo additur supra perfectum Deum, sed unam eandemque personam, numerum trinitatis explere. ut quùm humanitas passa sit, Deus tamen passus esse dicatur: non quòd ipsa deitas humanitas facta sit, sed

quod

quod à deitate fuerit assumpta. Item qui homo est, Dei filius appellatur, non substantia divinitatis sed humanitatis, quæ tamen divinitati naturali unitate conjuncta est. Et quùm hæc ita intelligentia discernantur permisceanturque, tamen unus idemque & homo sit perfectus & Deus. Deus quidem, quòd ipse sit ex patris substantia genitus: homo verò, quòd ex Maria sit virgine procreatus. Itemque qui homo, Deus; eo quod à Deo fuerit assumptus. & qui Deus, homo; quoniam vestitus homine sit: quùm in eadem persona aliud sit divinitas quæ suscepit, aliud, quam suscepit, humanitas: idem tamen Deus atque homo est. Nam si hominem Christum intelligas, idem homo est atque Deus; quoniam homo ex natura, Deus assumptione. Si verò Deum intelligas, idem Deus est atque homo; quoniam natura Deus est, homo assumptione. Fitque in eo gemina natura geminaque substantia, quoniam homo Deus: unaque persona; quoniam idem homo atque Deus. Mediaque hæc est inter duas hæreses via, sicut virtutes quoque medium tenent. omnis enim virtus in medio rerum decore locata consistit; siquidem vel ultra, vel infra, quam oportuerit, fiat, à virtute discediturmedietatem igitur virtus tenet. Quocirca si quatuor hæc neque ultra esse possunt, ut in Christo, aut duæ naturæ sint duæque personæ, ut Nestorius ait: aut una persona unaque natura, ut Eutyches ait: aut duæ naturæ, sed una persona, ut Catholica fides credit: aut una natura duæque personæ. Quùmque duas quidem naturas duasque personas in ea, quæ contra Nestorium dicta est, responsione, convicerimus: Unam verò personam unamque naturam esse non posse, Eutyche proponente, monstraverimus, neque tam amens quisquam huc usque exstiterit, ut unam in eo naturam crederet, sed geminas esse personas; Restat ut ea sit vera, quam fides Catholica pronuntiat; geminam

nam substantiam sed unam esse personam. Quia verò paulo ante diximus Eutychen confiteri duas quidem in Christo ante adunationem naturas, unam verò post adunationem. Quùmque hunc errorem duplicem interpretaremur celare sententiam, ut hæc adunatio aut generatione fieret, quùm ex Maria corpus hominis minime sumeretur, aut sumpto quidem ex Maria per resurrectionem fieret adunatio. de utrisque quidem partibus idoneè, ut arbitror disputatum est. Nunc quærendum est, quomodo fieri potuerit, ut duæ naturæ in unam substantiam miscerentur.

CAPUT VIII.

Quis fuerit status vitæ Christi.

VEruntamen est etiam nunc & alia quæstio, quæ ab his inferri potest, qui corpus humanum ex Maria sumptum esse non credunt, sed alias fuisse sequestratum, præparatumque quod in adunatione ex Mariæ utero gigni atque proferri videretur. Ajunt enim, si ex homine sumptum est corpus, homo verò omnis ex prima prævaricatione non solum peccato & morte tenebatur, verum etiam affectibus peccatorum erat implicitus; eaque illi fuit pœna peccati, ut quum morte teneretur obstrictus, tamen esset reus etiam voluntate peccandi; cur in Christo neque peccatum fuit, neque voluntas ulla peccandi? Et omnino habet animadvertendam dubitationem talis quæstio. Si enim ex carne humana Christi corpus assumptum est, dubitari potest, quænam hæc caro quæ assumpta sit, esse videatur. eum quippe salvavit quem etiam assumpsit. Sin verò talem hominem assumpsit, qualis Adam fuit ante peccatum, integram videtur humanam assumpsisse naturam, sed tamen quæ medicina penitus non egebat. Quomodo autem fieri potest, ut talem assumpserit homi-

minem, qualis Adam fuit, quùm in Adam potuerit esse peccandi voluntas atque affectio? unde factum est, ut etiam prætergressis divinis præceptis inobedientiæ delictis teneretur astrictus. In Christo verò ne voluntas quidem ulla creditur fuisse peccandi: quùm præsertim si tale corpus hominis assumpsit, quale Adæ ante peccatum fuit, non debuerit esse mortalis: quoniam Adam si non peccasset, mortem nulla ratione sensisset. Quùm igitur Christus non peccaverit, quærendum est cur senserit mortem, si Adæ corpus, antequam peccaret, assumpsit. Quod si talem statum suscepit hominis, qualis Adæ post peccatum fuit, videtur etiam in Christo non defuisse necessitas ut & delictis subjiceretur & passionibus confunderetur, obductisque judicii regulis bonum à malo non sincera integritate discerneret, quoniam has omnes pœnas Adam delicti prævaricatione suscepit. Contra quos respondendum est, tres intelligi hominum posse status. Unum quidem Adæ ante delictum, in quo tametsi ab eo mors aberat, nec adhuc ullo se delicto polluerat, poterat tamen in eo voluntas esse peccandi. alter verò est, in quo mutari potuisset, si firmiter in Dei præceptis manere voluisset: tunc enim addendum foret, ut non modo non peccaret, aut peccare vellet, sed nec posset quidem aut peccare, aut velle delinquere. Tertius status est post delictum, in quo mors illum necessario sequuta est, & peccatum ipsum voluntasque peccati. Quarum summitatum atque contrariorum hæc loca sunt, is ille status, qui præmium esset, si in præceptis Dei Adam manere voluisset. & is, qui pœnæ fuit quoniam manere noluit: in illo enim nec mors esset, nec peccatum, nec voluntas ulla peccandi. in hoc verò, & mors & peccatum & delinquendi omnis affectio, omniaque in perniciem prona, nec quicquam in se opis habentia, ut post lapsum posset assurgere. Ille verò medius status, in

in quo præsentia quidem mortis vel peccati aberat, potestas verò utriusque constabat, inter utrumque statum est collocatus. Ex his igitur tribus statibus Christus corporeæ naturæ suæ singulas quodammodo indidit causas: Nam quod mortale corpus assumpsit, ut mortem à genere humano fugaret, in eo statu ponendum est, quod post Adæ prævarications pœnaliter inflictum est. Quod vero non fuit in eo voluntas ulla peccati, ex eo sumptum est statu, qui esse potuisset, nisi voluntatem insidiantis fraudibus applicasset. Restat igitur tertius status, id est, medius: ille scilicet, qui eo tempore fuit, quùm nec mors aderat & adesse poterat delinquendi voluntas. In hoc igitur Adam talis fuit, ut manducaret ac biberet, ut accepta digereret, ut laberetur in somnum & alia quæ ei non defuerunt, humana quidem sed concessa, & quæ nullam pœnam mortis inferrent. Quæ omnia habuisse Christum dubium non est. nam & manducavit & bibit & humani corporis officio functus est. Neque enim tanta indigentia in Adam fuisse credenda est, ut, nisi manducasset, vivere non potuisset: sed si ex omni quidem ligno escam sumeret, semper vivere potuisset, hisque non mori. idcirco Paradisi fructibus indigentiam explebat. Quam indigentiam fuisse in Christo nullus ignorat, sed potestate non necessitate. Et ipsa indigentia ante resurrectionem in eo fuit: post resurrectionem verò talis exstitit, ut ita illud corpus immutaretur humanum, sicut Adæ, præter prævaricationis vinculum, mutari potuisset. quodque nos ipse dominus Jesus Christus votis docuit optare, ut fiat voluntas ejus sicut in cœlo & in terra, ut adveniat ejus regnum & nos liberet à malo. Hæc enim omnia illa beatissima humani generis fideliter credentium immutatio deprecatur.

Hæc sunt quæ ad te de fidei meæ credulitate scripsi.

Qua in re si quid perperam dictum est, non ita sum amator mei, ut ea quæ semel effuderim, meliori sententiæ anteferre contendam. Si enim nihil est ex nobis boni, nihil est quod in nostris sententiis amare debeamus. Quod si ex illo cuncta sunt bona, qui solus bonus est, illud potius bonum esse credendum est, quod illa incommutabilis bonitas atque omnium bonorum causa perscribit.

EXPLICIT.

INDEX

INDEX
RERUM ET VERBORUM

In libros quinque Consolationis Philosophiæ, & Opuscula sacra Boëtii.

A.

Abraham electus, ex quo Christus nasceretur. 293
Adversa fortuna plus prodest quam secunda. 100
Ædes sacræ perfugium reis. 29
Ætatis priscæ felicitas. 82
Æternitati nullus numerus comparari potest. 95
Æternitatis definitio. 258
Æternitatis & temporis differentia. ibid.
Æternus mundus quomodo Platoni. 260
in Agrorum multorum possessione non est beatitudo. 77
Albinus, vir consularis, à Boëtio servatus. 27
Alcibiadis corpus superficie pulcrum, intus fœdum. 134
Alteritas, principium est pluralitatis. 271
Amici non virtute, sed fortuna conciliantur. 124
Anaxagoræ fuga. 17
Angelorum lapsus. 291
Animæ humanæ quando plus minusve liberæ. 239
quomodo insciticæ nube caligent. ibid.
Animal omne mortem vitare conatur. 162
Arbores, quod bonum est sibi, quærunt. 162. *trahunt alimenta radicibus.* 163 *semine multiplicato propagantur.* ibid.
Arbitrii libertas, inest omnibus hominibus. 238. 264
Arii hæresis. 290
Aristotelis opinio de mundo. 258
Athenienſium Respublica multitudinis regebatur imperio. 42
Avaritia semper odiosos, claros largitas facit. 76
Avaritiæ nihil satis, naturæ minimum. 113
Avaritiam inexpletam opes restinguere nequeunt. 89
Avarus lupo similis. 195
Avis è cavea statim evolat naturaliter. 111

B.

Basilius, delator Boëtii. 28
Beatitudo rerum mortalium misera. 73 *non est in fortuitis.* ibid.
Beatitudo est perfectum bonum. 155 *in Deo sita.* ibid.
Beatitudo plena quæ. 139
Beatitudo, omnium summum bonorum. 106, 107
Bibliotheca Boëtii. 22. 44
Boëtius Eleaticis atque Academicis studiis innutritus. 10. *astrorum & naturalis scientiæ peritus.* 11, 12. *stupore oppressus lethargum patitur.* 13. *decreta Philosophiæ in actum transferre voluit.* 24. *in magistratu, pro jure tuendo, potentiorum offensiones spernit.* ibid. *Conigastum, Triguillam, & alios barbaros à nocendo compescuit.* ibid. *Provincialium fortunas, Campaniam provinciam, Paulinum & Albinum Consulares fovit.* 25. & seqq. *cujus criminis accusatus. quæ accusationis series.* 30. 32. *Senatus Rom. innocentiam defendit.* 31
Boëtius absens, inauditus, indefensus proscriptioni & morti damnatur. 33 *sacrilegii quoque accusatur.* ibid.
Boëtius affluentia & splendore fortunæ circumdatus. 57. *miser non est.* 62. *desolatus parente, curæ est summis viris.* ibid. *delectus in affinitatem principum civitatis.* ibid. *felix soceris, conjuge, liberis masculis.* ibid. *sumit in adolescentia maximas dignitates.* 63. *duos filios consules vidit.* ibid. *largitionem exhibet populo.* 64
Boëtius non per ambitionem dignitates quæsivit, sed materiam rebus gerendis optavit. 92
Boni ac beatitudinis eadem substantia. 159
Boni potentes, mali imbecilles. 180. 186

INDEX RERUM AC VERBORUM.

Bonis nunquam præmia, scelerib. nunquam desunt supplicia. 193
Bonorum humanorum conditio anxia. 72
Bonorum præmium quod. 194
Bonum, omne quod justum. 202
Bonum summum quid. 169
Bonum perfectum beatitudo est. 155
Bonum omnes homines, mali pariter ac boni, indiscreta intentione appetunt. 186
Bonum summum quàm diversè omnes homines petant. 106,107
Busiris ab Hercule mactatus. 88

C.

Campania provincia ab inopia liberata. 25,26
Canes Palatini. 27
Canii mors. 18. *præclarè dictum.* 32
Casus quid sit. 235. *nihil est.* 236. *Aristoteli quid.* ibid. *ejus definitio.* 236,237
Catoni victa causa, diis victrix placuit. 219
Caucasum montem, M. Tullii ætate, nondum transcenderat Reip. Romanæ fama. 93
Christianæ fidei brevis complexio. 289
Christi vitæ status. 321
quodnam corpus assumpserit. ibid.
Christi corpus ex Maria vere assumptum. 313
Christus ex utrisque & in utrisque naturis consistit. 318
Christus baptizatus. 295
eligit discipulos. ibid.
Cœlum, patria hominum. 42,43,44
Cognitio est in cognoscente, non in rebus. 249. 251. 258
Conceptio communis animi quid sit. 284
quotuplex. ibid.
Conjugalis impetus in imbecillium fortunas. 24
Constantis viri descriptio. 19
Consulare imperium abolitum. 86,87
Consulatus filiorum Boëcii descriptio. 63
Corporea in incorporea mutari non possunt. 316
Corporis voluptates plenæ anxietatis & pœnitentiæ. 130. *bona fragilia sunt.* 134
his homo vincitur ab animantibus. ibid.
Corpus triduanæ febris igniculo dissolvitur. 134
Cræsus Cyro formidabilis, mox miserandus. 58
Cyprianus, Albini consularis delator. 27

D.

Decoratus scurra, delator Boëtii. 117
cum eo gerit magistratum. ibid.
Dei nomen. 167
Dei frenis agi, summa libertas est. 43
Deo consimilem facere. 35
Deo semper æternus ac præsentarius status. 261
cum Deo quomodo colloquantur homines. 245
Deus æternus, Mundus verò perpetuus. 261
Deus si est, unde mala? si non est, unde bona? 32
Deus cuncta ad bonum dirigens disponit. 222
Deus ad mundum regendum nullis extrinsecis adminiculis eget. 168
omnium potens. 170
Deus εἷς κράτων, εἷς βασιλεύς. 43
Deus invocandus in principio omni. 139,140
boni summi perfectique plenissimus. 155
& idem summa beatitudo. 156. 159
Deus omnium operum mundi auctor. 129, 130
Deus malum facere non potest. 170
Deus præsentia, præterita & futura omnia uno mentis ictu videt. 240
Deus providentia sua omnia regit. 39. &c.
operi suo præsidet. 48
Deus quomodo sit in prædicamentis. 275
in Relatione. 278
Deus servator bonorum, malorum depulsor. 219
Differentiæ ubi absunt, abest pluralitas. 279
Dignitas despectiores improbos facit. 118
Dignitates improbis collatæ mirè nocent. 86. 90. *pessimis sæpius conferuntur.* 88
collatæ improbis ostendunt eos indignos. 90. 115
in Dignitatibus potentiaque non est bonum. 86. 88
Dionysius regni metum è gladio supra caput pendente exprimebat. 122
Divinæ substantiæ forma. 171
Divinitas in humanitatem non est conversa in Christo. 315
Divinitas summa, eadem summa beatitudo. 157
Divites esuriunt, sitiunt, frigescunt, cura distringuntur. 113
mortui divitiis suis privantur. 115
Divitiæ effundendo magis nitent. 76
pauperes faciunt, quos relinquunt. 77
ad alium sine paupertate alterius non veniunt. ibid.
Divitiæ possidentibus sæpe nocuerunt. 81
primorum hominum quæ. 82
Divitiis homines non satiantur. 60
Dolia duo in Jovis limine. 59

E.

Epicurei & Stoici Philosophiæ vestem discidérunt. 16
Epicurus quare beatitudinem in voluptate constituerit. 108
Ἐπὶ Θεοῦ, Pythagoricum. 34
Eruditi hominis est, res nosse ut sunt. 271
Esse & id quod est, diversum est. 285
Esse ipsum nihil præter se habet admixtum. ibid.
Eventurum quomodo est quod Deus videt. 263
Euripidis sententia de carente liberis. 132
Eutychis & Nestorii hæreses. 295. 299. 301
error ostenditur. 312
Ἐξαύδα, μὴ κλύθε νόῳ. 21
Existimatio bona, prima omnium deserit infelices. 38
Exsilii locus incolentibus patria est. 73

F.

Fama hominis longe non extenditur. 93
intra unius gentis terminos coarctata. 93,94. 127. *cum æternitate comparata, nulla est.* 95. *nihil post mortem prodest.* 97
Famulorum longus ordo non facit felicem. 78
Fatum quid. 212. 216
quibus exerceatur. 213
Fatum excedunt quæ sunt propinqua primæ divinitati. 217
Felicem fuisse, infortunii genus maximum. 67
Felicitas indigne acta quosdam in cladem præcipitavit. 221
Felicitas perfecta quæ. 138
non est in his caducis rebus. 139
Felicitatis humanæ dulcedo multis amaritudinibus respersa est. 73
Felicitatis humanæ forma. 108
Felicitatis veræ descriptio. 136. 138
Filii Boëtii ambo consules. 63. *Consulatus eorum descriptio.* ibid. *Consulares.* 71 *ingenii vel paterni, vel aviti participes.* ibid.
Finis rerum omnium quis. 48,49. 165
Finiti & infiniti nulla collatio. 95
Formæ divinæ substantia qualis. 272,273
Formæ pulcritudo minime perdurat. 134
Fortuna adversa plus hominibus prodest, quam prospera. 100
Fortuna familiarem se præbet, ut mox fallat. 51,52
Fortuna injustè accusatur ab hominibus, & quare. 52. &c.
fors non est, si semper manet. 55
Fortuna utraque bona. 227
aut exercet, aut corrigit. 228
Fortunæ adversæ ultima sarcina quæ. 38
Fortunæ bona non sunt propria hominis. 57
Fortunæ vis, ludus & rota. 58
Fortunæ eventum, non rerum merita, spectat existimatio plurimorum. 38
Fortunæ mores & natura. 52,53
effectus. 55,56. *verba ad Boëtium.* 56

G.

Gaudentius & Opilio, delatores Boëtii. 28
Gemmæ felicitatem non pariunt. 77
Genitum nihil constat. 66
Gigantes lacessentes cœlum. 169,170
Gloria non adfert felicitatem. 92,93
non longe extenditur. 93
nihil ad mortuos pertinet. 97
Gloria sæpe fallax & turpis. 125
nihil sapientis conscientiæ adjicit. 127

H.

Hercules Busiridem mactat. 88
Herculis laborum descriptio. 229. &c.
Herodes rex, non Judæus, sed ex gentibus. 294
Homo Deo mente consimilis. 80
cum se cognoscit, tum cæteris rebus antecellit. ibid.
Homo solus erectum habet caput. 257
recto stat corpore. ibid.
Homo velut ebrius summum bonum appetit. 108
Homo vitiis transformatur in brutum, lupum, canem, &c. 195,196. 199
Homini nefas cunctas divini operis machinas vel ingenio comprehendere vel sermone explicare. 222

Hominis definitio. 49
Humana bona anxie possidentur. 72
Humanæ animæ liberiores sunt cum speculantur Deum. 239
minus vero cum dilabuntur ad corpora, & cum terrenis artubus colligantur. ibid.
earundem extrema servitus, cum vitiis deduntur. ibid.
Humanitas in Christo non est in divinitatem translata. 315
Humanum genus reparatur à Christo. 293

I.

Iacob habitavit Ægyptum. 293
Ignis cur sursum feratur. 163
omnem refugit sectionem. 164
Imaginatio aliter corpus aliquod judicat, quam ratio, &c. 250,251
Imaginatio mobilibus animantibus cessit. 255
Improbi dignitates commaculant. 118
Improbi infeliciores si impuniti permaneant. 201. 203
habent aliquid boni cum puniuntur. 201
Improbi nihil possunt. 189
Improbus omnis supplicio dignus. 205
infelix. ibid.
Impunitas improborum, aliquid mali. 202
Indigentia replenda solum. 79
Indigent permultis qui permulta possident. ibid.
Infeliciores qui faciunt, quam qui patiuntur injuriam. 205
Infortunii genus maximum, fuisse felicem. 67
Inimicus familiaris, efficacissima pestis ad nocendum. 125
Injuria, inferentis miseria est. 205
Injustum omne, malum est. 202
Intelligentia sola divini tantum generis est. 255
Intelligentia quomodo cognoscat. 250
Iræ intemperans leonis animum gerit. 196

L.

Lapidum sibi mutuo adhærendi cura. 164
Largitas claros, avaritia semper odiosos facit. 76
Leonibus mansuetis interdum feritas redit 109, 110
Lex æterna quid sanciat. 203
Lex, carcer, tormenta, perniciosis civibus debentur. 208
Liberis carens infortunio felix. 132
Liberorum conjugisque jucunditas quare ingrata. 131
Libertas arbitrii concessa omnibus hominibus. 238. 264
non in omnibus æqua. 239
Libidinibus fœdis immersus, suis voluptate detinetur. 196
Litigiis se exercens cani comparatur. 196
Locus exsilii incolentibus patria est. 73

M.

Mala unde, si bonus rerum rector existat. 179
Mali causa nihil fit, etiam ab improbis. 218
Mali imbecilles, boni potentes. 180. 186
Mali possunt mala. 189
nihil possunt. ibid
Mali malos aliquando bonos faciunt. 222
Mali convertuntur in belluas. 195. & seqq.
infeliciores, cum cupita perfecerint, quàm si ea, quæ cupiunt, implere non possint. 200
Malis improbitas supplicium. 195
Malis sævientibus nihilominus sapienti corona non decidet. 194
Malorum potentia non est possibilitas. 189
Malorum triplex infortunium, velle, posse, perficere scelus. 200
Manichæorum hæresis. 290
Maria virgo electa, ut esset mater Christi. 294. *ex ea Christi corpus.* 313
Mathematica, speculativæ pars quæ. 272
Medicina non semper ægris adfert salutem. 270
Mentem occæcat rerum terrenarum cura. 11
Mentes hominum immortales. 97
Miser nemo, nisi talem se putet. 73
Miseri qui supplicio digni sunt. 205
Miseria infinita quæ æterna. 200
Miseros facit turpitudo. 205
Mors quæ felix. 5
Mors spernit gloriam. 97
æquat summis infima. 98
Moysi revelavit Deus originem generis humani. 291
Mundus à Deo regitur. 48,49. 101,102. 167,168
Mundus perpetuus, Deus vero æternus. 261
Mundus nunquam cœpit, nec desinet, secundum Aristotelem. 258
ut & secundum Platonem. 260
Murem muribus imperare velle, ridiculum. 87
Musæ, scenicæ meritriculæ. 9
eas aversatur Philosophia. 10
Seirenes. ibid.
fugiunt è conspectu Philosophiæ. ibid.
Musica, laris Boëtiani vernula. 52
Mutatio rerum subita animum percellit. ibid.

N.

Natura paucis minimisque contenta. 78
Natura semper appetit gignendi opus, quod coërcet voluntas. 164
Natura tripliciter dicitur. 301
ejus definitio. 302
Naturæ & Personæ differentia. 305. 308
Naturæ minimum, avaritiæ nihil satis. 113
Necessitas duplex, simplex & conditionis. 262
Neronis scelera descripta. 90. & seq.
Neronis luxuria sæviens. 120
Nestorii & Eutychis hæreses. 295. 299. 301
error ostenditur. 312
Nestorius duas in Christo naturas constituit. 308. *impugnatur.* 309
ejus error demonstratur. ibid.
Nobiles æque sunt omnes homines. 128
Nobilitatis nomen futile. 127
in ea quid bonum. 128
Nomina celebrata nihil curant mortui. 99
Nonius in curuli sedens struma dictus. 116
Numerus duplex. 273

O.

Omne quod est, tamdiu subsistit, quamdiu est unum. 161
appetit constantiam permanendi, devitat perniciem. 164
Omnia unum desiderant. 165
bonum petunt. ibid. & 169
Οὐ & λύρας. 21
Ω῾ δέξα, δέξα. 126
Opes quare sufficientiam non adferant. 113
nihil habent, quod non possit auferri. ib.
egent præsidio ut serventur. ibid.
defunctum morte non comitantur. 115
Opes inexpletam avaritiam restinguere nequeunt. 89
Opilio & Gaudentius, delatores Boëtii. 28
Oratio ad Deum de creatione & conservatione rerum. 140. & seqq.
Ordo fatalis rerum. 212. 219
Orphei descensus ad inferos descriptio. 173
Οὐσία, essentia, quid. 307
Οὐσίωσις, subsistentia, quid. 306, 307

P.

Π & Θ vesti Philosophiæ interexta. 8
Palatini canes. 27
Papinianus gladiis Antonini periit. 123, 124
Parmenidis versus de Deo. 171
Pater, Filius, Spiritus S. non sunt vocabula substantialia. 283
Pavidus, cervis similis. 196
Paulinus, vir consularis, à Boëtio protectus. 26
Pecunia effundendo melius nitet. 76.
pretiosa cum transfertur in alios. ibid.
pauperes facit quos relinquit. 77
Pelagiana hæresis. 292
Persi regis calamitas. 58
Persona quid sit. 304
Personæ verbum unde. 305
Personæ & Naturæ differentia. 305. 308
Pessimis displicere, propositum bonorum est. 19
Philosophi falsi arrogans responsum. 96
Philosophia Boëtio apparet. 6
ejus nutrix. 13. 15
Philosophia sui ipsius memores homines facit. 13. *comitatur iter innocentum.* 15. *cum stultitia sæpe certavit.* 16. *Boëtium ad veram beatitudinem ducit.* 17. & s.
Philosophia lassorum solamen animorum. 104. *Boëtium ad veram felicitatem ducit.* 105
Philosophiæ descriptio. 6
statura & vestes. 7

Philosophiæ vestem Epicurei & Stoici dissciderunt. 16
Platonis locus de Dei auxilio implorando. 139. *reminiscentia.* 167
Platonis sententia de potentia solius sapientis. 190
Pœna improbis, ratione justitiæ, bona est. 202
Populares auræ quæruntur, non conscientiæ virtutisque præstantia. 95
Popularis gratia nec judicio provenit, nec unquam firma perdurat. 127
Πορισμοὶ Geometrarum. 157
in Potentia non est felicitas. 86. 88. 108. 124, 125
Prædicamenta sunt decem. 275
Præmia virtutum cur sæpe mali rapiant, scelerumque supplicia bonos premant. 208
Præscientia Dei. 242, 243. & seqq.
Præscientiam & libertatem arbitrii simul esse, repugnare videtur. 242. 245
Præsentis divini & humani collatio. 261
Prætura, Boëtii tempore, inane nomen. 119
Prava voluisse miserum est, potuisse miserius. 200
Preces & spes recte in Deo positæ. 245
Pretiosius nihil est homini, seipso. 73
Probitas, animorum salus. 219
Probra ad beatitudinem non perveniunt. 190
Πρόσωπον, persona quid. 306
Providentia quid. 212. 216
Providentiæ unde dicta. 261
Providentia Dei. 244. 247
Provincialium fortunas pessumdari, indoluit Boëtius. 25
Pulcritudo ex oculorum spectantium infirmitate oritur. 134. *triduanæ febris igniculo dissolvitur.* ibid.
Punctum est terra, cœlo comparata. 92
Purgatoria clementia & pœnalis acerbitas. 202

R.

Ratio aliter corpus aliquod contuetur, quam sensus, intellectus, &c. 250
Ratio, comes volendi nolendique. 239
Ratio humani tantum generis est. 255
Rebus humanis nulla inest constantia. 64
Reges multi calamitosi. 121
impotentes, miseri & solliciti. 122
Regium nomen de civitate ablatum. 87
Regulus, qui vicerat, mox in vincula conjectus. 88
Regum familiaritas sæpe nocet. 120
Relatio in divinis multiplicat trinitatem, substantia continet unitatem. 280
Relationis prædicatio. 278, 279
Rerum omnium finis quis. 165
Respublicæ beatæ, ubi studiosi sapientiæ regunt; vel earum rectores studere sapientiæ contigit. 23, 24
Resurrectio corporum. 296
Romanæ Reip. fama nondum transcenderat Cancasum montem M. Tullii ætate. 93

S.

Sabelliana hæresis. 290
Sapiens etiam, dives, potens, &c. esse malit, quàm exsul, inops, &c. 208
Sapiens fortunæ certamen timere non debet. 228
Sapientes soli facere possunt quod desiderant. 190
Sapientia sæpe periclitata apud improbos. 15
Scientia impermixta est falsitati. 243
cur caveat mendacio. ibid
Scientia præsentium rerum nihil iis necessitatis importat. 249
Segnis ac stupidus, asinum vivit. 196
Senatus Romanus à Boëtio defensus. 31, 32
Seneca opes suas Neroni tradere voluit. 124
à Nerone mori coactus. 123
Senecæ mors. 18
Senectutis descriptio. 5
Sensus aliter corpus aliquod judicat, quàm ratio, &c. 250
Sensus solus immobilibus animantibus cessit. 254
Sermones cognati esse debent rebus, quas loquimur. 173
Signum omne ostendit tantùm quid res sit, non verò efficit. 248
Socraticum decretum de veritate & mendacio. 31
Socratis venenum. 17
Sol verus est, Deus. 240
Sol non valet radiis viscera terræ perrumpere. ibid.
Sorani mors. 18
Sors omnis beata, æquanimitate tolerantis. 73
Spei ac metus expers debet esse vir fortis. 20
Spes

Spes precesque recte in Deo positæ. 245. 265
Stoici & Epicurei Philosophiæ vestem dissciderunt. 16
Subsistentia. 306
Subsistere. ibid.
Substantia in divinis continet unitatem, relatio multiplicat trinitatem. 280
Substantia divina & motu & materia caret. 272. *ideo est, quod est.* ibid.
sine materia forma est. ibid.
in Substantia divina non est numerus. 273
Substantiæ aliæ sunt corporeæ, aliæ incorporeæ. 304. *aliæ universales, aliæ particulares.* 305
Substantiæ in eo quòd sunt, bonæ sunt. 284
Substantiæ divinæ forma. 171
Substantiæ supernæ humanis præstantiores. 239
Summum bonum quid. 169. *regit cuncta fortiter, suaviterque disponit.* ibid.
ad Suppellectilis pretiosæ varietatem tuendam multis adminiculis opus. 79
Supplicia animarum post defunctum morte corpus. 202
Symmachus, socer Boëtii. 37. *præstantissimum generis humani decus.* 69. *vir totus ex sapientia & virtutibus factus.* ibid.

T.

Temporis & æternitatis differentia. 258
Terra cur deorsum deprimatur. 163
Terra omnis ad cœli spatium collata, punctum est. 92
Terræ tantum quarta pars ab hominibus incolitur. 93
Θ & Π. vesti Philosophiæ intertexta. 8
Theologia, speculativæ pars quæ. 272
Tiresiæ vaticinium ridiculum. 244
Triguillæ, præpositi domus regiæ, injuriæ. 25
Trinitas & unitas quomodo in Deo. 270. 279
Turpitudo suapte natura miseros facit. 205.

V.

in Vestium fulgore non est felicitas. 78
Viri constantis descriptio. 19
Virtutes nunquam sine præmio & vitia sine pœna. 180. 185
Virum fortem indignari non decet. 228
Vitæ ultimus dies, mors est fortunæ etiam manentis. 65
Vitiositas, morbus animorum. 206. 219
Ulyssis sociorum transformatio in bruta. 197. & seqq.
Unitas & Trinitas quomodo in Deo. 270 279
Unum omnia desiderant. 165
idipsum est quod bonum. ibid.
Unum verè est, in quo nullus est numerus. 272
Voluntate & potestate omnia homo facit. 185
Voluptates corporis plenæ anxietatis & pœnitentiæ. 130. *si beatum hominem faciunt, pecudes quoque beatæ sunt.* ibid. *morbos & dolores tanquam fructum suum pariunt.* 131
feriunt icta corda. 133
in Voluptate quare summum bonum constituerit Epicurus. 108
Ὑπόστασις. 305, 306
Uxor Boëtii modesta ac pudicitiæ pudore præcellens. 70. *patri similis.* ibid.
ob mariti casum lacrymis ac dolore tabescit. ibid.

Z

Zenonis tormenta. 17

FINIS.

INDEX

INDEX

In Notas ad Boëtii libros Consolationis Philosophiæ, & Opuscula Sacra.

Literæ a, *primam*; b *secundam paginæ columnam designant.*

A.

*A*Cademica *studia.* 10.a,b
Achelous amnis. 233.a
Æacus auri repertor. 85.b
Ædes sacræ perfugium reis. 29.a
Æterna lex quid. 66.a,b. 67.a
Æternitas soli Deo competit. 141.a
Ætnæ montis ingenium. 86.a
Ævum quid sit. 141.a
Ager ingenuus. 105.a
Agere. 106.a
Agitare. ibid.
Albinus consularis quis apud Boëtium. 27.a
Alexander rogatus, in quo loco essent thesauri ipsius, demonstravit amicos. 100.b
Amoris gradus quot & qui. 177.a
Anaxagoræ fuga. 16.b
Anaxarchi mors. 17.b
Angelica virtute fatum exercetur. 215.a
Ἀνθρώπου etymon. 257.a,b
Anicii florente Rep. & imperio Rom. clari. 1.a
Anicius Julianus primus Senatorum Romanorum Christianus fuit. 1.a,b
Anima mundi descripta. 141.b. 144.a,b. & seqq. 213.a,b.
humana descripta. 146.b. & seqq.
Anima, ignis est cœlestis veteribus. 151.a,b
Animæ adscensus & descensus ad Deum. 226.b. 227.a
Animæ beatitudo quando fiat. 152.a
Animæ immortalitatem unde collegerint veteres. 181.b
Animæ pennæ. 180.b. 181.a
Animæ redeuntes, seu flectra, unde. 150.a
Animæ vehiculum explicatum. 149.a. & seq.
Animarum triplex ordo. 148.b
Animal omne salutem tueri laborat. 162.a
Animi ægrotationis definitio. 50.a
Antoninus à Macrino occisus. 123.b. 124.a
Ἀπηλιώτης ventus. 75.a
Arcas ales, pro Mercurio. 198.b
Archimedes. 13.a
Arctophylax, stella. 40.b
Arcturus, stella. ibid.
Argenti repertor Indus, Scythiæ rex. 85.b
Ἀργέστης, ventus. 14.b
Aristippi aurea verba. 4.b
Artium liberalium vis & efficacia. 4.b
Athenas δημαγωγοὶ perdiderunt. 43.a
Avaritia multa rapit & semper eget. 114.a
Augustini non est liber de Spiritu ac anima. 255.a. *nec Meditationum.* ibid.b
Auri repertor Æacus. 85.b
Autumnitas. 12.b
Autumnus, pro fructu autumnali. ibid.

B.

*B*Abytace, *oppidum.* 85.b
ejus incolæ aurum spernunt. ibid.
Baccæ, uniones. 114.b
Barcæ Soraui constantia in perferenda morte. 18.a,b
Basilius, Boëtii delator. 28.a,b
Bassiani Antonini Caracallæ facinora & exitus. 124.a
Beati in cœlo perpetuo laudant Deum. 297.a
Bellum unde dictum. 102.b
Belus primus gladium ferreum produxit. 102.b
Boëtii quot fuerint, seu eorum stemma. 2.a
Boëtius consul ordinarius. 2.b.
Magister officiorum. 3.a. *Patricius.* ib.b
auctor librorum Consolat. 3.b.
ab omnibus desertus. 4.b.
nondum senex occisus. 5.a
Bootes, stella. 40.b
Boreas, ventus, unde dictus. 14.b
honor ipsi ab Atheniensibus, Thuriis & Megalopolitis exhibitus. ibid.

Britannicus veneno à Nerone sublatus. 90.b
L. Brutus libertatis Romanæ assertor. 99.a
Busiris tyrannus hospites Diis suis immolabat. 88.b

C.

*C*Alculum ponere. 64.b
Campania provincia. 26.a,b
Canii Julii constantia in perferenda morte. 18.a
Carcer an pœna. 208.a
Caucasi montis descriptio. 93.b
Caurus & Corus, idem. 14.b
Centauros quo strategemate debellaverit Hercules. 231.a
Certare certamen. 16.a
Circulus perfectus quis. 111.b
Cleandri vita & exitus. 221.b
Claustrum & clostrum, idem. 14.b
Clypei & clupei differentia. 21.a
Clypeus, pro recta ratione. ibid.
Cœlestium rerum cognitio pulcherrima. 22.a
ordo, exemplar esse debet homini. 23.a
Cœli quid. 183.a
Cœlum patria hominis, civitas, domus. 43.b. 44.a,b
Coëmptio. 25.b
Commemorare, pro memorem facere. 166.b
Colloqui cum Deo. 35.b
Cognitio sui ipsius quid sit. 80.a,b
Confundere, pro miscere. 83.a
Conjugalia consortia, pro ipsis conjugibus. 103.a,b
Conjugalis consuetudinis puritas. 131.a
Conscientia prava nunquam est secura. 221.a
Consularia ornamenta. 63.b
Consulatus pueris delatus. 71.a,b
Contus quid. 82.a
Corus & Caurus, idem. 14.b
Crines lactei, id est, vellera Serum. 83.a
Cunigastus. 24.b
Cyprianus, Boëtii delator, quis. 27.a,b,
Cyreni aurum atque argentum neque habent neque habere cupiunt. 85.b

D.

*D*Æmonum *solertia fatum exercetur.* 215.a,b
Δαίμονες unde dicti. ibid.a
Decemviri, ob Virginiæ cædem, seditione ortâ, coacti se magistratu abdicare. 86.b
Decoratus Adjutor Boëtii, Magistri officiorum. 3.a. 117.a
Devoti viri, Adjutores dicti. 117.a,b
Deus principium, medium & finis veteribus. 153.a. *dux.* ibid.b. *semita.* 154.a
Dei nomen, Deus. 167.b. 168.a
Dei sedes. 183.a
Dei veri nota est opus creationis rerum. 140.b
Deo consimilis fieri quid Pythagoræis, Platonicis, Stoicis, Christianis. 35.a,b & seq.
Deum sequi veteribus quid. 34.a,b. 35.a
Deus centrum rerum. 171.a,b. 172.b
Deus, lux est. 184.a
Deus in minimis invocandus. 139.a,b
Deus omnia movet immotus. 141.b. 142.a 173.a
Deus omnium rerum origo, fons & vita. 142.a
Deus, rex ille summus Platoni. 225.b
Deus & materia perfecte cognosci non possunt. 302.a
Dignitas in indigno, nil nisi ornamentum in luto. 89.b
Dii medioxumi. 148.b. 216.a
Dilatrare. 41.a
Dionysius tyrannus. 122.a
Divina lex. 66.b. 67.a
Divitiæ possidentibus persæpe nocuerunt. 81.b
Divitiæ quando pretiosæ. 76.b
Dolia duo in Jovis limine. 59.a,b
Dudum, pro subito, statim, illico. 55.a

E.

Ἐιμαρμένη. 216.b
Elea, Lucaniæ urbs. 10.a
Eleatica studia. ibid. a,b
Elpis, Festi filia. 62.b. *Boëtii uxor.* 70.a
Epaminondas non prius discessit è foro quotidie, quam novum aliquem amicum ad veteres adjecisset. 100.b
Ἔπαρσις. 80.b
Ἐπὶ Θεῷ Pythagoræis ac aliis quid. 34.a,b
Erythræum mare unde sic dictum. 115.a
Euphrates, fluvius. 237.b. 238.a
Eurus ventus, ejusque etymologia. 75.a

Exigere, pro *absolvere*. 171.a
Externa, *aliena sunt*. 57.a

F.

Fabricii laudes. 98.a,b
Fama celebris *sæpius à Fortuna*, *quam à judicio proficiscitur*. 126.b
Fatum quid. 212.a. 213.a. 214.a. 216.b
Favor popularis. 107.b
Festus & Symmachus, *principes Senatus*, *Boëtii soceri*. 62.a,b
Fidelia arva. 82.b
Fides aëris. 46.b
Filicata opera. 105.b
Filii Boëtii Consules fuere. 63.a
Flagrare meliore Gradivo, pro *Marte uti secundo & prospero*. 246.a
Flaturæ cœli. 12.b
Flavius Constantinus primus Impp. Rom. Christianus fuit. 1.a,b
Flere querelas. 60.b
Fluores aëris. 12.b
Forma, *bonum fragile*. 134.b
Formæ minores. 149.a
Fortuna Euripus. 55.a
Fortunæ ludus. 55.a,b. 56.a
Fortunæ pictura & sculptura. 53.a. 58.a
Fortunam adversam facilius est regere, *quàm secundam*. 229.a
Frenare, pro *regere*. 102.b
Fugitivorum pœna. 30.a

G.

Gaudentius, *Boëtii delator*. 28.b
Gemmarum vanitas. 77.a
Genii boni & mali. 215,a
Gentius, *Illyriorum rex*. 1.a
Genus humanum histrioniam in terris agit. 97.b
Germen, pro *sobole*. 129.b
Gilbertus Porretanus censurâ notatur. 282.a
Gladii ferrei repertor Belus. 102.b
Gloria an appetenda. 96.b
Gradus ad Philosophiam & sapientiam qui. 8.b

H.

Hasta unde dicta. 82.a
Haurire cœlum. 15.a
Herculis laborum descriptio. 231.a,b & seqq.
Hermus, *fluvius*. 160.b
Hesperidum horti. 232.a
Homo liber à Deo conditus. 203.a
Homo planta cœlestis. 257.a,b
solus erecto capite. ibid.
Homines pro qualitatibus morum, *ingeniorum & affectuum bestiis adæquantur*. 195.b. 197.a
Hominis definitio Philosophica. 250.b
Honor, *non est felicitas*. 119.b

I.

Jamdudum, pro *subito*, *statim*, *illico*. 55.a
Ignis cœlestis est anima humana veteribus. 151.a,b
Imbuere. 110.a,b
Imperatorum ac Regum calamitates circa tempora Boëtii. 121.a,b
Imperium umbratile. 118.a
Impia vivacitas. 6.a
Ingenium collis. 105.a. *herbarum*. ibid. *loci*. ibid. *lympharum*. ibid. *metalli*. ibid. *venti*. ibid.
Indus, *fluvius*. 160.b
Indus, *Scythiæ rex*, *argenti repertor*. 85.b
Injuriam pati melius, *quam inferre*. 190.a 205.a,b
Insanum spirare. 65.a
Inscientia. 167.b
Ioannes diaconus, *qui postea summus Pontifex*. 281.a
Iræ æquoris. 76.a
Iræ descriptio. 192.a
Ixionis fabula. 176.a

K.

Κομεῖν. 120.a
Κομμός. ibid.b
Κομμοπάζειν. ibid.

L.

Labor animos generosos nutrit. 231.a
Leges non frustra constitutæ, *si providentia sit*. 264.a
Leones Africani. 109.a
Lethargus, *morbus*. 13.b
Lex æterna. 66.a,b. 67.a
Liberis carens, *infortunio est felix*. 132.a
Liberis quænam possessiones & viatica relinquenda. 4.b
Libraria. 22.a
Lucrum sine damno alterius fieri non potest. 77.a
Luna quomodo obscuretur. 209.b. 210.a *eam laborantem æris tinnitu juvari credebant veteres*. 210.b
Lunæ cur taurus mactetur. 129.a

M.

Magisteria, *Magisteriatus*, *Magisterium*. 3.b. 24.b
Majestatis crimen. 32.b
Majorum meritis gloria non datur. 128.b
Mali impotentes & infelices. 190.a
Mare, pro *mari*. 176.b
Mars, pro *bello*. 229.b
Martis satellites qui. 85.a
Medioxumi dii. 148.b. 216.a
Mel & vinum olim principio cœnæ apponi solita. 83.a
Mens humana, *ignis*. 151.a
à Mente prima quanto omnia remotiora, *tanto minus simplicia sunt*. 217.a
Mentis seu Animæ humanæ virium facultatumque descriptio. 181.a
Miscere, pro *turbare*. 47.a,b
Monstra unde dicta. 56.b
Mors felices sequitur, *miseros fugit*. 5.a
Mundi anima descripta. 144.a,b. & seqq. 213.a,b
Mundus à materia fluitanti. 142.b
Mundus an æternus Platoni. 259.a,b. 260.a

N.

Natura paucis contenta. 78.a
Naturalis lex. 67.a
Neronis scelera. 90.a,b
Nobilitas generis, *virtus*. 127.b
Nobilitatis præstantissimum genus quid. 128.a
Nomina rebus consequentia esse debent. 126.b
Notæ Threiciæ. 29 *supplicii genus antiquum primum servorum*, *deinde quorumlibet infamium*. 29.b
Νοτὶς. 65.b
Nox, *siderum mater*. 60.a
Nubes animi. 166.a. *curarum*. ibid. *fallaciarum*. ibid. *mendacii*. ibid.

O.

Obsidianum vitrum. 45.b
Οὐδὲ λύρας, scribendum, non πρὸς λύραν. 21.b
Opilio, *Cypriani delator*, *quis*. 27.b. 28.b
Opinio falsa de rebus. 68.a
Oraculum de Juliani morte. 150.a. 227.a,b
Orbati liberis in tutela Orbonæ deæ. 72
Orphei fabula. 173.b. 174.a
Ostenta unde dicta. 56.b
Ostri virtutes. 120.a

P.

Π & Θ *in veste Philosophiæ quid designent*. 8.a
Palatini canes. 27.a
Panis unde appellatus. 83.a
Papinianus ab Antonino occisus. 123.a,b
Paulinus quis apud Boëtium. 26.b
Pennæ animæ. 180.b. 181.a
Περιωπὴ. 216.b
Pecunia quando pretiosa. 76.b
Peragere carmen. 3.b. *libros*. 4.a *volumina*. ibid.
Petentibus multa, *desunt multa*. 78.a
Philosophi debent regere, *aut reges philosophari*. 23.b. 24.a
Philosophi olim magnis viris in familia & convictu erant. 6.b. 7.a
Philosophia cœlo delapsa. 15.a,b *sacrum quiddam est*. 16.b
Philosophiæ finis. 20.b. 35.b. 36.a
Philosophiæ partitio. 8.a,b
Philosophiæ & Poëtices dissensio. 9.a
Philosophiæ & Virtutis pictura. 6.a,b
Phœbæa cubilia. 111.a,b
Plato Deum Regis nomine velavit metu cicutæ. 226.a
Plaustrum & plostrum, *idem*. 14.b
Pœnæ, pro *Eumenidibus*. 175.b
Pœnalis acerbitas damnatorum. 202.a
Pœni leones. 109.a
Poësim cur è civitate sua pellat Plato. 9.a
Poëtæ officium & materies. 9.b
Πολεμίζειν πόλεμον. 16.a
Portenta unde dicta. 56.b
Præstringere. 64.b
Prætura olim magna potestas. 119.b
Preces non frustra constitutæ, *si providentia sit*. 264.a
Primordia belli. 130.a. *cladis*. ibid. *gentis*. ibid. *generis*. ibid. *ignis*. ibid. *legis*. ibid. *mentis*. ibid. *noctis*. ibid. *vini*. ibid. *vocum*. ibid.
Prodigia unde dicta. 56.b
Profligare opes. 138.a
Profundum, pro *altum*. 165.a
Prometheï fabula. 151.a
Pugna unde dicta. 102.b
Punicea infectura apud Tyrios inventa. 83.b
Puncti instar terra est comparata cœlo. 92.b
Purgatoria clementia malorum. 202.a
Purpuræ virtutes. 120.a
Purpureum, pro *formosum*, *splendid*. 46.b

INDEX IN NOTAS.

R.

Ravenna, sedes Imperii Gothici. 29.b
Reges debent philosophari, aut Philosophi regere. 23.b. 24.a
Regimen, pro *recta ratione.* 21.a
Reguli mors crudelissima. 88.b. 89.a
Regum & Imperatorum calamitates circa tempora Boëtii. 121.a,b
Reminiscentia Platonis. 166.b
Rescire. 246.b
Respublica non est, ubi leges non imperant. 43.b
Rete, pro *reti.* 176.b
Romæ incendium à Nerone procuratum. 90.a
Romanæ urbis etymon. 7.b
Rubrum mare unde sic dictum. 115.a
Ruris cultor, felix. 21.a
Rusticiana, Boëtii uxor. 62.b. 70.a
Rusticianæ quot fuerint. 70.b

S.

Sapiens mediocres affectus habet, nullos non habet. 9.b
Sapientiæ finis. 36.a
Satellites Martis qui. 85.a
Sceleratorum trepidatio. 20.a
Senecæ constantia in perferenda morte. 18.a
Senecæ oratio ad Neronem. 124.a,b
Senectus cur timenda. 5.a
Semper-æternitas. 264.b
Sequestratum. 79.a
Seres vellere nobiles. 83.a,b
Setiger, pro *apro.* 233.b
Siderum motibus fatum exercetur. 214.a
Site, pro *siti.* 176.b
Sol, æternum lumen. 11.b
Sol unde sic dictus. 240.b
Solis cum Deo comparatio. ibid.
Sollicitare Deos. 207.a. *Manes.* ibid.
Spectra mortuorum unde. 150.a
Spei ac metus expers debet esse vir fortis. 20.b
Spiritibus divinis fatum exercetur. 213.a. 216.b
Stabilis. 74.b
Stabilis animus. ibid.
Stellæ vagæ. 12.a
Stigmatiæ. 30.a
Struma, morbi genus. 116.a
Struma Nonius Boëtio. ibid.
Symmachorum stemma. 69.a,b
Symmachus & Festus, principes Senatus, Boëtii soceri. 37. 62. a,b
Σιωπή. 25.b
Σιωπητήν. ibid.

T.

Taciti locus tentatus. 191.b
Tagus, fluvius. 159.b. 160.a
Tamenetsi. 158.b
Tantali pœna. 176.a,b
Ταπείνωσις. 80.a
Tarquinius Superbus scelestè imperium occupat. 87.a
Tempus est æternitatis & ævi quædam imago. 141.a
Theodoricus, rex Italiæ, quis. 29.a
Thom. Volfius male loca Græca Boëtii corrupit. 21.b
D. Thomæ non sunt commentarii in Boëtii Consol. libros. 147.a,b
Thule, insula. 125.b
Tigris, fluvius. 237.b. 238.a
Tityi pœna. 176.b
Τύχη δ'ελπὼ. 55.a
Tyrium venenum, pro *purpurea infectura.* 83.b

V.

Valentia. 7.a,b
Vates Threicius, pro *Orpheo.* 173.b
Vena purpurarum. 2.b
Vernaculæ Bromiales. 52.b
Vera duo apud Boëtium quæ. 245.b
Veritas diligenda Philosophis. 31.b
Vesevus, mons ignivomus. 19.b
Vestigare. 165.a,b
Vigor inexhaustus. 7.a,b
Viri constantis descriptio. 20.a
Virtus ex naturæ est, Vitium contra naturam. 188.b
Virtutis & Philosophiæ similis pictura. 6.a,b
Virum fortem non decet indignari. 228.a
Visus, amoris primus gradus. 177.b
Vita privatorum an tyrannorum potius sit expetenda. 190.b
Vitæ minores. 148.b. 149.b
Vitro parietes tecti. 45.a,b
Ulyssis sapientia. 230. a,b
Umbratile imperium. 118,a
Umbratiles dignitates. ibid.
Vocabula, pro *nominibus.* 99.b
Voluptas quæ fugienda & quæ non. 130.a,b
Voluptatem dolor comitatur. 132.b. 133.a,b

Z.

Zeno Eleates. 10. a,b
Zenonis mors diversè exposita. 17.a,b

FINIS.

Н-66919

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА